

Variorum authorum opuscula.



Sequitur liber Basilii.



Leonardi Aretini prefacio in librum Basilii in degen Greci incipit feliciter. Et sequitur.

Ego tibi hunc librum Coluci ex media ut aiunt grecia delegi, ubi eiusmodi rerum magna copia est et infinita pene multitudo. Nec veritus sum ne absurde ut parum liberalis ac sane ingratus accusarer, si ex tanta habundancia hunc tam parvum munus ad te mitterem. Neque enim id nunc ago, neque ita amens sum ut existimem hac tantula re summis tuis erga me officiis satisfacere posse. Sed ut mercatores solent degustacionem aliquam rerum venalium capere, quo facilius de illarum empcione deliberare queant, sic ego cum semper pro singularibus tuis meritis summa cum benivolencia quicquid mea opera labore industria efficere possim in te unum conferre, hunc tibi librum transscripsi quasi degustacionem quandam studiorum meorum, que si tibi doctissimo homini probata esse senseris, maiori cum fiducia deinceps aggrediar tuo gravissimo optimoque iudicio confirmatus. Etiam non parvis munusculis sed maioribus rerum agam. Quamquam id quod dem muneris parvitate superat, non ad librum ipsum, sed ad








continuendi laborem referre volo. Nam et si liber per se brevis est, tanti tamen ponderis ei adicit Basilii nomen, ut magnus putari debeat auctoritate scribentis. Que quidem apud grecos tanta est, ut et severitate vite et sanctimonia morum et pietate optimarum artium studio sacrarumque litterarum doctrina reliquis fere omnibus greci melius precellere. Et cum sint permulti alii inclitissimi libri quos ille accuratissime scriptos reliquit, nos in primis hunc potissimum delegimus, quod inveniremus eum conducere ad studia nostra arbitrati sumus. Atque ideo libentius id fecimus, quod auctoritate tanti viri ignorantiamque vel ignaviam atque perversitatem eorum cupiebamus refringere, qui studia humanitatis vituperant atque ab eis omnino abhorrendum censent. Quod hiis contingit fere qui ea tarditate ingenii sunt, ut nihil altum atque egregium valeant intueri. Qui cum ad nullam partem humanitatis aspirare ipsi possint, nec alios quidem id debere facere arbitrantur. Sed hos cum sua ignorantia relinquimus. Neque enim digni sunt de quibus verba fiant. Et iam Basilium ipsum audiamus. Tu quoque animadverte queso quanta gravitas sit. Explicit prologus. Incipit Basilius ex greco in latinum traductus per disertissimum Leonardum Aretinum de studiis liberalibus.







Multa sunt filii que hortantur me
ad ea vobis consulenda que optima
esse duco / queque vobis si illa
sequamini profutura confido.
Cum ipse in huiusmodi etatis / et b
in multarum rerum usu / et insuper
quod omnia maxime docet / in utramque
partem mutationes / satis expertus / humana-
rum me facere peritum. Ita quod possim his qui
nuper vitam ingressi sunt quasi viam aliquam
qua tutissime proficiscantur ostendere. Accedit
ad hoc quod naturali necessitudine / me post parentes
nemo est vobis propinquior. Quamobrem ego quoque
erga vos / non minus benivolentie habeo quam ipsi
parentes. Vos autem puto / nisi forte me vestra
mens fallit cum me intuemini parentum deside-
rio haud quaquam moveri / Si igitur que a me dicentur
/ ea quoque suscipere ac sequi parati estis / in secundo
eritis ordine laudatorum apud Hesiodum / Sin
minus / ego sane nichil molestum dicam. Vos
autem meministis carminum eorum in quibus
ille poeta inquit. Optimum illum esse qui per se
ipsum que agenda sunt conspiciat. Bonum autem c
eundem qui aliorum consilia sequatur. Cui vero
neutrum horum aptius esset / eum penitus esse
inutilem. Nec vos ulla admiratio teneat

Sequitur liber

si quotidie ad magistros euntibus uobis, veterum
que virorum et ingenio et doctrina prestantium per ea
que illi scripta reliquerunt comitiua usum et famili
aritatem habentibus, ego aliquid utilius ex me
ipso inuenisse profitear. Equidem hoc ipsum moni
turus venio, non oportere uos eiusmodi viris
semel mentis vestre gubernacula permittere, ut quocum
que ducant ea sequamini, sed id dumtaxat quod
utilitatem affert ab illis accipientes, scire vel
quod et si sit opus contempnere. Que igitur ea sint et
quemadmodum discernantur, id iam vobis aperiam
hinc sumens initium. Nos quidem o fili hanc hu
manam uitam nichil omnino esse arbitramur, neque
bonum quicquam existimandum censemus, neque ap
pellandum, quod utilitatem nobis huc usque suppe
ditet. Non igitur generis dignitatem, non amplitudi
nem maiorum, non corporis uires, non formam,
non magnitudinem, non cunctis hominibus habitos
honores, non ipsum imperium, non quicquid dici potest
in hac vita excellens, sed longius nostre proce
dunt spes, et ad alterius vite preparationem cuncta
molimur. Que igitur ad hanc uitam conferunt
ea nos totis uiribus optanda querendaque esse
arbitramur, que vero illuc usque peruenire nequit
ut nullius momenti despiciendam. Que namque
ista sit vita et quo pacto illa uiuatur, id sane

ostenderet plus esse quam nos in prima sus-
cepimus, maiores etiam auditores quam ipsi
nunc estis ad percipiendum requireret. Hoc solum cum
dixero satis habunde vobis dixisse putabo.
Si quis omnem post aetates homines felicitate
mente concipiat simulque in unum congerat uni-
versam, ne parvam quidem partem illorum bonorum
adaequare comperiet, sed omnino illius vite
bono omnia bona simul collecta magis abesse
quam umbram et somnium a veris rebus. Immo
vero ut propriori utar similitudine, quanto in omni re prae-
stantior est anima quam corpus, tanta utriusque vi-
te differentia. Ad hanc porro vitam sacre du-
cunt sermones per occulta nos erudientes. Donec
tamen per aetatem profunditatem sensuum penetrare nobis non
licet, in aliis non omnino diversis quasi in umbris
quibusdam speculisque oculos mentis exercere
debemus, illos imitantes qui ad certamen se
comparant, qui saltu et motu manuum in ludo ex-
ercitati, tali ludicro deinceps in certamen descendunt.
Et nobis perfecto certamen quoddam incumbere
putandum est, et quidem omnium certaminum maximum,
cuius gratia cuncta tractanda sunt et totis viri-
bus incumbendum ad huiusce rei praeparationem. Et poetis
et oratoribus et scriptoribus ceteris omnibus denique
hominibus inherendum. Unde nobis adiumentum erit

ceticionem aliqua sit accessura utilitas / Velut igitur
qui tingunt cum primo quibusdam modis id quod
colore receptive sit preparant / tandem postea florem
superinducunt sive purpureum sive quemvis alium /
Eodem nos eidem modo / si ut indelebilis sit apud
nos probitatis sententia cupimus / cum hiis exter-
nis disciplinis fuerimus imbuti / tunc sacris et occul-
tis operam dabimus / Et quasi solem in aqua prius
videre assuefacti / ad ipsam lucem dirigemus
intuitum / Si qua igitur convenientia utrimque sit
perutilis nobis erit talis cognicio / Si autem nulla
sit / ea tamen admovere conferre / et in quo dissiant
monstrare / non parum fructus nobis prebebit ad
potioris confirmacionem / Sed qua similitudine utemur
ad hanc rem ostendendam / Nempe ut plane propria
virtus est fructum producere / affert tamen aliquem
ornatum et frondes ipse circa ramos diffuse / Ita
profecto et anime precipuus quidem fructus est veritas /
Non inamenum tamen est hac externa circumdari sapi-
encia / que tamquam frondes et fructum tegmen pre-
beat et speciem intuentibus lectiorem ostendat / Hoc
fecisse aiunt Moysen illum summa prudencia vi-
rum apud omnes gentes maximum est in sapiencia
nomen / qui non prius ad dei contemplacionem accessit /
quam in Egiptiorum disciplinis mentem exercuisset /
Hec eadem ferunt de Daniele sapiente cum apud

arbois

babilonios Caldeorum sapientiam imbuisse postea
verum divinarum attigisse doctrinam. Sed iam satis
habunde demonstratum est non inutilem esse men-
tibus nostris hanc externam scientiam. Nunc vero quo
pacto illa vobis accipienda sit, dicendum videtur. Primo
igitur ut a poetis incipiam, cum illi varii multiformes
que sint, non omnibus que ab ipsis dicuntur ad-
hibenda est mens, sed cum excellentium virorum
facta aut dicta commemorant, tunc tota mente mo-
veri atque inflammari debemus maxime quod cona-
tur ut tales ipsi simus quales illi fuere. Cum vero
improborum hominum mentionem inducunt, fugienda
est illorum imitatio. Aures quod claudende sunt non
secus atque ipsi ferunt Ulixem ad Syrenarum
cantus clausisse. Prave enim confabulationes via
quedam sunt ad facinora. Quamobrem omni dilige-
ntia cavendum est ne inter illa que plerumque sermonis
habent festivitatem lateat aliquid admixtum mali,
ut hi qui venena melle permixta absorbent. Non
igitur laudamus poetas neque cum iurgia referunt
neque cum scurras aut amantes aut ebrios aut
dicaces imitantur, neque cum divite mensa cantu-
que dissoluto felicitatem diffiniunt, minime vero cum
de diis aliquid dicunt, et maxime cum de illis ena-
rrant quam plures sint atque discordes. Nam
apud eos et frater in fratrem surgit et parentes filiis.

et filii parentibus inferunt bella. Deorum vero adulte-
ria atque amores, scelestosque concubitus, et eos
maxime summi ac principis omnium, ut illi asserunt,
Jovis, que nec de pecudibus quidem sine rubore quis
diceret, hiis que relinquimus in scena versari. Hec qm
eadem dicenda sunt et de ceteris scriptoribus, et tunc
·m· maxime cum ad voluptatem loquuntur. Sed nec oratorum
in mentiendo artem imitabimur. Neque enim in iudiciis
neque usquam alibi nos mentiri decet, qui rectum ac
verum iter vite elegimus, quibus interdicta sunt men-
dacia legis precepto. Sed eorum maxime orationes
amplectemur, qui aut virtutem extollunt aut vitia
effulminant. Ut enim ex floribus ceteri quidem nihil
sumunt preter odorem et colorem, apes vero etiam
mella sciunt inde excerpere, ita qui solam suavitatem
verborum sectantur, fructum aliquem capere non possunt.
Nos qui maxime apium mentionem incidimus, persequimur
hanc similitudinem. Ille enim nec pariter non omnes flo-
res adeunt, nec si quos adeunt eos totos absu-
munt, sed eo solo ablato quod operi suo aptum sit,
reliquum omne valere sinunt. Et nos quoque si sapimus,
cum id exceperimus quod veritati amicum consentaneum-
que sit, cetera omnia transgrediemur. Et velut in rosis
legendis sentes vitabimus, ita quantum utile scriptis
est accipientes, reliqua que nocere possunt declina-
bimus. Principio igitur disciplinarum qualibet con-

doricea vna de lignis

considerare oportet et ad finem dirigere, lapides ad
filum dextere perversis dirigentes. Et quoniam ad hanc
nostram vitam per virtutem ascendendum. Virtus autem
ipsa multum a poetis, multum ab hystoricis, multo
etiam magis a philosophis laudatur. Eorum igitur maxime
est inherendum. Neque enim parva res utilitatis, con-
suetudo quedam et familiaritas virtutis mentibus
iuvenum animis quoque infusa, cum maxime inherere so-
leant et pene indelebilia esse, que in tenera etate
didicerint, propter animorum mollitiem profunde impressa.
Et quid aliud Hesiodum voluisse putandum est cum
illa scripsit carmina que vulgo decantant? Aspera
inquit primo et pene invia et sudoris plurimi et la-
borum plena est via que ad virtutem ducit. Quamobrem
hoc cuiusvis est propter arduitatem illam capessere
nec capessendi facile ad cacumen evadere. Sed ubi
id supra ius eius fastigio videre licet ut via illa
levis sit et pulchra, ut quam expedita et facilis
et longe iocundior quam alia que ad vitia ducit
quam vulgus simul arripi posse ipse idem poeta
testatur. Michi quidem videtur nichil ob aliud &
ut nos ad virtutem per bonitatem quoque adhortaretur ista
dixisse, ne laboribus victi ante faciem finem desisteremus.
Sed et si quis alius similiter virtutem laudaret eius
sermones promptissime recipiamus. Ego autem cuiusdam
viri qui ad vestigandas poetarum mentes acutissimus

Habebatur audivi cum diceret totam Homeri poesi laudem esse virtutis, omnia que illius poete huc tendere, nisi quid in medium incidens sit. Verum in eo loco vel maxime id patere cum finxerit Cefalenorum ducem naufragio eiectum tam ab fuisse ut illos quibus et solus et nudus apparuit verecundia aliqua afficeret, quem quidem pro vestibus virtute illum dixit ornatum. Et primo eum regina venerata sit, deinde reliquorum Feacum multitudo tanti pependerit ut relictis epulis quibus omnes astabant, unum illum cuncti intuerentur, nullumque eorum esse qui eo tempore magis quidquam animo optaret quam Ulixem fieri, quamvis et nudum et naufragum. Agebat ille poetarum interpres hoc in loco Homerum clara voce clamare: O homines, sit vobis cura virtutis, que cum naufrago simul enatat et in littore nudum eiectum fortunatis Feacibus venerabiliorem ostendit. Et profecto ita res est. Cetera omnia non magis possidentium sunt quam cuiusque, ut talorum ludo huc et illuc transferuntur. Sola virtus et viventi et mortuo stabilis est et firma possessio. Quam ob rem motus ut michi videtur Solon inquit ad divites: At nos non permutabimus cum virtute divitias, quoniam virtus firma est, divitias vero alius alias possidet. Similia his sunt et Theognidis dicta, qui inquit deum quemcumque ... sepe facere hominibus talentum appendere. Alio enim

Ulixem

V
tempore diuiciis affluere, alio nichil possidere. Hec
eadem fere a prodico sophista quodam in loco su-
orum librorum dicuntur ac viris sapientissime scripta
sunt. Cui quidem prestande sunt aures. Neque enim
spernendus est ille vir. Is vero ita inquit quantum
ego memini nam eius verba non teneo nisi quod
sine metro sic ait. Herculem cum is adolescens
esset vestre ferme etatis, diu secum multum que du-
bitasse utram viam caperet. Cum duas videret
unam voluptatis, alteram virtutis. Inter ambi-
gendum autem duas accepisse matronas. has
vero esse et virtutem et maliciam. Statimque quidem
igitur et si ille silerent manifestas fuisse diversitates
illarum. Videri enim alteram accuratissime or-
natam affluentem deliciis et omni voluptatum ex-
amine post se trahentem. Hec atque omnia osten-
tantem et multo etiam plura pollicentem secum
trahere Herculem temptauisse. Alteram vero
asperam et durum severeque intuentem talia
econtra dixisse pollicitam se nec voluptatem
aliquam nec quietem. sed labores pericula sudo-
res que infinitos terra mari que tollerandos. Pre-
mium autem illorum fore ut aiebat deum fieri. et
hanc demum Herculem secutum fuisse dicit. Et fere
omnes qui modo aliquid in philosophia scripsere. ut quisque
maxime potuit virtutem laudarunt. Quibus

sane credendum est conandumque ut in vita nostra id ostendamus. Nam quicumque ea que alii verbis duntaxat philosophantur rebus ipsis afferunt, hi vere sapiunt; ceteri vero umbrae volitant. Nec secus ea res se habet, quam si pictor egregiam viri formam imitatus sit; hic autem revera talis non existat qualem ille in tabula expressit. Qui enim virtutem in coetu hominum laudant amplissimisque verbis extollunt, ipsi vero et libidinem temperantie et questum iustitie ante ponunt, hi mea sententia nihil differunt ab histrionibus, qui cum poemata in scena agunt, sepe ut reges vel ut potentes prodeunt, cum neque reges sint neque potentes neque omnino forsitan liberi. At musicus quidem si id ullo modo potest, nequaquam patietur liram sibi dissonare. Neque chori princeps inconcinnum sibi chorum habere. Ipse vero quispiam secum dissidebit, neque vitam consentaneam verbis prestabit. Sed Euripide auctore linguam quidem iurasse dicet, mentem vero iniuratam mansisse, et bonum videri quam esse magis cupiet. At hic est ultimus iniustitie terminus, si quid est credere oportet Platoni, bonum videri cum non sis. Ea igitur que de virtute scripta sunt, ita ut dixi est accipienda. Cum autem preclara facta maiorum aut memorie successione aut poetarum vel historicorum libris usque ad nostram etatem conservata

sunt, nec huius quidem generis utilitatem neglige-
mus. Ut etiam Pericles Atheniensis cum iam qui-
dam homuncio ex foro probris lacesseret, nichilo
est irritatus neque animo commotus. Sed per omnem
diem perseveranti et cum ille nullo maledicto absti-
neret, hic vero tamquam ei res michil ad se pertineret
contempneret. Vespere autem iam facto et tenebris
exortis, cum iurgator ille vix eo tempore abire vellet,
Pericles famulo cum lumine addito prosecutus est eum,
ut sibi longe quam esset hec ad philosophiam exercitatio ostenderet.
Item cum quidam iratus Euclidi Megarensi necem
minaretur, id quod se facturum esse iuramento firmavit,
Euclides contra iuravit se profecto illum placaturum
effecturumque ne sibi ille infensus foret. Quamobrem
opere pretium est aliquod huiusmodi exemplum succurrere
mentibus hominum iam ira effervescentium. Tragedie
enim nequaquam est credendum dicenti inimicos ar-
mabit ira manus. Sed potissimum esset nullo modo
irasci. Sin id fieri non potest, at tamen frenis ira co-
ercendum est, nec permittendo longius efferri. Sed
reducamus orationem nostram ad clariora virtutum exem-
pla. Pulsabat quispiam Socratem Sofronisci fi-
lium faciem eius petulantius sine cedens. Socra-
tes vero non repugnavit, sed illius ire ac petulan-
tie se permisit, donec ei vultus undique tuber fieret.
Verum ubi ira illius satiata est, Socrates quidem

nichil aliud egit · nisi quod fronti sue inscripsit per
cussoris nomen · quemadmodum statuis fieri solet /
Ille inquit hoc opus effecit / nec ultimus ultus peperit /
/ hec que nostris similia sunt pdigna esse imitatione
/ duco hoc enim doctrinatum illi nostro conuenit / quod mo-
net / ut percutienti maxillam unam / alteram porriga
mus / tantum abest ut ulciscamur. Quod vero Periclis et
Euclidis · simile est illi / quos mouemus persequentes
experiatur / et benigne nos eorum collocature / et in
imicis bona precari / non autem mala dicere. Namque
nullus erit perpetuus / ut postea preceptis no
stris acquiescet / nec quia impossibilia sunt aspere
nabitur / Haud sane preterundum est Alexandri
regis memorabile factum / qui cum darii filias in
captiuas haberet / mirum in modum ut ab omnibus predicatur
formosas / nec videre quidem voluit / turpe esse
ratus · eos qui viros vicissent · a mulieribus superari /
/ Hoc illi nostro conuenit / quod aspiciens mulierem
ad voluptatem · et si rem non consumet / tamen quod id
concupiuit in corde suo / vicio non caret. Illud
autem Clinie Pytagore familiaris difficile est
credere / non dedita opera · sed fortuito iureiurando conue
nire / qui cum posset trium thalentorum dampnum
iniurando sibi effugere / dare quidem maluit /
/ quam iurare / Quamquam sine periurio id facere
liceret / Audierat ille ut quidem michi videtur

preceptum de omni inveniendo veritatis. Sed redeo
ad id quod in principio dicebam non omnia nobis
recipienda sunt, sed tantum utilia. Etenim cum eos cibos
qui obesse possunt corpori, diligenter vitemus. Ab-
surdissima est, disciplinarum quibus animus alitur
rationem nullam habere, sed tamquam torrens aliquos
quaecumque sors attulerit sine delectu ingerere. Et
cum gubernator non temere navem ventis permit-
tat, sed ad portum dirigat, et sagittarius ad signum,
et faber, et architectus, finem aliquem sue artis
respiciant. Nos ab eiusmodi opificibus in cogno-
scendis rebus nostris superamur. Neque enim manua-
lium operum finis aliquis est. Vite autem humane
finis est nullus, quem intueantur hii qui bene vi-
vere querunt. Quod si nulla ratione huc atque illuc in
vita iactaremur, quid inter nos atque rates guber-
naculis carentes interesset. Verum ut in musicis
gymnicisque certaminibus corone sunt certatoribus,
quorum et premia. Nec ullus cum se palestra
aut pancratio exercuisset, lira deinde aut tybia
certat. Neque Polidamas id agebat, nec Mi-
lon, sed alter ante olympicum certamen currus
sistebat currentes, Milon vero in clipeo unctus
stabat, nec depelli ab eo ulla vi poterant, sed resis-
tebat non secus ac statua quedam plumbo affixa.
Quid si Marsie aut Olympi musicam essent meditati

relictis pulvere atque gymnasio seu coronas ac
gloriamque assecuti essent aut effugissent ne corpora
sua derisui haberent. Sed nec Thymotheus relictam
musicam suam in [illegible] versabatur neque eam as-
secutus fuisset ut cunctis musicis longe antecel-
leret cum cantu superaret ceteris ut quotiens libuisset
animos hominum et vehementi armonia accenderet
et rursus molli ac placida leniret. Quippe cum
aliquando in Alexandri convivio eum cantum quem
frigium appellant modularetur usque adeo regem
excitasse dicitur ut ad arma capienda prosiliret
atque iterum ad [illegible] epulas quam reduxisse
modulatione mutata. Tantas vires habet in musi-
cis hymnis quam carminibus ad finem suum directa
exercitatio. Sed quoniam in coronarum ac pugillum mentionem
incidimus prosequimur aliquantisper inceptum. Porro
illi quadam incredibili laborum tolerantia vires
adepti cum infinitis sudoribus in gymnasia ma-
narunt innumeras quam plagas in exercitatione tule-
runt victum autem non voluptarium neque iocundum
sed quem magistri ludi prescripserant victitarunt et
in ceteris omnibus ne [illegible] prevaricarentur ita institu-
erunt ut vita ante certamen acta meditatio fuerit
certaminis. Tandem se nudantes in stadio [illegible] labore
ac periculo decertant ut oleastri ut apii aut eiusmodi
corona donentur. Victores quam apprecatione buccinantur.

gymnas. dicitur pugna luctus et gymnasium locus quo fiebat. [illegible] certamen et stadium [illegible]

Nos vero quibus premia vite ibi a deo mirabi- a
lia proposita sunt, ut nec magnitudo eorum dici pos-
sit, nec multitudo numerari, in utramque autem sterti-
tes et dormientes altera manu capere posse credes?
Permulta sane essent in terra, et sardanapalus ille
primas omnium partes in beatitudine ferret, vel margi-
tes forte, quem neque aratorem neque fossorem neque
umquam rei actorem fuisse Homerus ait, si ita-
que Homero credendum est, potius quam pittaco, qui
inquit arduum esse bonum existere. Multis enim
laboribus susceptis vix eorum bonorum compotem
fieri contingit, quorum nichil in hac vita esse simile
paulo ante dicebamus. Non igitur desidendum est
nobis, nec pro brevi voluptate maxime spes abicien-
de, nisi velimus et convicium pati et penas subire,
non hic modo apud homines, quamquam ne hoc quidem
parvum recte sentienti, sed aut sub terra aut ubicumque
sint illa iudicia. Nam qui non ex voluntate deli-
quit, is quoque aliqua dignabitur venia. Qui autem
ex proposito peiora eligit, nullam habet excusationem
quin multiplici pena afficiatur. Quid igitur faciendum
est, dicet quispiam, quid aliud quam curam anime b
habendam, ceteris omnibus pro nichilo habitis. Non
ergo corpori serviendum, nisi quantum summa cogit ne-
cessitas. Sed anima bonis artibus induenda et
ex corporeis vinculis ac passionum societate per-

pendo dis · i suspende · trutinare
sed pende · exolue · reddere · sustinere

· x · · Sequitur · liber ·

philosophiam exmendam / illud preterea efficiendum est / ut corpus laborum patientissimum sit / Venter autem non ad voluptatem / sed ad sustentationem porrigendum / Nam qui semper cenas atque coquos mente agitant / epularum quoque gentem / terras maria quoque perscrutantur / miserabili admodum servitute premuntur / et grauissimo domino tributum pendunt / nichil levius patientes quam hii qui apud inferos penas dant / vel ignes diuidentes / et cribris aquam ferentes / et perforatum vas implere anhelantes / nullum finem laborum habentes / Tondere autem aut minuere ultra quam necessarium sit / aut miserorum est / secundum diogenem aut mulierum / Preterea quoque occupatum esse in corporis ornatu · non minus ducendum arbitror · quia aut pellicem esse · aut adulterum / Quid enim refert homini generoso · veste de purpura amiciatur an vili aliqua veste dum modo corpus ab intemperie tueatur / Quod et in ceteris observandum est / ne quid superuacuo moliamur / nec plus corpori tribuamus quam anime commodum sit / Neque enim minus turpe est viro qui hoc cognomine dignus existat / nimiam corporis curam habere / quam ad aliam quamvis passionum effeminatum esse / Omne porro studium ponere ut corpori quam optime sit / hominis est se ipsum ignorantis / nec intelligentis sapientis illud / Non id quod cernitur homo / sed opus est maiori sapientia / ut quis nouit quid tandem

ipse possit agnoscere. Verum enim vero id assequi d
non expiata prius mente impossibilius est, quam
lippis oculis solem perspicere. Expiatio autem anime
fit, et breviter simul et habunde vobis dicam, per con-
temptum earum, quas nobis sensus porrigit volup-
tatum. Non igitur oculi pascendi sunt absurdis
spectaculorum inventiculis, non aspectu corporum vo-
luptatis stimulos vel incitamentum. Non per aures sonos
infundendos, qui animam corrumpere possit. Nam e
et nequitia et ignavia ex huiusmodi musica gigni
solet. Sed ea musica recipienda est, qua usus Da-
vid propheta sacrorum carminum regem ut ferunt ab insa-
nia liberavit. Pitagoras etiam cum iuvenibus
quibusdam vino, sertis, saltu et permutatem ba-
cciuientibus obviaret, iussisse dicitur ei, qui mo-
dos tybia faciebat, ut mutata armonia Dorium
personaret. Quod ubi factum est, bachantes illos a-
deo resipuisse ferunt, ut serta abicerent, et ru-
bore vultus verecundiam confessi domum abirent.
Tantum inter est, corrupta an salubri musica
impleare. Quamobrem ab hac quidem musica
que nunc in usu est, non secus abhorrendum vos
censeo, quam a quavis feditate. Iam vero odores in-
spersos, qui odoratum delectent, neve miscere a-
unguentis perungi, etiam interdicere vobis erube-
sco. Quid dicendum de hiis voluptatibus, que f

gustu aut tactu fiunt. An dubitandum quin ille
quoque eiusmodi sint, ut nisi quis eas caveat, ven-
tri aut feminis servire nos veluti pecora com-
pellant. Denique ut summatim dicam universum
corpus despiciendum est, nisi in luto voluptatum velut sus
submergi. Aut certe tantum ei indulgendum, ut
philosophie ut inquit Plato ministerium prestare possit.
Eadem ferme Platonis et Paulus monet dum
ait: non oportere nos providentiam aliquam cor-
poris habere ad voluptates. Nam hii qui corpus
optime curant, animam vero que eius servicio
uti debet negligunt, nichil ab hiis differunt
qui ut organa quam optima habeant summo stu-
dio conquirunt, artem vero cuius gratia illa organa
sunt comparata despiciunt. Prorsus igitur contra suadendum
est. Nam castigare corpus et compescere eius
impetus ut immanem quandam beluam oportet,
et eiusdem adversus animam temerarios motus
rationis habena cohibere atque sedare. Non autem
frena voluptatum remittere et animum curam abicere,
et instar aurige violentia equorum detractum deferri.
Et ne Pitagore non meminisse, qui cum intelli-
geret quendam ex familiaribus suis cibis exercita-
cionibusque ut pinguis fieret curare, hic inquit
non cessat molestiorem sibi carcerem instruere.
Quod genus molestie cum suspicaretur Plato

corpori suo impendere. Achademiam insalubrem
attice locum ferunt ex industria delegisse, ut
plus quam bona habitudo corporis, ceu vitis
nimia luxuries, ob eam rem amputaretur. Ipse
quoque iam audivi ex medicis, summam corporis
valitudinem periculosam esse. Cum igitur haec nimia
indulgentia et ipsi corpori inutilis sit, et anime
impedimentum afferat, in ea re studium apponere,
manifestissima est insania. Quod si corpus con-
temnere assuefacti essemus, parum certe humane
vite admiraremur. Quid enim tibi opus est divi-
tiis, si voluptates corporis aspernentur? Equidem
non video, nisi forte quem iuvaret, ut in fabu-
lis de draconibus fertur, reconditos thezauros
vigilando custodire. Qui autem ad haec contemp-
nenda ingenue eruditus est, plurimum ab omni
facinore et verbo et opere abhorrebit, et quicquid
ultra sufficientiam foret, sive id lidia gleba esset,
sive formicarum aurifexarum opus, tanto magis
despiceret quanto minus indigeret. Sufficien-
tia autem ipsa non libidine voluptatum, sed nature
necessitate diffinienda est. Nam qui excedunt
necessitatis terminos, similes sunt his, qui pre-
cipites deferuntur, nichil stabile invenientes
ubi possint consistere, nullum terminum perpetra-
tionis habentes, sed quanto plura amplectuntur,

tantidem ac etiam plures indigent ad uolup
k tates implendas. Diuiciarum enim ut ait Solon
nullus terminus est. Verum ad eam vero Theog
f nide magistro utendum est. qui ita inquit.
Nec diuitias cupio. neque uoto precor. sed m
contingat ex paruo vitam agere cum carente
molestia. Porro non sine beniuolentia quadam
michi in mentem venit Dyogenes humana omnia
simul contempnens qui magno rege ditiorem
se predicabat quod ipse rerum paucarum indiget.
At nobis nisi Pithie Crisi assint talenta
et infinita soli iugera et numerosa armen
torum examina nichil satis est. Oporteret
autem ut ego quidem arbitror nec absentes
diuitias optare nec presentibus gloriari nisi
quantum scias uti. Sapiens enim Socrates quom cum
videret hominem diuitiis affluentem et quod de
causa fastidio quodam gloriabundum videret
non prius inquit te admirabor quam notum michi
fuerit quo pacto scias uti fortunis tuis. An
vero Phidias Policletus quod si auro aut ar
gento gloriati essent ex quibus alter Olimpien
sibus Iouem alter Iunonem Argiuis effinxit
ridiculi sunt aliena bona sibi glorie fore pu
tantes ipsam vero artem qua illud aurum pre
ciosius factum est silencio pretereuntes. Nos

Vero humanam virtutem non satis decoris ipsam per se habere arbitrantes, minori reprehensione dignos esse putabimus. At divitias quidem contempnemus et voluptates despiciemus, verum blandicias et adulationes sectabimur, et archilochie vulpis calliditatem multiplicatamque gaudebimus. At nichil est quod eque fugere debeat sapiens, quam ad opinionem vivere et populares auras sequi, non autem rationem bonam ut[?] ducem vivendi habere. Ut etiam si omnes homines reclament, nichil mutet eorum que recte instituerat, etiam si infamiam vel pericula subire pro recte factis necesse sit. Nam qui aliter institutus est, is nichil differre videtur ab Egipcio sophista, qui et arbor fiebat, et aqua, et fera, quicquid liberet. Siquidem ipse quoque laudabit iusticiam, si id placere audientibus intelliget, modo eam vituperabit, si hanc apud quos loquitur inimicam gratis esse cognoscet. Et quod proprium assentatorum est, ut polipus ad speciem subiecti soli colorem mutat, ita et ipse ad voluptatem audientium variabit sententiam. Sed hec in nostris libris clarius discemus perfectius, in presentia vero umbram aliquam virtutis descripsimus ex hiis externis doctrinis. Qui enim diligenter ex quavis re cognoscunt utilitatem, etsi inimicitia

Quid agant, cum ut magna flumina multa ex-
ilibus locis accipiunt incrementa. Nam ut inquit ·m·
poeta · si parvo parvum superaddas, idque frequenter
facias, grandis cumulatur acervus. Non ad ·s·
peiorem declinarunt augmentum · recte dampnum fuisse
putandum est, sed ad cumulum scientie. Byas quidem
unus igitur ex septem sapientibus filio suo ad
Egiptios proficiscenti · roganti quod preceptum · quo-
nam agendo maxime sibi gratum faceret,
si viaticum inquit ad senectutem compares. Vir-
tutem nimirum pro viatico intelligens, sed ar-
tioribus terminis illam circumscribens, nec pro-
te qui eius utilitatem humane vite spatio
diffiniunt. Ego autem sive quis Tythoni ·n·
senectutem, sive vivacissimum aput veteres an-
tistitem · qui mille annos minus triginta dicitur
vixisse, sive denique universum tempus, ex quo fuerunt
homines metiatur, credebo eius prudentem senten-
tiam contemplans longum et insenescibile
seculum. Quod quidem tale est, ut quemad-
modum immortalis anime, ita etiam illius secu-
li nullum finem mens possit concipere. Adquod
ut viaticum paremus · omnis lapis ut dicitur
movendus est, unde aliqua utilitas ad eam
rem sit nobis futura. Non igitur quia ardua
sunt hec et laboriosa id circo torpescemus

Sed memores illius sententie oportet esse videlicet unam quamque vitam probatissimam eligere, expectare autem ut consuetudo faciat illam iocundam atque dulcem videri, eam sequi aggrediemur. Turpe est enim cum tempus persecordiam abierit, tunc demum illud revocare, cum pre dolorem nichil sit amplius vocare redditurum. Ego igitur que optima esse censeo partim nunc vos admonui, partim omni vite tempore admonebo. Vos autem cum tria sint morborum genera curam ne vos eis similes prestetis, quod insanabile est, neu ita mente egrotetis ut plerique solent qui corpore egrotare. Nam hii qui parva egritudine anguntur, ipsi proficiscuntur ad medicos; qui vero graviori morbo premuntur, ad se curantes accersiunt. At qui in atrabilem insanabiliter transvecti sunt, nec venientes quidem medicos recipiunt. Quod vos non patiamini nunc recta consilia aspernantes. Amen.

Leonardi Aretini ad Nicolaum suum Prefatio in Xenophontem incipit feliciter

Xenophontis phi quendam libellum quem ego ingenii exercendi gratia e greco sermone in latinum converti. Ad quem vocavi Nicholae scribem q adeo qui et latin-

literarum tantam peritiam habes quantam nemo
fere hoc tempore alter, et ingeniis ipsis discipli-
nis addiscendis socius michi adiutorque fuisti,
f tu itaque hoc munusculum accipies, quod ab inge-
nio haud quamquam magno, sed certe tibi dedi-
tissimo lucubratum est, atque ita existimes velim
neminem peritius esse ex omni iuventute. Cuius
ego iudicium pluris faciam quam tuum. Quod non
tamen quia te summe amo, ita michi accidere in-
telligo, sed quoniam tua singulari ac pene incredibili
in cunctis rebus vel peragendis perpendendis ex-
aminandisque diligentia. Sed cum universe antiquitatis
studiosissimus sis, omnibusque veteribus illis
summa auctoritate viris mirabilem affectum vide-
are. Tamen ut ego ex sermonibus tuis, quos pro
nostra familiaritate sepe mecum instituis, ani-
madvertere potui, precipuo quodam amore Xenopho-
tem amplecteris, quod michi quidem cum sa-
tis mecum agitarim, non sine summa ratione videri
p. solet in illo viro contingere. In nullo enim umquam
tot simul bonas artes vel mediocriter fuisse acce-
pimus, quot in Xenophonte viro summe fuere. Qui
ab scolis gymnasiisque philosophorum in quibus ille
precelsis floruerat, ad arma translatus que delatus,
tanta eximia corporis animique virtute claruit, ut
brevissimo tempore consensu omnium ex pene milite dux

reduceret et qui bellum difficillimum ac periculosissi-
me ita gessit ut plurimis ex hoste victoriis summa cum
gloria potiretur. Exercitumque victorem ex intimis
Babiloniae finibus per infestissimas atque barbaras gen-
tes ad propriam sedem reportaret incolumem. Orti-
tos Traciam Byzancium Synopem. Alia quoque infini-
ta loca que illum ut iustissimum virum ita etiam
summum ducem ac bello timendum esse conferunt.
Deinde cum iam eius nomen in tota Grecia cele-
berrimum esset ob eam quoque causam ab inimicis civibus
hostis patrie iudicatus fuisset. In Peloponensium
se recepit atque ibi ad disciplinas liberos quoque conver-
sus. Cum adea que a Socrate in adolescentia
didicerat multarum rerum usum adiunxisset res
et cogitationes suas mandare litteris instituit. Qua
quidem in re ita excellunt ut eius elegantiam
admirari quidem omnes assequi vero nulli ad-
huc potuerunt. Quamobrem Nicolae minime
nobis errare visus es in tali viro deligendo. Quid
enim illi abfuit pulcherrimarum rerum. Quid non
summe fuit. Queris doctrinam in homine doctissimo
Xenophon. Laudas prudentiam prudentissimus.
Gaudes eloquentia. At hic inter principes eius
loci connumeratur. Virtutem amas. At hic omnium eta-
tis sue optimus vir fuit. Admiraris res gestas.
In hoc quoque genere laudis non mediocriter excellunt

Multi quippe una aut altera memoratu digna perdi-
ti fuere finem habentes. Hunc vero qui ita univer-
sas complexus est, ut ipse inter sese de excellen-
tia certare videantur, quo tandem loco habendum pu-
tabimus? Itaque cum hoc de Xenophonte iudicium
magnopere probarimus, atque ut tibi grati essent
labores nostri, tum etiam nos vellemus, inter
potissimo libros id efferimus. Maiora autem illius
viri opera, que permulta sunt ac pulcherrima,
in hiis primitiis studiorum nostrorum nullo modo
sumus ausi attingere. Tyrannus Xenophon-
tis incipit feliciter. Et sequitur capitulum.

Cum ad Hieronem tyrannum Symo-
nides poeta aliquando venisset, essentque
ambo ociosi, sic illum affari cepit
Symonides: an velles inquit o Hye-
ron ea narrare, que tibi notiora
debeant esse quam michi? Et que nam illa sunt
o Symonide inquit Hyeron, que michi quam tibi
notiora possunt esse, cum tu adeo vir doctus
atque sapiens sis? Scio inquit ille te olim privatum
fuisse et nunc esse tyrannum. Par igitur est utramque
vitam expertum longe melius nosse quam me, quid
inter privatam vitam tyrannicamque intersit, quid-
ve altera alteri prestet ad voluptates capiendas
atque molestias. Tunc tu inquit Hyeron cum ipse

nunc privatus sis · ea michi commemores que in privata
vita solent contingere. Hoc etenim modo ego ma-
xime arbitror · utriusque vite differentiam tibi posse
ostendere. Tunc Symonides sic incipit. Michi quidem
perspicere videtur · O · Hyeron privatos homines vi- 6
dere atque letari · oculos quidem visu · aures
auditu · naribus odoribus · per os · cibo atque potu ·
venereis vero per eas partes corporis que omnibus no-
te sunt · frigida autem et calida · item mollia et
dura · gravia quoque et levia · toto corpore iudicamus ·
his omnibus letamur cum bona sunt · angimur quoque ad-
versis. Alias quidem vero ut michi videtur · per ipsam animam
aut dolore afficimur · aut voluptate. Aliquando autem
per animam et corpus. Ex somnio plane quoque volup-
tatem aliquam capimus manifestum est. Quomodo autem
id fiat · et quando · magis michi videor ignorare. Nec
sane mirum est · si vigilantibus nobis ipsi sensus
manifestiores sunt quam in somnio. Ad hec ridens
Hyeron · Equidem inquit Symonide · preter hec que
nunc commemorata sunt · nichil referre possem · unde
tyrannis sensus aliquis vel doloris vel voluptatis
perveniat. Quamobrem ego adhuc nichil video cur
privatam vitam tyrannica superet. At vero inquit
Symonides · in his ipsis que commemorata sunt per-
multum precellunt. Multiplices enim per quelibet istorum
voluptates capitis · minores quoque dolores. Non est

ita inquit ille. sed longe minores tyrannis
voluptates sunt quam privatis, maiores quam mo-
lestie. Mira certe narras inquit Symonides.
Nam si ita est, quid multi atque summi viri videntur
viri tantopere tyrannidem affectarunt? Ideo me her-
cle inquit hyeron quia experti non sunt. Ita quod ne-
quaquam recte de ea re sentire possunt. Ego vero
te docebo omnia. hec vera esse que dixi. Nam
ut ab oculis visu quasi incipiam, quemadmodum et tu
modo fecisti. Nomine in hac re. Si quis recte adver-
terit, inferiori loco comperiet esse tyrannum. Nam
cum in multis in locis multe res sint aspectu digne,
ad eas inspiciendas privati homines suo arbitrio proficis-
cuntur. Ita et civitates quaslibet adeunt, et conventus
et ludos, ubi res mire sunt, pulcherrime quas aspiciunt.
Tyranni vero nequaquam ita. neque enim illis pro-
ficisci tutum est ubi privatis non sint potentiores
futuri. neque eas res quas domi possident relinque-
re, ne simul et regno spolientur. et potentia ulcis-
cendi eos qui se spoliarunt. At vero dicet quispiam
veniunt illis hec res et domi manentibus. Ita me
hercle. Sed pauca ex multis. et hec summo precio emun-
tur tyrannis. nemo enim defert quicquam ostendendi
gratia, qui non multo plura a tyrannis brevi tempore
petat, quam a reliquis hominibus omni vite spatio
acceperit. Tunc Symonides. At si quid minus inquit

Que ad visum pertinent privati homines supe- .v.
riores sunt. Vos tamen illos auditu superatis.
Laudes enim vestras quod dulcissimum est auditis con-
tinuo: nec quisquam est in conspectu vestro qui non
omnia et quecumque dicitis et quecumque facitis
summo cum studio conetur extollere. Iurgia vo-
tem auribus amaram nunquam auditis. Quis
enim presente tyranno audet maledicere? Et quas
voluptates de Symonide inquit Hyeron
putas eos qui non maledicant afferre ty-
ranno, cum ille aperte sciat omnes qui taceant
de se male sentire ~~esse~~. Quid autem putas
laudibus gaudere cum omnes laudantes sus-
pecti sunt ne assentando id agant. Huic equidem
inquit Symonides tecum o Hyeron facillime
sentio: eas quod tantum laudes dulcissimas esse
arbitror que ab homine liberrimo audiant. Sed
illud nunquam persuadebis: Vos minus rebus
que ad victum pertinerent non multum ante ire.
Tunc ille scio inquit Symonide omnes ferme
arbitrari dulcius tyrannos edere atque bibere
quam privatos. Credo ut opinor esse adductos
quod ipsi libentius sumerent ea que nobis quam ea
que sibi apparantur. Quod enim cotidianum usum
excedit in eos preter modum solet esse iocunditatis. Itaque
quod ab omnibus preter tyrannos solempnes dies le-

x

tis animis excitantur. semper enim est illis quedam
satietas. ac pene fastidium lautorum ciborum
nec quicquam novi festis diebus tyrannorum
mensis apponi potest. Quamobrem spe etiam carent
tyranni huiusmodi voluptatis. Illud deinde preterea non
fugit. quod quanto plura quam satis est apponuntur
tanto citius edentes capit satietas. Quamobrem eti-
am in ipsa mensa deteriori loco est is cui plura
quam privatis et mediocriter degentibus apponuntur
At profecto inquit Symonides. donec aviditas
edendi superest. longe magis delectantur hi qui
pretioso cibo quam qui vili utuntur. Nonne igitur
o Symonide inquit ille. ut cuique aliqua res ma-
xime dulcis est. ita et se avide huic rei prebet.
Prorsus etiam. An vides igitur tyrannos ad mensas
suas maiori cum aviditate venire quam privatos.
Non me hercle inquit. sed magis contra. Tum
a. Hieron. quid tu inquit nunquam animadvertisti. has
multas saporum machinationes. que fiunt tyran-
nis. cum huic acida posuerint. nunc aspera. ac plu-
ra huiusmodi. animadverti inquit Symonides. et in
primis contra naturam. videri solent. Nonne
igitur arbitraris inquit ille. imbecillis atque infirmi
appetitus. has esse cupiditates. cum tibi michi quoque
notum sit eos. qui libenter cibum sumant. nichil
horum irritamentorum indigere. Dolcius suavius

fumis odoribus quibus tyranni continue ungitur
longe magis gaudent hii qui se ad eos admo-
nent quam ipsi tyranni. Quod et in ceteris odoribus
contingere solet ut gestans ipse minus sentiat
quam ipsi propinqui. Ita autem ciborum suavium semper
est copia nullo tempore illis avidissime capiunt hii
is summa cum iocunditate et aviditate se imbuit
Nam igitur proclivius est inquit Symonides ne ve- 6
neree voluptates sole cogant homines affec-
tare tyrannidem cum liceat eis qui id in loco sit
quodque formosum viderint illo potiri. Ad hec Hye-
ron inquit plane satis id te michi commemoras-
se. In quo certamus apertissime superamur. Nam
primum coniugia ipsa tunc demum iocunda sunt videntur que
gloriam quandam nobis afferre cum quibus ditiori
ampliorique coniungitur. Secundo vero loco cum par
pari. Sin autem inferiori te coniugas infamiam
non vitabis. Tyrannus vero nisi externam uxorem
velit inferiorem ducat necesse est. Quo ob rem mi-
nimus illi erit affectus. Nec enim mulierum studia ma-
xime delectant cum ille de se magnifice sentire
videantur. Humilium vero studia si quidem adsint
non multum sunt grata. Si in autem absint ire indig-
nationes que generantur gravissime. Quare in coniugiis
ne par quidem privatis erit tyrannus. In ceteris vero
amoribus multo magis superamur. Nam quam

delectatio sit ex amatis potius, omnibus opinor notum esse. Ipse vero amor plurimum tyrannos respuit, siquidem non cum illis esse vult. Neque enim cupido levium rerum que in potestate nostra sunt amorem delectat, sed speratarum. Ut igitur is qui nunquam sitim est passus, quanta delectatio in potu sit ignorat, ita qui amorem expertus non est, dulcissimam ut videtur venerem expertus non est. Hic arridens Symonides sic inquit: Quo quo vultu affirmare potes, o Hyeron, tyrannis hominibus amorem non nasci, cum tu hanc Dyalochum ames, cui pre ceteris ex forma pulcherrimi cognomentum. Nos me hercle inquit Hyeron, quod que res facile in potestate mea est, ego eam rem magnopere cupio. Ego enim Dyalochum ardens illius compos fieri cupio, ad quod cupiendum forte natura ipsa me impellit, et id assequi si tamen eo volente atque equo animo id fiat vehementer exopto. Vi autem cupiditatem meam explere non magis mihi placet quam me ipsum malum aliquid machinari. Ab hostibus enim invitis accipere ego pulcherrimum duco, ab amicis vero ita demum si concedant. Ubi enim amati benivolentia tendit, ibi aspectus, respectus, rogationes, responsiones, omnia denique dulcia sunt. Dulcissime vero atque iocundissime lites, pugne quoque. Vi autem ea que cupias extorquere, predoni similius est quam amori. At qui latro

Vt quidem ipsi aliquam prebeat voluptatem tum
sui lucro, tum inimici iactura. Amato vero
molestius grande quiddam quam ferentem attingere
et sic illi odio esse intollerabile est ac nephandum.
Item pietatis firmissimum est amoris iudicium si
qui in amantia significationem aliquam benivolentie
conspiciunt. Tyranno autem id cognoscere haud
quaquam licet. Scimus enim homines metu obsequentes
quam maxime possunt simulare amores. Nec
ab ullis quidem hominum plures insidie tyrannis fiunt
quam ab hiis qui maxime amare se simulant.
Hic Symonides parva sunt ista inquit o Hye
ron que adhuc tu retulisti. Nam plures quam vi
ros licet videre qui se sponte abstinent eiusmodi
voluptatibus. Sed nullo ut michi videtur maiore
progressu ceteris hominibus quod ingentia animo con
cupitis celerem perficitis. Summam enim rerum complec
tam habetis. Sunt vobis egregii equi insig
nia arma formose femine magnifice domus
atque omnibus rebus ornatissime ministrorum multi
tudo et insuper potencia ut facile et inimicos
subicere possitis et amicis prodesse. Ad hec
ridens Hyeron inquit haud equidem admiror
Si in tyrannide iudicanda multitudo decipiatur
quippe vulgus secundum ea que oculis subiecta sunt
de felicitate hominis vel miseria iudicat. Ipsa vero

tyrannis eximior est, ut ea que optima pul-
cherrima esse putantur omnia ponat ante oculos hominum.
Que autem gravia molesta esse sunt in interiorum
mentibus recondat. Ubi profecto sita est insciencia
hominum felicitas. Quare vulgus ut modo dixi ne
quicquam mirum est decipiatur. At vos sapientes in
hoc errare, qui plus mente quam oculis videre
soletis, magnopere admiror. Ego plane doctus
experientia rerum hoc tibi affirmare possum. Bo-
norum quidem partem minimam tyrannos habere, mag-
norum autem malorum plurima sustinere. Principio
enim pax maximum bonum esse censetur. Hac autem
tyranni minime frui possunt. Bellum autem ma-
ximum est malum, huius tyranni maximam partem
ferunt. Privati enim nisi civitas sua publice bel-
lum gerat quocumque velint secure proficiscuntur, nec
est illis verendum ne aliquis eos trucidet. Tyran-
ni vero ubique ut per hostilem terram incedunt. Ita-
que et ipsi ferre arma necesse arbitrantur esse et
alios circa se tutele gratia armatos habere. Deinde
siquo tempore adversus hostes militarunt privati
homines, tamen domum reversi posse tuto se ibi esse
sciunt. Tyranni vero tum maxime inter hostes
esse arbitrantur cum ad urbem suam revenire.
Si maior civitas bello superatur, hic solum privatis
periculum est cum extra menia sunt. Cum vero

f

in urbem se recipere, nichil est amplius timendum.
At tyrannus neque extra urbem tutus est, neque
in urbe, sed tunc maxime sibi putat cavendum.
Item cives homines et pax et indutie liberant
bello. Tyrannis vero nec pax nec ulle indutie
possunt esse cum subditis. Preterea utraque hec
bella sunt, et que cives adversus hostes, et que ty-
ranni adversus subditos gerunt. Horum autem bel-
lorum causa quecumque populos subire ac pati
necesse est, hec eadem certe incumbunt tyrannis, ut
in armis esse, custodire, procurare, in periculo se
ponere, et siquid adversi contingat ingemiscere.
Hec tamen privatorum sunt quam tyrannorum communia,
et hucusque paritas est. At siquid feliciter eveni-
at, nequaquam in hoc tyrannus par ceteris. Populi
enim si quando prelio commisso fugaverint hostes, diffici-
le dictum est quam magnam capiant voluptatem
in fugandis persequendisque et trucidandis inimicis,
quanta letitia exultant, quam gloriantur, quam gau-
dent, civitatem suam decorasse arbitrantes,
quisque predicat se huius consilii principem fuisse,
complures hostium necasse, nec ullus fere inveni-
ri potest qui non verorum exaugeat numerum,
ita pulcherrimum dicunt egregie vicisse. Tyrannus
autem si quando suspicatur coniurationem aliquam contra
se iniri, eaque deprehensa quosdam cruciatibus suis

pena afficiat. scit civitatem se totam non habiturum
paucioribus imperaturum, nec leticiam pre se fert, nec
hoc facto exultat, sed quantum potest detrahit et quomodo
se purgat non cum iniuriam id fecisse. Adeo ne
sibi quidem placent que ipse idem efficit. Ut tamen
eum illos quos timebat necavit, ea de causa secu-
rior est, sed longe magis timet quam prius. Et inimi-
cis bellis omni tempore persequerint. Amicicias autem
h tyrannorum si ita placet consideremus. Et quidem
animadvertas velim, si magnum bonum sit amicicia.
omnes enim qui quicquam amant et prompto animo
conantur prodesse. Gaudent eius presencia, absente
desiderant, summa leticia redeuntem suscipiunt, congau-
dent eius rebus prosperis, anguntur ex adversis.
Quantum autem bonum in amicicia sit, nec civitates qui-
dem latuit, a quibus plerisque sanctitum est licere
adulteros impune occidere. Porro illa de causa,
quia ab eisdem hominibus illam amiciciam corrumpi puta-
rent, que est inter viros et uxores. Nam si aut
pudicicia per vim accepta sit, nichilominus ob eam
rem in honore habetur apud maritum, cum eius
amicicia videatur sine labe aliqua permansisse.
Denique tantum bonum est amicicia, ut ad eam compa-
randam deorum atque hominum munera videantur concurrere.
huius autem rei tam bone tamque preclare nemo
magis est expers quam tyrannus. quod quidem verum

dem animaduerte. Nam cum inter parentes et liberos i
et fratres admirationem. Viros quoque et uxores omnium firmis-
sime arctissime sint amicitie, eas quoque privati ho-
mines diligentissime colant, adeo tamen ne
hee quidem amicitie valent apud tyrannos. ut
sepe filius a patre, et pater a filio, et uxor a coniuge
et frater a fratre necatur. Cum igitur illis, quos ipsa
natura ad amandum compellit, lex cogit, ita o-
dio est, ut plerumque de sua nece cogitent, quo-
modo ne aliquibus hominibus amari putabimus. Pre- k
terea cui fides deest, eum magno bono carere
negari non potest. Que enim familiaritas, que iucun-
da congressus potest esse iocundus absque
fide, et quis vivit, quis clientem aspicere potest
si is sit infidus. Huius autem rei quam sint
expertes tyranni, hinc vel maxime licet cogno-
scere, quod non facile cibis a se delatis credunt
sed etiam aliqua prelibatione et primicias dan-
tes famulos ipsos gustare iubent, nequid mali l
edant bibantve formidantes. Quid quod ceteris
quidem hominibus patria sua magno usui est. Ci-
ves enim absque ulla mercede adiutorem se tu-
tantur, castigant servos, compescunt facinorosos
maxime laborantque ne cuique violentia inferant
nex. Cumque sanctitate inviolandam cuibus
possere ut pluris quod in civitatibus lex sit erga

eum qui tum homicidia congessisset fuerit pollu-
tum videri, quo fit, ut in patria sua quisque securus
·m· vivat. Tyrannus vero omnia illis omnino contraria. Pro
enim premiis quibus afficiuntur hii qui cives
necaverint, omnia opposita sunt tyrannidis pro pollu-
tione sacris quoque prohiberi statue in templis dedica-
ti in medium collocantur. Si quis autem quod plura pos-
sideat tyrannus quam privati, plus etiam ex de causa
putat eos letari, longe is quidem decipitur. Nam
velut athlete non minus gloriosum putant cete-
rorum hominum superiores esse, sed si ab aliis athletis
superentur molestissime ferunt. Ita tyranni non
si plura ipsi quam habeant privati, contenti sunt,
sed si minus quam alii possideant tyranni, mo-
lestum est, nec facilius optati compotes fiunt ty-
ranni quam ceteri homines. Ceteri enim aut edes
cupiunt aut agros aut mancipium. Tyranni vero
urbes, regiones, portus, arces, quas adipisci
difficilius periculosiusque est, quam ea que
·n· privatis capiunt. Neque tamen ita multi ex pri-
vatis hominibus pauperes sunt, ut ex tyrannis.
Neque enim ad numerum computantur divitie, sed ad
indigentiam. Si plura habes quam indigeas, per-
multa habes, si pauciora, parum. Ac etiam amplis-
sima possessio necessarios tyranni sumptus non
implet, cum privato homini longe minus sit satis.

Non enim quemadmodum ceteris hominibus. Sic et
tyrannis quottidianos sumptus licet inscribere. pro-
fecto cum fiant maxime in custodia corporis. quia
remittere certissimus videtur tyrannorum inte-
ritus. Deinde nequaquam appellandi sunt pau-
peres. qui sine iniuria satisfacere possunt neces-
sitatibus suis. sed potius quos indigentia compellit
ad facinus. Tyranni autem cum ipsis necesse sit. ut
forte pire maluit. tamquam aliquo bello immine-
te. continuo exercitum alere. vi ipsi coguntur ad prima
divina humanaque diripienda. Grave et illud
tyrannis accidit incommodum. quod si qui viros bo-
nos. fortes. prudentes. cognoscant. cognoscunt at
non minus quam periti. cum amare cupiant
illos. timeant necesse est fortes. ne quid audeant
libertatis gratia. prudentes. ne quid adversus machi-
nentur. iustos. ne cupiant populi ab illis guber-
nari. Cum vero eiusmodi homines propter metum e-
arum rerum quas modo commemoravi sustulerint.
quos nam tunc reliquos habent tyranni. preter
improbos. preter flagitiosos. preter ignavos. Gau-
dent tyranno improbi homines. quia timent
ne si civitas libera fiat. penas iniuriarum
ipse exigat. Gaudent flagitiosi propter concessam
a tyrannis flagitiorum licenciam. Gaudent igna-
vi. quia liberos esse se non magnifaciunt. Est
igitur gravissimum. ut michi quidem videtur. cum

bonos cognoscas adversum predictorum ex neces-
sitate compelli. Peccatum cum sine civitate nec pro-
sperare nec salvus possit esse tyrannus, civitatis
amatorem esse illum necesse est. Tyrannis vero
ipsa talis est ut perditam quoque odio habere cogat.
Neque enim leto vultu aspicere tyrannus potest
cives suos vel bene armatos vel magno inge-
nio preditos, sed externos quam cives prestantiores
videre cupit illos quos ad sui corporis custodiam
habet. Odit etiam fertilitatem agrorum ne u-
bertate rerum elati cives iugum servile diffici-
lius patiantur. Volo etiam Symonide referre
tibi voluptates illas quibus ego fruebar in pri-
vata vita, in tyrannide vero omnino omnia amisi.
Ego vero cum privatus essem una cum equali-
bus etiam delectabar eorum usu. Illi item ut
opinor mei; etiam in ocio si quando id optarem e-
tiam quoque in convivio cum quidem vel ita me
plerumque toto animo dedebam ut omni rerum me
haberet oblivio. Nec si quid habet incommodi
humana vita meminerat usque adeo me cantus
sevire salutationesque totus versabar. Nunc vero
nec hii qui ante michi erant familiares una mecum
esse gaudent cum pro amicis michi servi facti
sunt, et neque ego cum illis cum nichil videam
in ipsis aut benivolentie erga me aut caritatis.
Potus vero atque somnos non secus atque insidias

carnes. Times celebritatem hominum, times solitudinem, times incustoditos aditus, times ipsos custodes, neque inermes ipsos habere vellem circa latus, neque armatis libenter confidis. Hec item quod fratres et parentes se potius alienis committere quam suis et barbaris quam grecis, et liberos quidem cupere in servitutem trudere, servos autem in libertatem reponere. Nonne ista omnia tibi videntur animi formidolosi ac metu abiecti esse signa? Metus autem r
non solum mentes hominum afficit, verum etiam gaudia cuncta perturbat. Neque illud consistere illos puto sunt. Quod si tu unquam Symonide in militia fuisti, ubi prope aciem constitutus, recordare queso quis tibi cibus, qui somnus illo tempore videbatur. Nam quales molestie eo tempore tibi fuerunt, tales continenter ferunt tyranni, et alie etiam graviores. Non enim ex adverso solum habere hostes se putat tyrannus, sed undique. Hec cum audisset Symonides, proxime michi inquit videris, o Hyeron ista commemorasse. Nam bellum quidem terrorem habere negari non potest. Et tamen nos 6
nunc cum sumus in armis, custodibus prestationes depositis, nichil timemus secure quod capimus et cibum et somnum. Tum me Hercle inquit Hyeron. Tu leges ante omnia vos tuentur, que quidem custodes cogunt non minus de vestra salute quam de sua cogitare. Tyranni vero mercenarios habent custodes

quam messores. et tu oportere huiusmodi hominibus nec
paucis esse quam fidem. Difficilius est quicquam
illorum fidum invenire. quam multos opifices cuius
vis rei. Omnis enim ut dictum est pecunie gratia tyrannum
custodiunt. pecunias autem longe plures licet illis
puncto temporis accipere. si tyrannum occiderint. quam
omni vita sperent. si illum protexerint. Quod si nos
ea de causa putant beatos. quod facile et amicis
prodesse. et inimicis obesse possumus. nimium fal-
luntur. Qua enim ratione nodum potest tyrannus ut be-
nefaciat amicis. cum aperte sciat. quod quanto plura
quis ab eo acceperit. tanto citius cupit effugere.
nullus quod sit qui illarum rerum que sibi largite
sunt a tyranno quicquam prius esse suum credat quam
eo loco fuerit. Ubi tyrannus etiam si cupiat nullo-
modo posset auferre. Ab inimicis autem penas ac-
cipere quemadmodum licet. cum manifestum sit uni-
versos subditos esse sibi inimicos. quos neque necare
potest tyrannus. neque in vincula mittere. Quibus
enim post hec dominaretur. Sed aperte sciens quod inimici
sunt simul. et cavere. et credere habet necesse. Illud
etiam te scire volo Symonide. quod eos cives quos
tyranni timent egre vivere patiuntur. egre quod oc-
cidunt. Nec secus est in his quam in equis qui
si strenui quidem sunt. sed tamen feroces. nec uti
quis illis potest propter timorem. nec ut alienet ad-
ducere potest propter virtutem. Ita quod et possidentes

et alienantes similiter arguuntur. Hinc Symonides. Est igitur honor ut vides preciosissima res, cuius cupiditate adducti homines nullum laborem fugiunt, nullum periculum subire recusant. Vos itaque o Hieron, et si tot incommodis premantur tyranni quot modo a te commemorata fuere, tamen ad illa cupiditatem honorum mature precipitatis. Ea enim decursa, ut amplissime in honore sitis, ut omnes vobis pareant, omnes admirentur, locos cedant, assurgant, que omnia a subditis fiunt erga tyrannos. Nam hoc uno maxime o Hyeron mihi videtur a ceteris animalibus homo differre, quod honoris est cupidus. Siquidem cibi, potus, veneris, quod nobis est cum ceteris animalibus communis voluptas, honoris autem cupiditatem neque brutis natura indidit, neque omnibus sane hominibus. Sed quibus eius innatum est, hii sunt qui plurimum a pecudibus differunt, viri iam et non homines appellandi. Quamobrem mihi recte videmini has omnes incommode subire molestias, ut vobis egregie honor deferatur, cum nihil in humanis rebus divinitati propius videatur accedere quam quod ex honoribus provenit gaudium. Ad hec respondens Hyeron sic inquit. At mihi tyrannorum honores Symonide perinde se habere videntur, ut ego paulo ante de veneriis dicebam. Nam neque observantia eorum qui nos minime amant grata est nobis, neque coacta vol

iocunda. Et hoc quidem sepe intelligimus, ut
qui maxime timent aut oderunt aliquem
hii maxime observant, munera mittunt, lo-
co cedant, assurgant. Atque facienda non
amor sed timor eos impellit. Et hec omnia
meo iudicio furtiva sunt munera. Veri enim
honores aliis ex causis gignuntur. Quotiens
enim homines virum quempiam ea virtute predi-
tum sciunt ut plurimum sibi prodesse valeat, et ea de
causa illum in ore habent, continuo laudant,
quisque intuetur illum tamquam peculiare aliquod
bonum, via decedunt, et assurgunt, virtutis ac
meritorum gratia donant, donare gestiunt, et hoc
non timore sed sponte faciunt, hii tandem puta-
di sunt veri honores. Beatumque illum esse
cui talia contingunt, puto enim talem virum non
de inferendis alteri, sed de repellendis a se iniu-
riis cogitantem, neque timori neque invidie
subiacere, sed tute beateque vitam agere. Tyran-
nus autem dies noctesque insompnes facit
tamquam se eum esse sentit qui ob illatas clades
communi omnium sententia sit ad supplicium mor-
temque dampnatus. Hec omnia cum audisset Simo-
nides, quid igitur, inquit, o Hieron, si tam pessima
res est esse tyrannum, cumque id minime ignorans
ab hac tam nepharia peste, nec tu te ipse li-
beras, nec alius sua sponte se liberavit, quam semel

tyrannidem fuit adeptus. Ea de causa inquit
Hyeron quod in hoc etiam infortunia est tyran-
norum condicio. Neque enim relinquere ullo modo
illam licet. Nam quemadmodum possunt tyran-
ni aut tot pecunias restituere quot ipsi diripu-
erunt · aut tot vincula pati · quot ipsi iniece-
runt · aut tot mortibus mori · quot ipsi ne-
caverunt · Unde esset illis tanta multitudo
animarum · Sed si cui umquam commodum fuit se
suspendere · Hoc profecto tyrannis · quibus sol-
lis neque tenere malam rem neque relinquere conducit
Hinc Symonides minime inquit admiror · o Hie-
ron te adversus tyrannidem ita sentire · cum tu
ea mente sis · ut maxime carus hominibus es-
se cupias · Quam tamen quo minus assequare
putas tyrannidem impedimento esse · Ego tamen
docere te possum · ut arbitror nihil principatum
impedire amicicias · sed augere magis illarum
facultatem · Nec illud nunc consideremus vel-
ut quemadmodum plus possint hii qui principatum
habent quam privati · ita etiam pluribus prodesse
et beneficio sibi conciliare possunt · Sed illud quid si
eadem faciat tyrannus et privatus in pari
officio · Uter eorum maiorem sit gratiam · Ecce enim
ut a parvis incipiam rebus · salutet quempiam
familiariter privatus et tyrannus · Utrius appel-
lacio plus delectabit salutatum · Laudet aliquis

ab utroque parte, utrius laudatio erit gratior
Gratificando honore et utrisque cum tantundem honor
erit acceptior. Visitant egrotantem patrem, an du
F bitandum est quin in hac quoque re potentissimorum
hominum magis sit grata humanitas, donet tantun
dem. Quis vel dubitet duplo gratiora esse mu
nera quam a privatis hominibus proficiscantur, quia ea
que a privatis. Michi quidem videri solet quoddam
divinitus adiectum esse gratiam eiusmodi viris. Nam
et multo magis iuvat videre aliquem cum pru
te quam privatum, licet is idem sit, neque ulla in
re mutatus, magis quam nos delectat cum illis
loqui quam cum hiis qui nobis sunt pares.
Mulieres etiam ipse quarum tu amores maxime i
nimicam esse tyrannidem questus es, dominantis
senectutem minime aspernantur, minime etiam defor
mitatem despiciunt, honores enim ita homines
comparant, ut si quid in eis menda sit, nusquam
appareat vel compareat. Si quid vero decori
luculentius reddatur. Quod si in pari re longe
maior gratia vobis est quam privatis, negari non
potest quin multo facilius amicos parare vobis
liceat, cum plura donare et beneficia conferre
B. possitis. Non est ita Simonides, ut tu putas
inquit Hyeron. Nam multa faciat tyrannus
necesse est, que sibi homines reddant inimicos. Exi
gende sunt enim pecunie ad necessarios sumptus, pu-

mendi facinorosi, prohibende iniurie, cogend.
custodire. Ubi opus est custodia, ut puniendi tur-
dis. cum res celeritate indiget. Habendi sunt
etiam corporis custodes. que una res civibus mo-
lestissima est. Non enim putant eiusmodi
turbam alere tyrannum salutis causa. sed ut suis
immineat civibus. Tunc Symonides ita inquit.
Ego vero quod omnes eiusmodi cure abiciende sint
nequaquam dixerim. Sed istarum quidem rerum plus
quam ut michi videtur gratissime sunt. quedam vero
odiose. docere enim que optima facta sunt. et eos
qui illa fecerint premiis laudibusque ornare.
summam gratiam atque benivolentiam parit. Delinquen-
tem vero probris lacessere. cohercere. dampnare
punire. hec videntur michi abalienacionem quandam
habere animorum. Sed meum hoc consilium est. ut
que res ipse molestiam habere videantur. eas aliis
faciendas precipiendasque mandet. Que vero
gratiam comparant. eas per se exequatur. quod ita recte
est. cuius rei exemplum manifeste in choris ap-
paret. quorum certamini magistratus premia ponit.
Cogere autem illos et monere et castigare non
magistratus sed aliorum est officium. Ita quod gra-
tissimum prestatur in ea re esse. hoc magistratui fit
quod vero odiosum est. aliis committitur. Quid igitur
prohibet et in ceteris rebus hoc idem fieri. Civi-
tatum enim alie partibus divise sunt. alie per classes

alie per centurias, alie item aliter. et cuique pre-
d sidens preest magistratus. Si quis igitur his quemadmo-
dum choris premia ponat, qui nam armis pre-
stent, qui equis, qui domi, qui virtute in bellis,
qui iustitia in consiliis, eveniet profecto ut
certatim in his rebus omnibus enixe studeant.
Quapropter exsuperabunt velocius ubi opus erit
honoris gratia, et tributa solvent. et quod optimum
quidem est minime autem consuetum, cultus terre sple-
ndidior fiet premiis positis villis et agris qui optime
sint exculti. In qua quidem re manifestissima
apparet utilitas, nam et crescunt vectigalia
et frugalitatem negocium pariet, nec ob desidiam //de
libidines crescent. Sin autem mercatura civitati
est utilis, huic quoque rei premiis constitutis multo
plures ad eam rem excitabuntur. Quod si his qui
reditum aliquem honestum rei publice excogitaverint
premium proponetur, nec huius quidem rei meditatio
negligetur. ut autem summatim omnia comprehen-
dam si cuique vel cuicumque bonorum auctoribus inventoribus
quoque premia constituentur, permulti occupati
erunt in bonis rebus meditandis. Multis atque
magis gratie occupatis, necesse erit multa utilia inve-
niri, inventa quoque augeri. Sin autem id vereris
e o Hieron, ne hec cum multa premia magnam ex-
hauriant pecuniam, Succurrat tibi queso quod
nichil vilius emitur quam quod premiis comparatur. Vi-

demus enim magistris gymnaticibus quam crebris
quas curas, quos labores, quos sumptus propter
ius primis subeant homines. Et hyeron bene me
hercle inquit Symonide videris narrasse. Sed tu
de hiis armatis qui mercede accepta nos cus-
todiunt habes quid doceas, ne ea de causa odio si-
mus ciuibus nostris, an forte censes, ut is qui a-
metur a suis, nullis omnino custodibus indigeat.
Non ita inquit Symonides sed indigebit, neque enim
me fugit quosdam esse homines qui velut equi quan-
to magis illis indulgentur tanto maiori petu-
lancia sunt. Hoc itaque genus hominum compescet arma-
torum terror. Boni autem nulla ex re tantum commo-
di capient et simul cum eosdem capitis tui habebis
custodes. Cum iam sepe dominos violencia serui
occiderit. Sic igitur in primis hoc erit illis preceptum
ut omnes ciues custodiant, et si ita res postulet
opem ferant. Neque enim ulla ciuitas improborum
hominum omnino est vacua. Si hoc itaque spectare ad suum of-
ficium persuasum erit illis ut ciues tueantur, et pre-
ter colonos iuuentus ipsorum, fiet profecto ut ci-
ues omni metu ac sollicitudine pulsos liberati commo-
dius res suas curare atque augere possint. hostium
vero aut repentinam vim repellere aut latentes in-
sidias presentire, quis melius potest quam hii qui
continuo sunt in armis. Hec enim officia domini erunt
militie vero nichil hoc genere hominum potest esse vtilius

Nam et repugnabit et labores suscipiet et
pericula subibit cum cives tuos. Vicinas autem
urbes non propensiores ad pacem facient eam
firmandam. Homines autem continuo belligerare pati
g facillime cum et suos fugere et inimicos labe-
factare queunt. Atqui ubi cives tui intellexe-
rint ab hiis mercenariis nichil bonis hominibus
periculi esse, malos autem iniuria prohiberi,
auxilium ferri afflictis, protegi cives, in bello
labores suscipi, nullus fere reperietur qui pecu-
niam pro illorum mercede non libentissime ac
promptissime conferat, cum sepe alias aut quam
quae inter tam utili privati homines maiores
sumptus sustineant. Illud quoque te decet o Hye-
ron ne recuses rem tuam propriam in communem uti-
h. litate velle consumere. Nam ut mea quidem
fert opinio longe oportunius decentiusque ex-
penditur a tyranno in rem publicam quam privatam
quod facile patet si sigillatim consideres. Si enim tibi
sit splendida domus infinito sumptu exornata,
utrum ex illa maiorem gloriam tibi comparari pu-
tas, an ex munita urbe menibus, templis, por-
ticibus, foris, aliisque ornatu? Armis vero utrum
tuis propriis egregie tectus magis timendus
hosti videberis, an si tota civitas armata bene sit?
Vectigalia autem utrum putas maiora fore si
solum res tue diligentissime curentur? An si omnium

civitates tua diligentia frugifere fiant. Cur-
rus vero quos alere magnificentissimum munus
pulcherrima quoque certamina putantur. Utrum magis
putas decere: si plurimos omnium grecorum tu unus
alas et in certamina mittas. An si ex tua civita-
te plurimi exeant, plurimi quoque decertent. Victoria autem
utra pulchrior tibi videtur: ex equorum virtute an ex
civitatis cui tu preesis felicitate. Ego sane nec
decere quidem tyrannum arbitror hominem cum pri-
vatis certare. Victor enim non gloriam ullam
assequitur tyrannus sed invidiam, ut qui e multorum
hominum pecuniam trahens ad suam magnificentiam.
Victus vero autem omnium maxime ridiculus est. Sed
est tibi o Hyeron ut michi quidem videtur cum aliis
qui civitatibus presunt honestum certamen, quod
si tu quidem superaveris, civitatem tuam felici-
orem ostenderes, maxime pulcherrimam gloriam
quoque victoriam assequere. Ex quo illud primum con-
tinget, quod tu potissimum cupis, ut carus sis
tuis. Deinde non unicus erit tue victorie buci-
nator. Sed omnes tuam victoriam decantabunt. In-
tuebuntur te non solum singuli homines, verum
etiam undique civitates, nec solum privatim sed
etiam publice admirabuntur. Licebit quoque tibi quocumque
volueris visendi gratia tuto proficisci. Licebit et
domi hoc idem assequi. Semper enim aderit tur-
ba hominum ostentare tibi cupientium. Si quid autem

hominem

prudentiae aut decoris aut boni alicuius habens et
tibi omni studio placere contenderent favebunt tibi presen
tes cupient videre absentes Nec solum dilige
ris ab omnibus sed etiam amaberis nec timebis tu
quidem quemquam sed alii pro te solliciti erunt ne
quid tibi contingat adversi Erit quod persuasum
omnibus ut de tua salute cogitare debeant Nec
si quid umquam immineret non solum habebis illos
periculorum socios verum etiam protectores acerrimos
Nec erit verendum tibi multis pulcherrimis quam mu
neribus affluenti ne tu dare non bene merenti
quippiam de fortunis tuis parcias Omnes enim
tuis bonis videbis gaudentes omnes pro tuis vero
non secus ac pro suis vigilantes Thesaurum autem
esse habebis amicorum divitias Sed age o
Hieron dita amicos te enim ipsum ipsum ditabis
auge civitatem tibi enim ipsi comparabis poten
tiam quere illi amicos atque socios patriam civitatem
quidem propriam esse domum cives vero propinquos
amicos autem filios filios vero velut propriam
animam et omnes vincere conare officiis Si enim
amicos beneficiis complectere nichil tibi obesse po
terunt inimici Que omnia si tu feceris auctorum
quod in humana sunt vita pulcherrimam ac beatissimam
rem possidebis felix enim cum sis nemo tibi
invidebit

Liber de sompnio Scipionis sequitur



Cum venissem in Affricam
Manilio consule ad quartam
legionem, ut scitis, tribunus
militum, nichil michi pocius
fuit quam ut Masinissam con-
venirem regem familie nostre
iustis de causis amicissimum. Ad quem ut veni
complexus me senex collacrimavit. Aliquanto-
que post suspexit ad celum et grates tibi ago, in-
quit, summe pater Sol, vobisque reliqui celites,
quod antequam ex hac vita migro, conspicio in reg-
no meo et his tectis Publium Cornelium Scipi-
onem, cuius ego nomine ipse recreor. Itaque ex ani-
mo meo numquam discedit illius optimi atque invic-
tissimi viri memoria. Deinde ego illum de
suo regno, ille me de nostra re publica percontatus
est, multisque verbis ultro citroque habitis ille no-
bis dies consumptus est. Post autem regio ap-
paratu suscepti sermonem in multam noctem
produximus, cum senex nichil nisi de Affri-
cano loqueretur, omniaque eius non facta solum
sed etiam dicta meminisset. Deinde ut cubi-
tum discessimus, me et de via et qui in multam
noctem vigilassem, arcior quam solebat sop-
nus complexus est. Hic michi credo equidem
ex hoc quod eramus locuti, fit enim sepe ut cogi-

tationes sermonesque pariat noster · aliquid
in sompnis tale · quale de homero scribit En-
nius · de quo sepissime vigilans solebat cogi-
tare et loqui · Affricanus se ostendit ea for-
ma que michi ex ymagine eius magis quam
ex ipso erat notior · quem ubi cognovi / equidem
cohorrui / Sed ille ades inquit · animo omitte
timorem · o · Scipio · et que dicam trade memo-
rie · Vides ne illam urbem que parere · p · Romano
coacta per me alias / renovat pristina bella /
nec potest quiescere · Ostendit autem carthagi-
nem de excelso et pleno stellarum illustri et cla-
ro quodam loco · ad quam tu oppugnandam nunc
venis pene miles · Hanc hoc biennio consul /
evertes / eritque cognomen id tibi per te partum /
quod habes adhuc a nobis hereditarium / Cum
autem carthaginem deleveris / triumphum egeris
censor / et obieris legatus · Egiptum · Syri-
am · Asyam · Greciam · delegere · iterum consul
absens · bellum maximum conficies · Numanciam
que excindes · Sed cum eris curru in capitolium
ductus offendes rem · publicam · consiliis perturbatam
nepotis mei / hic tu · Affricane / patrie ostendas
oportet lumen ingenii consilii que animi tui / Sed
eius temporis ancipitem video · Nam cum etas
tua septenos octies solis anfractus redditusque
converterit · Duo que hii numeri quorum uterque alter-

alteram de causa plenius dicetur; circuitu naturali sum-
mam tibi fatalem dierum confecerint, in te unum
atque in tuum nomen se tota convertet civitas; te se-
natus, te omnes boni, te socii, te latini intuebuntur.
Tu eris unus in quo nitetur civitatis salus, ac
ne multa, dictator rem publicam constituas oportet.
Si impias propinquorum effugies manus. Hic cum
exclamasset lelius, ingemuissent ceteri que ve-
hementius, leniter arridens Scipio, quaeso inquit
ne me de sompno excitetis et pax sit rebus; audi-
te cetera. Sed quo sis Affricane alacrior ad tu-
tandam rem publicam sic habeto: Omnibus qui patriam
conservaverint, adiuverint, auxerint, certum in
celo diffinitum esse locum, ubi beati sempiterno
evo fruantur. Nichil enim est illi principi
deo qui omnem mundum regit quod quidem fiat
in terris acceptius quam consilia cetusque ho-
minum iure sociati, que civitates
appellantur. Harum rectores et conservatores hinc
profecti illuc revertuntur. Hic ego etsi eram perterritus,
non tam metu mortis quam insidiarum a meis,
quesivi tamen viveret ne ipse et pater paulus et
alii quos extinctos esse arbitramur. Immo vero
inquit hii vivunt qui e corporum vinculis tamquam
e carcere evolaverunt. Vestra vero que dicitur vita mors
est. Quin tu aspicis ad te venientem paulum pa-
trem, quem ut vidi, equidem vim lacrimarum profudi

Ille autem me complexus atque osculatus flere
me prohibebat. Atque ego ut primum fletu dimisso
loqui posse cepi. Queso pater sanctissime atque
optime quoniam hec est vita quam Affricanum audio
dicere, quid moror in terris, qui adhuc ad vos
venire propero. Non est ita inquit ille. Nisi
enim deus is cuius hoc templum est omne quod
cernis istis te corporis custodiis liberaverit, huc
n. tibi additus patere non poterit. Homines enim sunt
hac lege generati qui tuerentur illum globum quem
in hoc templo medium videmus et qui terra dicitur.
Hisque animus datus est ex illis sempiternis ignibus,
que sidera et stellas vocatis, que globose
et rotunde divinis animate mentibus circulos
suos orbesque conficiunt celeritate mirabili. Quare
tibi Publi et aliis piis hominibus retinendus
est animus in custodia corporis. Nec nisi iussu
eius a quo ille vobis datus est ex hominum vita
migrandum est, ne munus humanitatis assignatum
a deo defugisse videamini. Sed sic Scipio
ut avus hic tuus et ego qui te genui iusticiam
cole et pietatem que cum magna in parentibus
et propinquis tamen in patria maxima est. Et
ea vita via est in celum et huic cetum eorum
qui iam vixerunt et corpore lassati illum incolunt
o locum quem vides. Erat autem is splendidissimo
candore inter flammas circum lucens. quem

vos agitis accepistis, orbem lacteum nuncupa-
tis. Ex quo omnia michi contemplanti preclara ce-
tera et mirabilia videbantur. Erant autem hee
stelle quas numquam ex hoc loco vidimus, et hee
magnitudines omnium quas numquam esse suspica-
ti sumus. Ex quibus illa lumina que ultima a
celo, citima terris, lucebant luce aliena. Stel-
larum autem globi terre magnitudinem facile
vincebant. Iam vero ipsa terra ita parva michi vi-
sa est, ut me imperii nostri quo quasi eius punctum
attingimus peniteret. Quam cum magis intuerer,
queso inquit Affricanus, quousque mens tua
humi defixa erit. Non aspicis que in templa
tu veneris. Novem tibi orbibus vel potius glo-
bis connexa sunt omnia. Quorum unus celestis
est, extimus qui reliquos omnes complectitur,
summus ipse deus arcens et continens ceteros, in
quo sunt infixi illi qui volvuntur stellarum cur-
sus sempiterni. Cui septem subiecti sunt qui retro
versantur contrario motu atque celum. Ex quibus glo-
bum unum possidet ille quem in terris Saturnium vo-
cant. Deinde est hominum generi prosper et salu-
taris fulgor qui dicitur Iovis. Tum rutilus hor-
ribilis que terris quem Martium dicitis. Deinde sub-
tus fere mediam regionem sol optinet, dux et
princeps et moderator reliquorum luminum, mens
mundi et temperatio, tanta magnitudine ut cuncta

sua luce lustret et compleat. Hunc ut comites
consequuntur alter veneris alter mercurii cursus.
In infimo quoque orbe luna radiis solis accensa con-
vertitur. Infra autem nichil est nisi mortale et ca-
ducum preter animos munere deorum hominum generi datos.
Supra lunam omnia sunt eterna. Nam ea que media
est et nona tellus neque movetur et infima est et
in eam feruntur omnia nutu suo pondera. Que cum in-
tuerer stupens ut me recepi. Quid hic inquam
Quis est qui complet aures meas tantus et tam
dulcis sonus. Hic est inquit ille qui intervallis
coniunctus imparibus sed tamen pro rata parte ratione di-
stinctis impulsu et motu ipsorum orbium efficitur
et acuta cum gravibus temperans varios equa-
biliter concentus efficit. Nec enim silencio tanti
motus incitari possunt et natura fert ut extrema
ex altera parte graviter et altera parte autem acu-
te sonent. Quam ob causam summus ille celi stellifer cursus
cuius conversio est concitacior acuto et excitato move-
tur sono. Gravissimo autem hic lunaris atque infimus.
Nam terra nona immobilis manens una sede
semper heret complexa medium mundi locum. Illi autem
cursus octo in quibus eadem vis est duorum septem
efficiunt distinctos intervallis sonos qui numerus omnium
fere rerum nodus est. Quod docti homines imitati ner-
vis atque cantibus aperuerunt sibi reditum in hunc lo-
cum. Sicut alii qui prestantibus ingeniis in vita

Humana divina studia coluerunt. Sed hoc
sonitu complete aures hominum obsurduerunt.
Nec est ullus hebetior sensus in vobis. sic ubi
nilus ad illa loca que catadupla nominantur
precipitat se ex illis altissimis montibus. nam
gens que illum locum accolit propter magnitudi-
nem sonitus sensu audiendi caret. Hic vero
tantus est mundi totius incitatissima conversio-
ne sonitus. ut eum aures hominum capere non pos-
sint. Sicut intueri solem nequitis. eiusque ra-
diis acies vestra sensus vincitur. Hoc ego admi-
rans referebam tamen oculos ad terram idem-
tidem. Tum affricanus inquit. Sentio te nunc
sedem ac domum contemplari. que si tibi parva ita
ut est videtur. hec celestia semper spectato. Illa
humana contempnito. Tu enim qui celebritatem
sermonis hominum. aut qui expetendam gloriam con-
sequi potest. Vides in terris raris et angustis in
locis. et in ipsis quasi maculis. ubi habitatur vas-
tas solitudines interiectas. Hosque qui inco-
lunt terram non modo interruptos ita esse. ut nichil
inter ipsos ab aliis ad alios manare possit. Sed
partim obliquos. partim transversos. parti etiam
adversos vobis stare. A quibus nullam certe potestis
spectare gloriam. Cernis autem eandem terram quasi
quibusdam redimitam. et circumdatam cingulis.
e quibus duos maxime inter se diversos. et celi

verticibus ipsis cum utraque parte subnixos obri-
guisse pruina vides. Medium autem illum et ma-
6. ximum solis ardore torreri. Duo sunt habitabiles
quorum australis ille in quo qui insistunt ad-
versa nobis urgent vestigia nichil ad vestrum genus.
Hic autem alter subiectus aquiloni quem inco-
litis cerne quam tenui vos parte contingat. Omnis
autem terra que colitur a vobis angustata verticibus
lateribus latior parva quedam insula est circum-
fusa illo mari quod Atlanticum, quod magnum, quod
oceanum vocatis in terris. quod tamen tanto nomine
quam sit parvum vides. Ex hiis autem hiis cultis no-
tis que ceteris terris non aut tuum aut cuiusque
nostrum nomen. Hunc quem cernis transcendere
potuit vel illum Gangem transmittere. Quis in
reliquis orientis aut obeuntis solis ultimi
aut aquilonis austrive partibus tuum nomen
audiet. Quibus amputatis terris profecto quan-
tis in angustiis vestra se gloria dilatari velit.
Ipsi autem qui de vobis loquuntur quamdiu loquentur
quin etiam si cupiat proles illa futurorum hominum
deinceps laudes uniuscuiusque vestrum a patribus tra-
dere acceptas propter eluviones exustionesque
terrarum quas accidere certo tempore necesse est
non modo non eternam sed ne diuturnam quidem
gloriam consequi possitis. Quid autem interest
ab hiis qui postea nascentur sermonem fore

debet, cum ab hiis nullus fuerit qui ante natus sit
qui nec pauciores et certe meliores fuerint
viri, cum presertim apud eos ipsos a quibus
audiri nomen nostrum potest. Nemo unius anni
memoriam consequi possit. Homines enim loquuntur
annum tantummodo solis, id est unius astri reditu
metiuntur. Cum autem ad idem unde semel
profecta sunt cuncta astra redierint eandem-
que totius celi descriptionem longis intervallis retu-
lerint. Tum ille vertens annus appellari potest V.
in quo vix dicere audeo quam multa secula ho-
minum contineantur. Namque ut olim deficere sol
hominibus extinguique visus est cum Romuli
animus hec ipsa templa penetravit. Cumque ab
eadem parte sol eodem tempore defecerit tunc
signis omnibus ad idem principium stellisque revo-
catis expletum annum habeto. Huius quidem anni non-
dum vigesimam partem scito esse conversam. Quo-
circa si reditum in hunc locum desperaveris in quo
omnia sunt prestantibus viris magnis, quanti
tandem est ista hominum gloria que pertinere
vix ad unius anni partem potest. Igitur alte spec-
tare si voles atque ad hanc sedem et eternam domum
contueri, nec te sermonibus vulgi dederis neque
in premiis humanis spem posueris rerum tuarum,
suis te oportet illecebris ipsa virtus trahat ad verum
decus. Quid de te alii loquantur ipsi videant sed lo- A

quentur tamen. Sermo autem omnis ille et angu-
stus cingitur hiis regionibus quas vides. nec umquam
de ullo perennis fuit et obruitur hominum interitu et
oblivione posteritatis extinguitur. Que cum dixis-
set ego vero inquam Affricane. si quidem bene meritis
de patria quasi limes ad celi aditum patet. quamquam
a pueritia vestigiis ingressus patris et tuis
decori vestro non defui. nunc tamen tanto premio
exposito enitar vigilancius. tunc ille. tu vero enitere
et sic habeto non esse te mortalem sed corpus hoc.
nec enim tu is es quem forma ista declarat. sed
mens cuiusque is est quisque non ea figura que
digito monstrari potest. deum igitur te scito esse
si quidem deus est. qui viget. qui sentit. qui me-
minit. qui previdet. qui tam regit et mode-
ratur. et movet id corpus cui prepositus est. quam
ille princeps deus hunc mundum. et ut ipse mundum
ex quadam parte mortalem ipse deus eternus. sic fragile
corpus animus sempiternus movet. Nam quod
semper movetur eternum est. Quod autem motum affert
alicui quodque ipsum agitatur aliunde quando finem habet
motus. vivendi finem habeat necesse est. Solum
igitur quod se se movetur. quia numquam deseritur
a se. ne moveri quidem desinit. quin etiam ceteris que
moventur. hic fons. hoc principium est movendi. Prin-
cipio autem nulla est origo. Nam ex principio
oriuntur omnia. Ipsum autem nulla ex re alia na-

sci potest. Neque enim principium est id quod ge-
neretur aliunde. Quod si unquam oritur nec occidit quidem
unquam. Nam principium extinctum nec ipsum re-
nascetur ab alio, nec ex se aliud creabit. Sic quod
necesse est a principio omnia oriri. Ita fit mo-
tus principium ex eo sit quod ipsum a se movetur.
Id autem nec nasci potest nec mori vel con-
cidat omne celum omnisque natura consistat
necesse est. Nec vim ullam nanciscatur qua
a primo impulsu moveatur. Cum pateat ergo
id eternum esse quod a se moveatur, quis hanc
naturam animis esse tributam neget. Inani-
mum est enim quod pulsu agitatur externo. Quod
autem anima est id motu cietur interiore suo.
Nam hec est propria natura animi atque vis. que A
si una est omnibus que sese moveat, neque nata
est, certe et eterna est. Hanc tu exerce in optimis
rebus. Sunt autem optime cure de salute patrie B
quibus exercitatus et agitatus animus velocius
in hanc sedem et domum suam pervolabit. Idque
ocius faciet si iam tum cum erit inclusus in cor-
pore eminebit foras et ea que extra erunt con-
templans quam maxime se a corpore abstrahet.
Namque eorum animi qui se corporis voluptatibus
dediderunt earumque se ministros prebuerunt. Im- C
pulsuque libidinum voluptatibus obedientium deorum
et hominum iura violaverunt corporibus elapsi

circa terram ipsam volutentur. nec in hunc
locum. nisi multis exagitatus seculis traditum
esse discessit. Ego a sompno solutus sum. &c.

In e. plutharcu
Incipit prefacio Guarini veronensis in

Maiores nostros angele mi
suavissime non admirari
et maximis prosequi laudi
bus non possum. cum tan
tam in eis animi magnitu
dinem ac constanciam fuis
se intuear. Ut licet ac
doctrine studia simul et rerum tum pu
blicarum tum familiarum negocia capes
serent. Ita ea complecterentur ut eos neque sub
tilitas neque discrimen neque occupacio deter
reret. quin et eos sedulo et eos prudentes adeo
provide impartirent diligenciam ut qua in
re magis excelluerint non facile dignoscas.
Tantos quippe cum ordine et ut ita dicam pro
porcionem suam distribuisse temporis videntur
ut ex ocio negocium et ex negocio ocium nul
lum amitterent. Horum vestigia cum virili pro
parte et quantum hac etate fieri potest te longe
sinceritatem aspicio. tibi pro munere nunc vi

uolentia et caritate coniungitur. Nam eo
pacto magistratus et publicas curas mune-
ra iniunges ut et liberos non omittas et domesticae rei
curam suscipias. Maiorem autem in modum
me tua quaedam sedulitas et accurata pro-
uisio delectat, quam in educandis praecipue
filiolis tuis recte et perite monendis adhi-
bes. Id sapienter quidem et summa cum ratione
prouidisti, ut uirtutem et honestos mores a
tenereris unguiculis imbiberent animis. Certum me-
dius fidius ac stabile legatum. Nam cum re-
liqua momentanea et fugacia bona et quaedam
fortunae ludicra sint, uirtutis profecto constans
et aeterna et nostra est possessio. Sed quid opus
est meis haec efferre sententiis? Id est clarissimus
et eruditissimus auctor Plutarchus,
qui rem omnem de hac ipsa de qua loquor insti-
tutione reuerter ut aiunt ad calcem non minus
acute quam sapienter explicauit. Eum nuper
ex graeco latinum feci tuoque nomini dedicaui.
Suscipies autem opusculum, cuius si primo
pectoris uicarii minus luculenta fortasse sit
dictio, sententiarum tamen elegantia et praeceptis
diuino quodammodo excogitatis ingenio habunde de-
lectabere. Habebis enim et animum legendo
demulcens et tuos educando instruas. Quam-
ob rem abs te peto et magis atque magis oro ut

c

legatum

ingenio

f

illustrissimo imperiis Manueli chrysolare
gens habens / sicut qui collas ad sidera nomen /
qui viri eius operam simul ac humanitate factum
est / ut Grecarum splendore litterarum ad nostros redi-
erit homines / quo obscurum ignorantiam non
parve dudum violaverant tenebre / Sed hiis ali- ·/· indolem
as / Plutharcum ipsum audiamus / De liberis
educandis Plutharcus incipit E greco in-
terpretatum in latinum a Guarino viro veronensi





Quid viro doctissimo traditum est
est quod de ingenuorum educatione li-
berorum dicere quispiam possit
quorum ve rerum usu hii admodum
probitatem evasuri sunt. Ea con-
sideremus. Ante omnia de ipsorum
procreatione forsitan principium fecisse prestab-
bit. Cuius igitur illustrium esse natorum pater
optat, eidem proponendum arbitror ut ne vilibus ac
abiectis se devinciat mulieribus quales meretri-
ces sunt aut pellices. Quibus enim ulla ex ma-
tre vel patre inusta est macula, eos quoad vivunt
semper sit indelenda quedam ignobilitatis comi-
tia comitantur; que increpare carpere quis volenti-
bus in promptu magnopere sunt. Sapiens in-
nuitum is extitit poeta, quisquis sit, qui infeli-
ces ait fore progenitos quorum nequaquam recte
sui generis fundamenta iaciantur. Pulchre



igit libertatis ac licentie thezaurus est· bonis
creatum esse parentibus· Que res hinc plu-
rimum fieri debz· qui legittimam coperant so-
bolem· At qui simulati et nummarum insatia-
ficti genus arrogantia falli deprimuntque natura 1
Quod circa iis verissime cecinit poeta· qui i
hunc modum inquit· Scelerum parentum mens us-
quaque sibi conscia· fortissimum quoque captivum
trahit virum· Quemadmodum iactantia simul
et fastu referti sunt· quibus claris nasci potius
obtigit· Eam ob causam· Themistocles [illegible]-
tum insolentem in multitudine dixisse ferunt· q-
quid is expeteret· ab Atheniensium populo
mox approbatum iri· Nam que ille vellet
et mater· que mater· et Themistocles· que vero The-
mistocles eadem et universus atheniensis po-
pulus· Dignissimum est enim animi magnitu-
dinem· Lacedemoniorum collaudare· qui ea 5
idcirco regem Archelaum pecuniis mulctavere
quia pusilli corporis mulierem matrimonio
passus est· Subinde dicentes/ quod ille non re-
gem sed regiam stirpem eius/ ledere cogitasset/

Post hec deinceps dicatur· quod maio-
res nostri haud neglexisse videntur· Quid
enim illud est· ut qui se mulieribus
generande gratia sobolis admovent· non nisi
sobrii· aut vino saltem modestissime delibato

congressum faciant. Quibus enim ebrietas ut
h generatoribus pueri ebrietatem seminaverint accidit
ut vini avidi ac temulenti nimium esse so-
leant. Propterea cum Diogenes quendam extra
sententiam alienate mentis adolescentulum desipere
cerneret. Adolescentule inquit ebrius te semi-
navit pater. Et de genitura quidem hactenus.
At vero de ipsa iam degenda vita videtur expli-
candum. Generatim equidem quod de artibus ac
scientiis dicere consuevimus idem etiam de vir-
tute dicendum. Tria esse que ad operis perfectio-
ne virtutis obeundam concurrere oportet. Naturam
rationem et consuetudinem. Rationem autem
disciplinam voco. Consuetudinem vero exercita-
tionem. Initium a disciplina. Usus ab exercitatione
ac meditatione fiet. Ex omnibus autem absolu-
tio comparabitur. Si in istorum pars ulla defecerit
necesse erit claudam esse virtutem. Ceca enim
est sine disciplina natura. Absque natura disci-
plina inanem res existit. Imperfecta quidem
erit si ambobus his careat exercitatio. Nam
sicut in agrorum cultura bonam in primis tellurem
esse oportet tum serendi peritum agricolam de-
hinc optima semina. Eodem modo telluri natu-
ram, agricole preceptorem, seminibus studiorum
institutiones ac precepta conferes. Que omnia
7 in eorum animos convenisse ac aspirasse conten-

decem quos vniuersi decantant · Pytagoram
dico · Socratem · platonem · et quisquis sempi
ternam consecutus est gloriam · Ingentis certe
felicitatis · ac diuini fauoris est · si cui singu
la hec dii contulerint · Quod si quis haud ydo
neum existimat ingenium · postea quam doc
trinam et rectam ad virtutem nactus est exer
citacionem / ingentes natum defectus ut fieri
potest non comittere / magnum in modum ymo
profectus errare se sciat · Secordia enim / nature
vires perimit · doctrina tollit ignauiam · facilia
quoque ipsos fugiunt negligentes · difficilia vo
tum et diligencia capessimus / quam expeditis
sima · quamque efficax sedulitatis · pariter ac labor
existat / compluribus in rebus facile si con
spexeris disces · Aquarum enim gutte lapides
cauant · ferrum et es manuum tactibus obte
runtur · Carpentorum rote summis inflexe viribus
haud ullo pacto pristinam recuperare rectitudinem
possent · Curuatos hystrionum virgas nullo
dirigere modo licet · quin factus preter naturam
labor / nature vim superauit · An hec diminutam
diligencie potestatem indicant · Minime ymo
vero et infinita cetera · Si quod fertile nature
solum incurie deditur · squalet incultum quoque
tam quam prestancius est / eo magis si porcium
ac negligenciam omissum erit · porcitue · Est ne

quispiam infecundus et supra modum asperior sit a-
ger. At cultus generosos edidit fructus. Que-
nam arbores sunt que date neglectui non
similiter et torte pullulent et steriles persistant. Cum
eedem recte assequuntur precinium fructuose
sint et magnopere fertiles. Que corporis forti-
tudo non obtunditur et propter incuriam mollitie
ac malam habitudinem non perit. Que autem
imbecilla adeo natura que per exercitationes ac
certamina ad maximas non augeatur vires.
Qui vero equi a primis bene domiti annis suis
non obsequuntur sessoribus. Qui autem indo-
miti permanent nonne cervice durissimi et ani-
mis feroces evaserunt. Et quid admirari o-
pus est cum truculentissimas feras laboribus
mitigari mansuefierique plurimumque cernimus.
Bene Thesalus ille qui cum interrogaretur qui-
nam abiectissimi Thesalorum essent qui
bellicarum quietem rerum agunt inquit. Et
quid multis opus est verbis. Consuetudo est
que longeva permanet. Si quis preterea famili-
ares quas ex consuetudine virtutes agit is nullo
aberrare modo posse videtur. Cum igitur uno
usus exemplo amplius dehiscere rebus proli-
xiora enarrare desinam. Licurgus ille Spar-
tanorum legislator geminos eiusdem pa-
rentibus catulos haud similibus educavit mo-

ribus. Alterum enim eluonem liguriam que solitum.
Alterum indagine sagacem. et venatoribus
ydoneum reddidit. Postea cum aliqui Lacede-
monii viri in locum convenissent. ad parandam
inquit virtutem, viri Lacedemonii, ingens est
momentum consuetudo, disciplina, doctrina
et vite institucio. Que vobis illico mani-
festa iam vehementer esse faciam. Duos sub-
inde catulos adducens. cum ollam in medio
leporemque coram eis posuissent. Alter quidem
in leporem. Alter in ollam magnopere erupit
impetu. Cum autem Lacedemonii nondum quo-
nam id sibi vellet coniectarent. aut quamobrem
catulos ostentasset. Hii ambo dixit isdem
orti parentibus. Contrariam diversam vite con-
suetudinem assecuti. Alter gulosus. Alter
venator evasere. De vita quidem et consuetu-
dine satis, consequens est ut de educacione dicam

Oportet, ut michi profecto dicendum est, .m.
videtur ut matres filios educent. eisque
ubera porrigant. quoniam maiore cum cari-
tate et impensa magis diligentia nutrient,
ut que natos ex intimo et ut dici solet ex
unguibus amant. Nutrices vero et altri-
ces, suppositiciam quandam ascripticiamque bene-
volentiam habent, utpote mercedis gratia diligen-
tes. Quod matres eos quos progenuerint nutrire

alterque conveniant. ipsa etiam natura demon-
strat. Unicuique enim animantium generi quae pa-
riunt, id alendi simul et lactis alimenta suppe-
n ditavit. Eius quoque sapientem fuisse provide-
ntiam constat. que duplices mulieribus mam-
mas addidit, ut si gemellos peperisse contigerit
duplices ad alendum fontes haberent. Preterea
ut meliorem in eos quos peperissent amorem
benivolentiamque foverent. Quod medius
fidius haud iniuria factum est. Victus enim
ubi quoque socialis quedam benivolentie et amo-
ris incitamentum existit. Nam et belue du-
m a sociis avelluntur magnum sese ferre desiderium
videntur. Danda presertim opera ut matres quem-
admodum exhortatum est filios educent. Sin id
o facere nequiverint vel propter adversam corporis
valitudinem. id namque impedimento esse
poterit vel aliorum studium gignendorum, altrices
nas et nutrices non viles equidem aut ad-
venticias. Verum quam maxime idoneas pro-
batas quoque suscipiendas esse censeo. Primum quidem
moribus instructas patriis. Sicut enim in-
fantium membra simul ac nati sunt formari
componique debent, ut recta minimeque obli-
qua fiant. Ita puerorum mores principio ap-
te continueque fingere convenit. Illa nam
p novella etas ad fingendum facilis et tenera

est et ipsorum animis dum molles adhuc ex-
tant discipline melius instillantur. Difficilius
enim que dura sunt molliuntur. Ut enim molli-
bus sigilla ceris imprimuntur. Ita et doctrine
dum puerilis adhuc animus est insculpitur.
Aptissime enim divinus ille Plato nutrices
admonuisse videtur ut ne fabulas ac turpes
fabellas narrent, ne illorum animos ex initio
stultitia et corruptis imbuant moribus. Pul-
chre igitur Phocilides poeta monuit. Dum
tener est natus generosos instrue mores. Il-
lud etiam ne omittatur dignum est ut adolescen-
tulos scilicet qui alumpnis instituendi committuntur
sunt tales imprimis inquiramus ut bonis
veniant instituti moribus. Dehinc ut puri-
sermonem et expeditam pronunciare verba sciant
ne barbaris vocibus depravatis moribus
intincti aliquod ex eis vicium reportent. Haud
est abre illud usitatum sermone proverbium. Si
claudo vicinus habitaveris et ipse claudus am-
bulare disces. Postquam eo puerorum etatis
erit ut iam pedagogis pueri committi debeant,
hic ad eorum institucionem omnis habenda dili-
gentia ne mancipiis aut barbaris aut perfidis
et inconstantibus filios tradere se nesciant. Cui
ridenda vehementer hoc tempore multorum ad-
sit consuetudo. Prestantes siquidem servos q·

naturis hos quidem agricultores designant.
illos naucleros. alios mercatores. quosdam vero
domestice dispensatores. nonnullos feneratores
At si quem temulentum. et ad omnem rem geren-
dam prorsus inutilem servum repperit. huic ul-
tro natos committunt. Sic igitur vero pedagogum
talem esse natura oportet, qualis Achillis pe-
dagogus Phoenix erat, quem idcirco Peleus
ut est apud Homerum. Achillis cure prefecisse
dicitur, ut ei dicendi pariter. et faciendi doctor
fuerit ac magister. Maximum omnium longeque
primarium dictu his accedo. Inquirendi filiis
preceptores. quorum vita nullis obnoxia criminibus
irreprehensi mores. et optimum experimentum
Honestatis enim fontem simul ac radicem
esse liquet. legitimam consequi disciplinam. Ac
veluti coloni sepes arbusculis circumponunt. I-
ta et equissimi preceptores consona pueris in-
stituta admonitionesque conserunt. unde rec-
tissima germina pullulent. Nunc vero respi-
ciendi stomachandique sunt nonnulli genitores. qui
priusquam ullam ex preceptoribus experientiam
sumpserint, hominibus aliquando improbis impru-
ac ignorationis insignes liberos commendant
Quod etsi per ignorantiam factum fuerit. ridicu-
lum tamen est. Illud autem extreme certe
stultitie. Quid nam inquies. Quidam enim

Quinquam dicentibus patribus / aliquando ins-
citiam improbitatem cognoverint / ideoque presen-
serint / eos tamen suos emendent filios. Nonnulli
placidis eorum vitii blandiuntur sunt · quibus
zanam animorum gratiae tribuant · Qua ipse
simile quispiam faciunt · ut siquis egro-
to laborans corpore / doctum ac salutiferum omit-
tens medicum · ut animi gratiam inveniat · impe-
ritum deligat · a quo fortassis impune interimi-
tur · Aut prestantissimo gubernatore dimis-
so / obsequentibus animis · probet ignarum
Proh iupiter deusque omnes · Est ne paterne
quispiam appellationis · qui pluris obse-
quentium gratiam · quam liberorum eruditi-
onem faciant · Haud abre quod antiquus ille
Crates dicere solebat · quod si licuisset ubi
maxime in urbis partem conscendisse
se vociferantem / aiebat · Quo fertis vos
homines qui omne comparandis pecuniis
studium facitis · filiorum autem quibus eas
relinquitis / parvam sane curam suscipitis
Quibus addendum esse censeo · quod hi patres
haud aliter faciunt · quam qui magnam
calceorum sedulitatem habent · cum interim
pedem ipsum parvipendant · Nonnulli sunt patres
in quibus adeo nummorum amor / patrum et fi-
liorum odium incessit · ut ne maiorem im-

beant

pendant salaria, nullius extimationis hom-
ines eorum natis deligunt, vilissimorum dis-
ciplinam pretiorum insectantes. Ob quam rem
6 et Aristippus haud insulse, quin urbano
plurimum sermone quendam mentis inopem
patrem carpsit. Cuipiam enim ex eo per-
cunctanti quantam instituendi gratia filii mercedem
postularet, mille drachmas dixit. Ille vero
o Hercules, ait, permagnum postulatum; servum
enim mille comparare drachmis possum.
Duos igitur inquit habebis servos, et filium
et quem mercatus eris. Et ut summatim dicam,
quo nam modo absurdum vero est. nos pueros
dextera cibos capiant ita assuefecisse, ut si
levam porrexerint, continue increpemus. Nul-
lam autem facere prudentiam, ut idoneas
ac legitimas audiant disciplinas. Quid
autem hisce admirandis accidat patribus, post-
quam filios male nutrierint, maleque instru-
xerint, dicere aggrediar. Nam cum sumpta
virili toga, salubrem ac bene instituti vivendi
regimen aspernantes, ad immoderatas ac ser-
viles sese precipitaverint voluptates, tunc tum
liberos erudisse penitet. Cumque nulla erit
utilitas, sese ob illorum peccata discruciant. Hi
enim assentatores, parasitosque recipiunt in-
decores ac execrandos homines et perniciosos

tu
iuventutis eversores. Illi scorta meretrices
que superbas ac sumptuosas redimunt. Alii ob
soniis et exquisitis ferculis dies peragunt
Quidam in alea perditissimis que sodaliciis va
naufragiis demergunt. Nonnulli immitibus
sese magis applicantes malis. adulteria li
bidines que complectuntur. et vinitatem morte vo
luptatem existimant. Verum enim vero hii
si cuiuspiam philosophi consuetudinem habuissent
haud talibus profecto rebus animum indu
xissent. Quid Diogenis preceptum didicissent
qui libros quidem genuit. se autem vere co
monefaciens ait. Meretricum ingredere
domum. ut perdiscas. quam indignissimarum
rerum precia. nullam ipse ferunt excellentiam.
Et ut succincte dicam vaticinari magis quam
admonere iure me existimans unum in hac
re primum medium atque postremum esse verticem
asseverarem. Ut honeste vite regula et legit
tima sit eruditio. Hec esse que adiutorem et be
atitudinem ferunt adiumenti. Ceteram quidem
bona humana quoniam esse pusilla que ac indigna
que tantis insectemur studiis. Pulchra in me
diis sidus est nobilitas. sed maiorum illud no
strorum bonum existit. Preciose quippe divicie
vim ea est fortune possessio. cum eas exhibitas
multociens auferunt. et separatibus afferunt.

Magne insuper opes · signum quoddam · et nota
famosissimis servis · et calumpniatoribus iacent · ac-
tiens loculos sagittare · et adulteri qui concupie-
rint · et quod maximum est · hec quoque scelera-
tis hominibus comes sunt / Gloria quidem ve-
nusta res est · sed inconstans minime que stabilis
forma preciosum quiddam · et pro qua vendican-
da magnopere decertetur · Ac caduca parvo
que diuturnis tempore · Preciosa quippe sanitas
rerum permutacionem pervius obnoxia · Concupi-
te sane vires · et imperium beatitudinis collaudate
sed facile aut egritudine · aut senectute contabescunt
Siquis omnino corporis robustitate glorietur · se-
tentia falli se dicat humana · Humana quidem
vis pars quota procedit ceterorum animantium · Elepha-
tos inquam · thauros · atque leones · Nostris autem
in rebus sola immortalis et divina est erudicio

x · Eximia sunt duo humane nature pre quam pecu-
liaria bona sunt · Intellectus ac racio · Et intel-
lectus quidem imperat · Racio quidem obsequitur
Hunc nullus fortune tollet incursus · nulla ca-
lumpnia distrahet · non egritudo corrumpet · neque se-
nectus ullis affliget nocumentis · Solus intel-
lectus est qui vetustate confectus repubescat
Cumque reliqua omnia tempore diminuant · scientia
senectutis augescat · Bellum singula torrentis in-
star trahens · et omnia ferens · solam doctrinam

inquit eripe. Quis tam philosophum Stilponem a.
illum Megarensem memoratu dignum
fecisse responsum ambigat. Nam cum De-
metrius captam urbem solo equasset, S-
tilponem interrogavit an suorum quicquam amis-
set. Cui Stilpon: Haud equidem, inquit, bellum
enim nulla virtute spolia ducit. Concors
huic et consentaneum illud Socratis videtur
esse responsum. Nam cum Gorgias ut
arbitror percontaretur an tu persarum regem
felicem esse putaret. Nescio, inquit, quantum
virtutis habeat ac discipline, proinde ac in his
sita, non autem fortune bonis posita sit
beatitudo. Ceterum quemadmodum nullis felicior b.
eruditione pensius et conducibilius fa-
ciendum esse moneo. Ista incorrupte ac
saluber parent insistere oportere duxerim.
Ista ut liber quam procul a popularibus
ac laudationibus nugis abducantur. Nam
qui multitudini collibuerit, is sapienti-
bus displiceat oportet. Testimonio est
Euripides ita dicens: Inexpertus ego sum
meos in vulgum usus dare. Modicus vero
ac equalibus sapientior. Et profecto qui
peritis contemptui sunt, hi quodammodo
in multitudine magis ydonei habentur. Qui-
cumque adturbulentissime gratiam et benivo-

sententiam plebis iocunde sua constituerint
exercicia, eos ut plurimum prodigos et volupta
tis avidos invenire. Et iure quidem ac merito.
Nam siquis ut voluptatem aliis comparet
honestatem negligit, is certe rectas atque
salubres delectationes suas ante ponere et
pre voluptuosis modesta sectari nullo modo
poterit. Ad hec ne pueri dicant extemplo (al' extemporanee) cauendum
erit. Quod enim inconsulte ac temere dic
tum factumve sit, id pulchrum esse nequit.
Ut quod in proverbiis est. Difficilia honesta sunt.
Impremeditati quoque sermones plurima levi
tate incuria quod referti. Neque unde sumendum
exordium, neque ubi finiendum, facile conspi
ciuntur. Preter alia delicta quibus extempo
re dicendum est, hii ad immoderatam quandam
incidunt multiloquentiam. Considerata vero me
ditatio orationem e congrua vagari mensura
non sinit. Periclem ut accepimus ad per
orandum convocanti multociens populo nequaquam
audisse constat, quod impromptum se esse diceret.
Eodem modo et eius in re publica emulator De
mostenes, cum ad consulendum accerseretur a po
pulo, restitit. Non enim institutus sum ait.
Hanc nullo tum auctore mendacem quod ten
ditionem esse fortasse quis dicet. Verum
in orationem contra Midiam cogitationis uti

litatem palam aduxerit. hunc in modum inqui-
ens. Ego vero Athenienses considerasse me
fateor. et quantum in me situm est promeditatum
vehementer esse non inficior/ Quin servandus ea
certe fierem/ si ita dispositus accessissem
ut me dehinc de rebus dicturus sim. inco-
siderata protulissem. Neque id nunc dico ut
sit omnis dicendi expedita oratio reprobanda/
aut quominus hiis qui eam exequi rem
digne possint/ hinc danda sit exercitatio. Sed hoc
iuveni paulatim faciendum quo ad virilis suc-
cedat etatis. Neque ut excitandi dicant dignum
arbitror. At cum eloquendi vires indicium
egerint. tunc ubi tempus advenerit. dicendi
libertatem impertire conveniet/ Sicut enim qui
longo tempore inmobilis commenti fuerint/
si postbus solvantur. ob diuturnam vinculorum
consuetudinem ambulare nequeunt/ quin clau-
dis incedunt pedibus. Item et qui sermonem
diutius astrinxerint. si quando loquendi exte-
plo fuerint. in multiloquium eundem intentus
stilum observant. At siquis pueros extem-
plo dicere sinat. extreme causam garruli-
tatis instituit. Miser quidam pictor. cum
suam Appelli ostenderet ymaginem. hanc
modo pinxi dixit. Tu appelles. et si tace-
as inquit hanc subito depictam ex intel-

Sic igitur admirere autem quo nam pacto non
plures huiuscemodi deprehenderis· Et ut ad
e perorationem naturam redeatur oratio· sicuti thea-
tralem ac tragicum· ita et depressum ac hu-
milem dicendi tenorem vitandum· fugiendum-
que precipue admoneo· Tumidum namque ora-
toris genus· civile nequaquam est· Tenue vero
nullum quidem movet· Quemadmodum enim corpus
non solum incolume· verum et iam et bone ha-
bitudinis esse oportet· Ita et orationem non
modo non egram· sed etiam robustam esse
convenit· Nam quod tutum est· id so-
lummodo collaudatur· Quod autem cum periculo fit
id etiam admiratione prosequimur· Eodem modo
quoque de animi dispositione sententiam habeo
Nam neque temerarium· neque audacem preterea
neque timidum esse decebit· Cum illud
quidem impudentiam· hoc autem servilem afferat
turpitudinem· Mediam autem in cunctis
servare viam· summe et artis et consonantie est
Ad hec cum de disciplina commemorem· de ipsa
quid sentiam disserendum censeo· Sermonem
uno contentum esse membro· non autem variis
distinctum esse clausulis· non parvum imperitie
ac dissonantie signum facio· Nec preterea adex-
ercitatione fastidiosum· et passim intollerandum
f arbitror· Unicus namque tacendi modus

et inmoratiatus per omnes actus. laborem simul
ac satietatem gignit. Amena vero atque gratissima
varietas tum in rebus ceteris tum vero in ludi-
bus atque spectaculis. Ingenuis igitur adole-
scentulis nichil vel auditu vel spectatu dignum
omitti. ymo nec eas que orbis disciplinarum
appellantur. Verum hec perinde ac gustus
gratia vel in transcursu percipienda sunt. Fieri autem
nequit. ut in cunctis perfectionem assequantur/
Antiquiores autem primariam ex his philosophiam esse di-
cunt. quia ipse mea quoque ex similitudine
quadam constituenda sententia. Nam sicut
in complures urbes obire perpulcrum est. ipsam
prestantissimam domicilium habere. commodissimum
ac preciosissimum. Urbane prefecto Bionem
philosophum dicere solitum accepimus. Quemadmodum
cum proci Penelopes congressum habere nequirent
eius se ancillis immiscebant. Ita et qui philosophiam
consequi non valent. per ceteras nullius sane
existimationis disciplinas/ nec dum semper ac
tenues inhabescunt. Quamobrem aliarum
artium et sententiarum principem constitue philosophiam
oportebat. Ad corporis quidem curas/ duplicem
scientiam humana excogitavit industria.
Medicinam dico atque gymnasticam. quarum altera
sanitatem. altera bonam imponet habitudinem/
Animorum autem egritudines atque languores.

sola est que curet · intelligendum quod philosophia · per
hanc enim · et cum hac scire licet quid hones-
tum · quid turpe · quid iustum · quid iniustum
et summatim quid diligendum · quid fugiendum
Quo parentibus · quo natu grandioribus · quo pere-
grinis · magistratibus · amicis · uxoribus · ac filiis
utendum sit · Ut deos veneremur · parentes
honoremus · seniores vereamur · legibus obtem-
peremus · Magistratibus concedendum · pro-
speris non efferri · Adversis non tristari · A-
micos diligere oporteat · In mulieres servare
modestiam · Caros habere liberos · Minime se-
vire cum servis · Et quod maximum est in prospe-
ris fortune successibus · letitia non effundi
nec in adversis casibus · tristitia deprimi · Ne-
que enim voluptatibus esse deditos · Neque ita
ad iracundiam affici · ut beluarum animos indua-
mus · Que ex omnibus philosophie bonis antiquissima
iudico · Generose enim secundam ferre fortunam
viri officium est · Sine invidia vero hominis
bene instituti · Voluptates ratione superare Sapi-
entis · Iracundiam vincere · non vulgi profecto
aut abiecti munus est viri · Ceterum eos per-
fectos opinor esse homines · qui civiles cum
philosophia partes queant immiscere · hos gemina
bona sibi vendicare reor · Ut scilicet earum vitam
ad quem communem utilitatem intrepiat ducerent

et summa cum tranquillitate nullis obiectam fluc-
tibus per sapientie studia versare. Nam cum 7
triplex genus existat. Unum quidem activum
Contemplativum alterum. Tercium voluptuosum.
Hoc satis dissolutum. et voluptatis manci-
pium. beluarum et infimorum est hominum. Ac-
tivum autem si philosophia caruerit. ineptum est
et magis delictis molitur. Speculativum
si ab activo se iungitur prorsus inutile. Expe-
diendum igitur pluribus ut publica consi-
liantium et philosophia vendicetur. quemadmodum
pro tribus attinere videbitur. Hunc in modum
Pericles civilia tractavit officia. Hunc in
modum Archytas Tarentinus. Hunc in modum
Dion Syracusanus et Thebanus Epami-
nondas. quorum utrumque Platonis constat

Q[...]ta discipli fuisse discipulum. k
nam quid amplius in moralibus doceam
nescio. nisi quia propter ea. que dicta
sunt. condicibile. ymmo vero necessarium
existit. ut ad adipiscendos antiquorum codi-
ces. ne parum diligentes sint. verum hinc pro
agricolarum more colligendi. Nam ita
discipline instrumentum. non librorum possessio.
sed usus et exercitatio est. Sicut et colendi
scienciam abtellure. Non autem vomeribus
et reliqua suppellectile conferuntur contingit

Corporis certamina ut contempnant. ne dig[nitate]
quidem extant. sed ad eius rei preceptores. ut
ad ipsa quantum sat erit elaborent pueri dimit-
tentur. quo et apta quedam membrorum composi-
tio simul et robustitas acquiratur. bona enim
in pueris corporis habitudo. bona quoque senectutis
fundamentum iacit. Sicut hyemi necessaria pro
serenitatem parare convenit. ita et boni mo-
res et optimum ad senectutem viaticum modestia
in ipsa iuventute reponentur. Adeo autem proinde
et incella quadam insumandus est corporis
labor. ut ne fragiles leviterque cedentes. ad doc-
trine studia fatigati succumbant. Hostes
enim disciplinarum ut a Plathone dictum est
labores atque sompni. Quid huius tamen insis-
to. cum ad id quod longe principalius est ex-
plicandum summo ducar studio. Milita-
ribus itaque certaminibus pueros exercere
debebunt. ut in iaciendis hastis. tinctandisque
arcubus. venationibus quoque magnopere conten-
dant. Victores etenim quos bello devicerint
bona sibi ipsis premia esse proponunt. Bellum enim
delicatam in umbra corporis habitudinem re-
pudiat. Macilentus autem miles bellicis
assuetus certaminibus pugiles et strenu-
tas prelio propulsat acies. ¶¶¶

Quid agis dicet quispiam. Tu enim de ingenua educatione liberorum dicturum te precepta spoponderis, postmodum inopes ac populares ita videris pretermisisse, ut solis institucionem locupletibus exhibere cogites. Quibus occurrere haud certe difficile. Ego itaque hanc ipsam constitucionem communem omnibus ac utilem esse maxime vellem. Verum si qui propterea laborantes indigencia, meis commonitionibus nequiverint, fortunam non me consulentem accusent. Contendendum ita pro viribus, ut optima pueris vel ipsis etiam pauperibus fiat educatio. Si minus, aut possibili saltem ponendum erit. Et ista quidem que gravius in sermone obita poterant adiunxi, ut ad ceteram iuvenum institucionem ferunt deinceps attingam. Illud igitur assero, ad honesta pueros exercitia non plagis aut verberibus, sed monitis ac racionibus adduci oportere. Omitto enim ea servos magis decere, quam liberos, qui durati rigescunt et ad labores sustinendos, nunc ob plagarum dolores, nunc ob contumelias horrent. Talibus autem pueris maiorem laudes ac vituperia quam verbera commoditatem afferunt. Ille enim ad honesta concitant, hec a turpitudine cohibent. Alternatim vero et varie utendum erit obiur- .m.

gratulationibus et laudibus. Postquam vehe-
menter obiurgarint pudore agendum erit rur-
susque laudibus recreabunt. Hinc imitande
nutrices erunt, que ubi infantes lugere coe-
gerunt, uberem denuo ad eos solandos admo-
vent. Cavendum autem erit ne immodicis elati
laudationibus intumescant, quos nimiis de-
molliti laudibus frangantur. **De moderatis laboribus**

n P lerosque item ego vidi patres
quibus amor nimius ne amarent
causa extitit. Quid est quod dicere veli
ut exemplo lucidenter fiat sic oro. Nam
cum hi festinent ut filii in cunctis omnibus
ante cellant, immensos illis labores adiciunt
sub quibus defessi corruunt. Et aliqui pon-
dere molestiarum oppressi, doctrinam minus ma-
suete susceperint. Plante enim cum modicis
alantur aquis, quam multis suffocantur.
Eodem modo animus cum mediocri vegetatur
labore, sub nimio demergitus opprimitur. Ab
continuis igitur laboribus danda quedam
pueris respiratio. Reminisci enim oportet
nostram omnem vitam in remissionem ac studium
esse divisam. Quo circa non vigiliam modo,
verum somnum esse repertum. Non bellum
solum sed et pacem. Non hyemem sed et tran-
quillitatem. Non operosos sed et festos

etiam dies. Et ut generatim eloquar. laboris condimentum est ocium. ideoque non in animantibus modo sed etiam in hiis que anima carent fieri conspicies. Arcus enim lenius quod remittimus. ut tendere possimus. At summatim corpus quidem indigentia et replemento. Animus vero remissione atque labore conservatur. **de non negligenda puerorum cura licet commissi sint pedagogis. Ca.**

Increpandi plerique merito sunt genitores qui pedagogis atque preceptoribus filios ita committunt. ut quid hii discant. neque videant. neque penitus audiant. Qua in re plusquam opus sit delinquunt. cum ipsi paucos intra dies experimenta suscipere. ac temptare debeant. Non autem in mercenarii dispositione spem suam collocare. Nam et illi maiorem puerorum curam. ac diligentiam facturi sunt. cum rationem ubi quod reddituros fore sciant. Hoc in loco generosum illud lepidumque stabularii dictum. qui nulla alia re equum pinguescere. quam regis oculo dixit. **de memoria penu discipline**

Super omnia puerorum memoria exercenda. consuescenda quod. Ea enim discipline quasi quoddam penu est. Quamobrem mnemen esse musarum traditur in fabulis

quasi uos insinuent atque demonstrent. Nullam
animalium enim tantum gignere ac nutrire: sed
cum memoria posse. Illa igitur imitamini pre-
cedenda. sive hij natura memores. sive con
obliviosi fuerint. nature siquidem habundan-
tiam corroborabimus, defectum vero supplebi-
tis quam illis ceteris. istis se ipsos vincere gau-
det. Preclare enim apud Hesiodum. par-
vum si tempore supradicasse pusillus idque
frequenter agas, grandis cumulabitur acervus
Illud vero ne parentes lateat memorativam
doctrine partem non modo ad perdiscendum
verum etiam ad doctiores vite res, non minimam conferre
portionem. Nam rerum gestarum memoria
ad futurarum consultationem exemplum quoddam
erit. Porro filii ab verborum turpitudine re-
trahendi. Democritus. Actionis umbra exi-
stat oratio. Dehinc ut ipsi colloquio faciles
et inobvios compellendo similes fiant, pre-
parandum erit. Nam sicuti graves in col-
loquio mores, digna in se conciliant odia.
Sic et pueri cum sociis redden⁊ si quesiti non
pertinaces omnino nulli quam cedentes, certaverint.
Non solum enim vincere. sed etiam vinci scire. spe-
ciosum in rebus presertim in quibus victoria
detrimentum parit. Erit huiusmodi cadmea
certe victoria, huius rei testem adducendum

sapientem habes. Euripidem qui huc in modum
locutus est, duobus obloquentibus cum alter
finit, qui verba frenat, is longe sapientior.
Ceterum illa non minus quam cetera
suspicienda, quin longe magis adulescen-
tibus exercenda. Ea sunt eiusmodi.
Sine mollitie vitam esse degendam, continendam
linguam, iram sibi subicere, manus comprimere.
Quale autem horum unumquodque sit despici-
endum. Hec autem ab exemplis notiora fient.
Et ut a posteriore prius exordiar, solent qui ma-
nus ad iniusta submittentes lucra, ante ac-
tam effundere vitam, ut Glippus Lacedemo-
nius qui pecuniae sacculos solverat ex spar-
te in exilium explosus est. Sapientis autem
munus est, ab nulla vinci iracundia. Adole-
scens quidam temerarius admodum et fastidio-
sus, Socratem calce percussit. Quamobrem cum
modeste ferentis comites adeo cum discruciatos
aspiceret, ut ipsum persequi vellent. Si me
asinus inquit calce pulsasset, dignum ne ut
mutuo illi calces inferrentur existimaretis.
Quod tamen haud ille perversus effecit. At cum eum
universi probris insectarentur, calamitatem non
sinerent, suffocatus est. Cum Aristophanes
multa iterum convitia dissipans, cuius titulus Ne-
bula titulus est, comediam edidisset, et a Socra-

cum quidam talia declamantibus dixisset. Neque
istam Socrates iniquo pateris animo. Haud
equidem mediocris fidius ait, siquidem in the-
atro pridem ac magnis ingruimus salibus mor-
derer. Socrates istis et patria. Architas Taren-
tinus et plato gessisse videntur. Ille enim ex
bello reversus. rei namque militari operam da-
bat, agrum incultum ac squallentem offendens
accitoque illius villico, nisi iratus forem luges
ait, et plato vero adversus deditum venter servum
fastidiendum ira percitus, vocato sororis filio
Speusippo. abi dixit. hunc verberato. Namque
nimia exagitor ira. Ardua hec et imitatu
dicet sane quispiam. Nec ego sum nescius.
Verum enim vero toto enitendum est posse. ut is-
tis utentes exemplis. abingentmenti et sum-
mum iram, magnam saltem auferamus partem.
Nam cum alias quidem artes, nec cum eorum
doctrina, nec cum virtute certare possimus, sive in
chilonis sapientie. pridem ac deorum antisti-
tes sacrorum expositores, tedas que gestantes
hec imitari pro viribus, et aliquid de inde
conamur. De continentia lingue Sequitur.

De continendi vero lingua, de hoc enim. iam
propositum explicare restat. si quis pro-
ximum. aut contemptibile suspicatur, ani-
mitte vehementer errant. Magne enim sapientie

tempestiuum est silentium. et omni certe sermone
prestancius. Nos autem maiores nostri/ ministeriis de-
signasse ceremonias videntur. ut ex ipsis tan-
ta silendi consuetudine/ deorum metum. ad hu-
manorum fidem archanorum transferremus. Na-
tum neminem tacuisse piguit/ dixisse certe co- penituit
plures/ preterea quod silencio retentum est/ effertur
prefacile. Quod autem edideris/ reuocari nullo
modo potest. Scio innumerabiles ob lingue intempe- .v.
ranciam/ ad maximas incidisse calamitates.
Ex quibus relictis ceteris/ unum aut duo ad com-
monicionis gratia meminisse sufficit. Cum phila-
delfus arsinoen cepisset uxorem. Sotades in-
quit. In sanctam nunc stimulum tendis cau-
leam. Quo dicto in carcere coniectus multo
tempore putridus intabuit. et intempestiue dica-
citatis haud meiepandas utique penas dedit.
Qui ut aliis risum exhiberet/ miserrimos col-
lapsus est luctus. Paria etiam hiis con-
dencia. Theocritus philosophus dixit. sustinuit eque et
grauiora non nichil/ Alexander geteris. ut
purpureas pararent vestes edixerat. ut cum
rediret. belli contra barbaros asie confecti vic-
toriam/ solempnibus celebraret sacrificiis. Cum
nacionibus argentum per capita conferentibus
Theocritus inquit. Prius quidem subdubi-
tabam. nunc vero perspicue sencio hanc tibi

secundum homerum nece forte purpuream. Quibus
ex verbis magnum ex alexandro constituit ini-
micitiam / et regi macedonum Antigono . qui al-
tero carebat oculo / cum cecitatem obiecisset .
haud mediocrem suscitavit iram / Magistrum
enim coquorum / Eutropionem in centuria quadam
constitutum . ut rationem redderet . accipietque . ad
se venire iusserat . quam cum ille adeo ins-
tarens adventans retulisset . Scio inquit The-
ocritus . quod Ciclopi me crudum appones . Quo
dicto / illi quidem cecitatem . huic vero cognomen
obiectavit suum . Tunc vero . Eutropion capite
igitur carebis respondit . Et huius dicacitatis in-
sanie quoque penas lues . Deinde dicta / renunciat
ad regem . At ille . qui Theocritum interfice-
rent / statim misit / Preter hec omnia / quod sanc-
tissimum est . pueri verum proferre consuescant .
Mentiri enim servile vicium est / et cunctis mor-
talibus odio insectandum . Neque quod apud me-
diocres etiam servos veniam promerebant . Ipsi
ta quidem depuerent ornamentis atque modes-
tia / nullam per ambiguitatem ac segnitiem dis-
putationibus accessi / an sint inducendi ad sua facta cum prius

Dehinc autem quod denique dicturus sum eorum
dubius persto . et animi magis tamquam qui
hoc sententia / hac illac me inclinante me audit
modum vergens / in neutram certius inducere possem eos

Puerulos vero de introducenda ac arcenda
re a corpore habe ut illam tibi explicem
prorsus audiendum est. Quid illud est? Utrum
qui puerorum amore tenentur, eorum societa
tem et consuetudinem hanc sinendi aut con
prohibendi et ab ipsorum conversatione pro
arcendi. Cum enim patres quos rigidos probos mo
ribus acerbos et immites quos conspicio qui fili
orum decorus arbitrantur, sicuti eorum ama
toribus observant, hanc rem meis introducere
consiliis vereor. Cum autem altera ex parte eum
adiuvo Socratem, Plathonem, Xenofontem,
Eschinem, Cebetem et universum illorum virorum
qui mares emendant amores. Quique adole
scentes ad eruditionem popularem principa
tum et adinventum denique probitatem pruere
runt. Subinde alter existo, et ad illorum emu
latione virorum ipse deflector. Horum etiam
verum testimonio est. Euripides hoc ingens
pacto. Sed est amor mortalibus quidam insitus
Animi moderata iusta quos servantis. Simul
id platonis institutum ingenti studio et urba
nitate temperatum haud pretermittendum. Iubet
inquit hiis qui optime de republica meriti
sunt ut quem ex honestis forma maluerint
iusto sibi devinctum amore media fronte
dissuaviarent. Quod si quos pulchritudinis

libidos ceperit. eos fugare/propellere que conuenit.
Cum autem animum delectationis ac et beniuole-
ntie complectentur. hii penitus comprobandi/quales
Atheniensium amores et lacedemoniorum extitit.
Delphis puer similis quis sibi persuadet. ita etiam
suspicatur. Ego vero postquam de puerili iam
institutione ac ornamentis disserui. adoles-
centium etatem tum secundum pauca esse censeo

a Sepe numero **de adolescentium etate**
improbitatem duces morum incusant/qui
cum puerili adhuc etati pedagogos
magistros que preficiant. Iuuenilem impetum
solutum vagari sinunt. Cum econtra maior his
annis. quam puerilibus cautio et obseruantia
deberetur. Nam quis ignorant puerorum de-
licta parua esse. ac mediantu facilia. fortas-
sis enim aut pedagogorum incuria. aut pre-
ceptorum in ludis peragendis inobedientia. At
iuuenum peccata immensa plerumque sunt. ac
insceleritatum plena. Ventris immodestia/paternorum
bonorum depilatio. Alea. saltandi pertinacie
bibacitates. Amores virginum et mulierum corrup-
tiones. Adulteria/horum igitur impetus omni
cura et diligentia cohercendi et reprimendi que
fuerunt. Petulantem enim vigorem etatis uo-
luptatem obseruationibus incursi. Quo-
circa freno illi vehementi opus existit. Ce

propter qui huic etati summopere non resistunt,
haud intelligere videntur se illorum cogitationibus
magnam adipiscendorum facinorum licentiam exhi-
bere. Et prudentes igitur patres hoc potissimum
tempore summa custodie vigilantia oportebit,
ut adolescentulos ad modestiam inducant, in-
struant, minentur, rogent, consulant, pollice-
antur. Et ut eorum exempla demonstrent
qui ob suas libidines ad magnas pervenerunt
ruinas, velut qui preclaras tum laudes et pre-
claram sui gloriam consecuti. Hec enim duo prin-
cipia ac virtutis elementa sunt: spes honoris
ac formido pene. Et nam tum ille ad egregia ho-
nestatis opera promptiores efficiat, hec ad
patranda villissima segniores reddit. De ma-
lorum vitando consorcio

Generantium aut liberos
necnos a flagiciosorum hominum consorcio
segregare decebit. Eorum enim ma-
lignitatem reportant. Hoc et Pythagoras ob-
scuris precepit sermonibus, quos in hoc loco po-
sitos explanabo. Etenim ad conquirendam virtutem
non minimum videntur afferre momentum. Quale
illud, que nigrantes habent caudas gustari
non oportere, hoc est cum hominibus consuetudinem
habendam non esse quos morum depravatio ipsa de-
nigrant. Iugum stateram quoque ne transcendere, id
plurimum iusticiam facere oportere. Hoc enim nullo

b

modos transcende. Neqꝫ modio insydere. hoc
est fugiendum esse ocium ocium. Providen-
dum est ut necessariam paremus alimonia
Haud iniciendaz vinculiqꝫ dexteram id est non
prompte aut inconsulte conciliari oportere
Angustum ne gestabis anulu. quem ita uitaz
ut eam ne vinculo astringas exercere debes
Ignem ferro cedi minime decere. hoc esse irri-
tandum non esse furentem. haud enim quemt-
quam potius cum intumescat ira. cedendum
Cor ne comanducabis. Quid aliud insynuat
quam ne animum offendas sollicitudinibus cu-
ricis ne consiciens. Abstinendum a fabis. quod
iure ciuili versari non oporteat. Fabis enim
priscorum suffragia ferebantur. que finem prin-
cipatibus attulerunt. Cibos in scafio non esse
ponendos. Significat autem improbum animum
verbanos non immitti sermones. aut ullius vir-
tutis studia. Cogitationis namqꝫ cibus est
cum bone studium et sermo frugi. Quem
impius ac sordidum humana reddit impro-
bitas. Haud retrouti qui ad terminum pro-
ficiscantur id est quibus moriendum est. cum pro
somne vite terminum intueantur. facile ferant
A neqꝫ inertie deprimantur. de assentato-
Optiorem denuo naturam ribus vitandis
Affectatur oratio. et quod prius dicebamus

aptarius hominibus · sed assentatoribus
presertim liberos abducemus · Complu-
ribus id patribus persuadere non desino · ac i-
pinacarium cursus dictito · Nullum autem
tium genus assentatoribus esse pernici-
osius · Nullum quod citius in precipitia iu-
ventutem deducat / qui patres ac filios tradi-
tius abterunt · Illorum senectutem simul
et horum adolescenciam · tristitia / et mag-
nis affligentes malis · et que ipsorum con-
siliis clandestina quedam iacet esca / vo-
luptatem pretendunt · Opulenti patres
filios ut sobrietatem conservent monent /
Assentatores ebrietatem · Illi temperanciam
Isti lasciviam · Illi parsimoniam · Isti sumptus
et impensas · Illi labores appetendos · Isti
secordiam · Omnia quippe vitam punctum esse
temporis asseverarunt / Quis tamen vivendum
non autem diminute vivendum esse · Ergo
vobis penarium tuum minari · Nam patres vi-
debimus quidem etate delirant · Nam capu-
laris est demon sublimem hunc attollamus
eum quam conprimum efferamus · Et plerique ad
scortandum accedunt et intempestivas du-
cunt uxores · patres namque ad senectutem viati-
cum corradunt atque surripiunt / Scelestissimum
hominum genus : Amicicie simulatores / nullam

pestesque eloquendi libertatem degustantes
Hi locupletium quidem assentatores, pau-
perum contemptores, ad usus iuventutem
perinde ac ex arte lirica deducunt. Cum suos
ridere imitatores cernunt ultro arrident.
Ex omni vite parte nothi ac degeneres, ad di-
vitum nutum vitam agunt, fortuna liberi
elocutione servi. Tum magis se pati con-
tumelias existimantur cum nullis afficiantur
contumeliis, qui alienum frustra cibum ac-
cipiunt. Quo circa siquis pater est, qui de
bene instituendis natis curam gerit, has
primum fastidiosas propulset pecudes. Con-
discipulorum etiam flagicia repellantur, quod
hi ad mansuetissimas etiam naturas cor-
rumpendas satis possunt. Ista quidem
honesta et perutilia sunt. Que vero dico hu-
mana officia humanitatis in filios a parentibus

Haud enim volo parentes omnino as-
peros et natura esse durissimos.
Sed puerorum nonnullis peccatorum conce-
dendum interdum esse veniam ducant, se quoque
iuvenes aliquando fuisse meminerint. Quem-
admodum medici amara quedam venena
dulcibus immiscentes humoribus, cum iter
utilitatis amenitatem invenerunt. Ita e
et patres increpationum rigorem mansueti-

temperent est necesse. Puerorum namque de-
sideriis remittende interdum habene. non
nichil quoque laxande, quandoque durius intendende.
Nenim perseruim delicia mollifecerunt animo-
rum adversus ipsos ira excanduerit. illico
animi timorem deponant. Parentem
enim celeres quam graves suscipe iuris p-
sint. Nam cum quispiam ita difficiles in-
duit animos. ut non nisi summo cum labore re-
duci in gratiam possint. Profecto fili-
orum odium concepisse non pravo patefaciunt
iudicio. Et aliqua etiam noluisse peccata
dissimulent satius erit. Verum surdita-
tem et obtusos senectutis sensus, ad filio-
rum commissa contulerunt. ut plerumque videntes
ne videant. audientes quoque non audiant.
Amicorum errata perferimus. Quid na-
igitur mirum si et natorum. Crapulancium
multociens etiam servorum ebrietatem mini-
me redarguimus. Interdum peccasti. Insip
suppeditatus. Moleste aliquid tulisti. Ve-
tro veniam exhibe, per servuli fraudes de-
mulsisti. Cohibe prorsus iracundiam, ex-
ageres iuventus abstulit. Redit externum
hominumque exhalans thimetum. Insciatus es-
to. Unguenta redolet. Tacitus sis. Nunc
i modo petulca iuventus equum instar pulli

e domita initiis que redditur. Curandum ut qui
libidinibus succubuerit et increpacionibus duri
rebelles existunt connubio subiungantur.
Hoc tutissimum siquidem iuventutis est vincu-
lum. Eas autem despondere filiis uxores
convenit que nec multo nobiliores nec
diciores sint. Sapiens referetur utique proverbium
est. Equalem tibi mulierem inquire. Nam
qui se ipsis longe ampliores capiunt uxores
non earum maritos, verum dotis manci-
pia fecisse se nesciunt. Ceterum hisce rebus
brevia quedam confestim precepta contexebam.
Ante omnia opus est ut patres
non solum nichil peccando, verum etiam
f honesta singula peragendo manifes-
tum sese filiis exemplar exhibeant, ut in eo-
rum vitam quasi quoddam speculum intuen-
tes ab operum simul et sermonum turpitudine
se penitus avertant. Nam si quis delin-
quentes obiurgat filios, cum in eosdem
illabitur errores, hoc ignorare videtur, sub
illorum nomine sua se incusare crimina. Et ut
summatim dicam, qui vitam improbe degunt
hii nullam servos aut liberos increpandi
licentiam agunt. Preterea in eorum commissis nec con-
sulendo nec instruendo valent. Ubi enim
impudens est senectus, ibi et inverecundos

esse iuvenes est necesse· Ad comparandam fili-
is modestiam danda opera est· ut omnia p-
rerum convenientia perficiantur· Imitentur
autem potissimum· Euridicem· que quamvis
Illirica et barbarissima foret mulier / ad
erudiendos tum liberos quoque in etate iam
provecta / studium ac disciplinam attigit· Quanta
vero in eius filios indulgentiam habuerit·
vel illud hunde quod musis dedicavit epy-
gramma declarat· Hieropolitana· Euridice
postquam doctrine ac eruditionis desiderium
cepisset· Hunc musis titulum consecravit /
Pubescentibus enim liberis mater iam
grandeva / studiorum atque virtutis monimenta
litteris ingenti cum labore perdidicit· U-
niversa que in superioribus explicata sunt pre-
cepta complecti· voti magis quam admo-
nitionis opus esse forte censebitur· Ut
autem plurimum imitationem assequamur
et hoc opus quidem fortis ac nature bo-
nitate / permulta que insuper diligentia indige-
bit· At humanis effici posse constat in-
geniis· Petri pauli de Iustinopoli viri
doctissimi ad generosum adolescentem
Ubertinum de Carraria de ingenuis
moribus et studiis liberalibus adolescen-
tie Incipit feliciter·

Liber petri pauli de iustinopoli sequit[ur]

[P]Ranciscus semper carrarius tuus, cuius ut extant plurime res magnifice geste, ita et multa passim sapienter abeo dicta memorant, dicere ut accepimus Robertine solebat, tria esse in quibus bene consulere suis liberis parentes ut facile possunt ita iure meritos quod tenentur. Primum utique honestis illos nominibus appellent. Nam est, ut iure parvi momenti non parva iacturam inde certam nominis appellationem sortitum esse. Inquo quidem solent plerumque nonnulli errare. dum levitate quadam aut ipsi novorum nominum auctores haberi volunt, aut si qua a suis maioribus acceperint, tamquam gentile patrimonium, ad posteros certa fide transmittant. Alterum ut in egregiis urbibus eos statuant. Nam amplitudo splendorque patrie plurimum valet, tum ad opes et gloriam, tum et ad id quod tertio loco constituebat ab illis, et iam dicetur a nobis. Quamquam in hoc plerumque eveniat quod Themistocles, cum esset atheniensis. Serifio cuidam mori

tentione vincit · dum ille non propria virtute · sed
patrie splendore gloriosum factum ei ostenderet ·
Neque enim inquit iste vel tu si atheniensis
esses · clarus extitisses · aut ego si Seriphius
essem ignobilis · Tertium autem erat ut bo-
nis artibus liberos erudirent · Preclare
omnia / ut homini generis rerum prudentissimus
sui temporis · et erat / et habebatur · Sed po-
stremum illud preter ceterum commodissime · Ne-
que enim opes ullas firmiores / aut certiora
presidia vite parare filiis genitores possunt
· quam si eos exhibeant honestis artibus
et liberalibus disciplinis instructos · Qui-
bus rebus perditi · et obscura sive gentis
nomina · et humiles patrias attollere · ac
illustrare consueverunt · Nam et muta-
re sibi nomen · dum id sine fraude fiat u-
nicuique per leges licet · Et transferre do-
micilium quo libeat nemo prohibetur · Ar-
tibus vero bonis · nisi quis ab adolescen-
tia fuerit institutus · aut si prius his imbutus
excreverit · non facile dese sperer in etate pro-
vectiori posse · aut has abicere · aut illas
dominio sibi parare · Iacienda sunt igitur
in hac etate fundamenta bene vivendi
et formandus ad virtutem animus · dum
tener est et facilis qualibet impressionem

admittere / que ut nunc erit / ita et in reliq
vita servabitur · Verum cum omnes homines
deceant / parentes quid in primis eos esse quam recte
erudire suos filios studeant · et filios deinde
tales · qui parentibus bonis digni videri pos/
7 sint · Precipue tamen qui celsiore loco sunt
quorum quoniam nullum neque dictum neque factum latere
potest decens est · ita principalibus artibus
instructos esse · ut et fortuna et gradu dig/
nitatis quam obtineant / digni habeantur
Equum est enim / qui sibi summa omnia deberi
volunt · debere et eos summa omnia de se p/
stare · Nec est ulla certior aut stabilior
regnandi ratio / quam si hii qui regna op/
tinent / ab omnibus dignissimi omni regno
iudicentur / Quamobrem cum sis · Ober/
tine primum quidem nomen sortitus / quod
fuit in vestra familia diu celebre · et ab eo
nuper illustratum · qui vetro septum prin/
cipatum egregie vestro tenuit · Deinde in hac
vetustissima regia urbe · que et cuncta/
rum bonarum artium studiis floreret · et re/
rum copia in hominum usum habundat · et
principum genere atque ipso patre principe na/
tus / sub cuius ductu et felix urbis status
et familie vestre · clarissimum nomen ex/
crescit indies · Magnopere letere primeri

fide · tua quam ac tuorum, imme benivolentia · quod
te video, tum per parentis diligentiam, tum
maxime tuo iudicio ad bonas artes et pre-
clara studia omni nisu propensum fieri ·
Etsi enim tria illa que diximus a parenti-
bus maxime desideranda videantur · tamen
profecto singulis non sum qui negem
eos plurimum posse, precipue tamen pa-
rentes nomina imponunt natis · casus vero
nunquam electio dat homini patriam · bo-
nas autem artes atque ipsam virtutem sibi
ipsi unusquisque comparat · Que quidem pre
omnibus que possunt ab hominibus stu-
dio queri, exoptanda est · Nam opes
gloria, voluptates, fluxe res sunt et ca-
duce · Habitus autem fructus quem virtu-
tum prestet integer atque eternus manet · Hoc
igitur si te commoneam ut sedulo facias
tum et si ipse libenter id presto · video tibi
esse non necessarium · Quid enim aliud pos-
sum monere te ut facias, quam quod ipse
facis · aut quem tibi alium exemplum virtu-
tis commendare quam te ipsum · Cum enim ab
ipsa natura · et animi et corporis dotibus
constitutus videare · Ut omnia sperare
de te liceat · tuque adeo etiam maiora
omnia prestes · ut non modo spem · sed et

tota quoque animi cupieres. Quid est quod
hortatione tua quam facilius promoveri possit
aut ceterorum imitatione magis accendi. Tuo
igitur nomine breve hoc opus suscepi, et de li-
beralibus adolescentie studiis ac moribus
id est in quibus rebus exerceri ingenuos adole-
scentes, quidve cavere conveniat ad te ver-
sum adte scribere. Non quidem quo ipse te
sed ut per te ceteros cuius etatis commoneam. Et
tum quid agendum sit aliis precipimus, tu quod
parte satis iam recognoscis. Cum enim sit
.l. homo ex anima corporeque constitutus, magna
quedam a natura consecuti michi videntur
quibus est datum, ut et corporis viribus
et ingenii valerent. Nam cum plurimos
videamus, quibus sine culpa evenit na-
scentibus, ut et ingenio essent tardi, et cor-
pore imbecilli, quibus genus hoc nature con-
tigerit, si secundum utrumque hec et integri sunt
et validi. Ista autem refertur digna nature
gratia, si non neglexerimus eius munera
sed ea rectis studiis bonisque artibus ex-
colere curaverimus. Principio igitur erit u-
nicuique sui ingenii ratio spectanda, aut si
minimis per etatem nobis perpendere id licebit,
parentes ceterique quibus cure erimus, animad-
vertere debebunt, et in quas res naturas

primi capti que fecimus / eo potissimum stu-
dia nostra conferri / et in eis totos versari
conveniet · Maxime vero qui sunt liberale
ingenium natura consecuti · sinendi non sunt
inerti ocio torpere · aut illiberalibus im-
plicari negociis · Primum autem liberalis inge-
nii argumentum est · studio laudis ex-
citari / incendique amore glorie · Unde oritur
generosa quedam invidia · et sine odio de laude
de probitate que contentio · Proximum vero
parere libenter maioribus · nec bene esse
monentibus contumaces · Nam et equi me-
liores ad pugnam habentur · qui faciles sunt
manu regi et ad tubarum clangorem · ere-
ctis auribus exultant · Ita qui iuvenum
bene audiunt monitores · et laudati excitan-
tur ad bonum / uberis spem frugis ferre prese
videntur · Cum enim bonum ipsum virtutis honesta-
tisque faciem / inexpti cernere / complecti come-
nus possint · que si possit oculis videri · mira-
biles ad sapientiam · Ut inquit Platho · et Ci-
cero meminit / de se amores excitaret / Pro-
ximum est abhoc gradu · ut glorie laudis-
que studio · ad optima conari velint · Amplec-
tatur et qui sunt in actionibus prompti fugien-
tes ocium · amant que aliquid recte agere /
bene dispositi natura videntur · Nam et ·

·m·

in eiusdem generis similitudinibus versentur. Quem-
admodum equi cursores meliores habentur qui
dato signo protinus exiliunt, nec calcarium
stimulos aut flagellorum plagas morantur
subsistunt. Ita adolescentes qui constitutis
horis ad solita studia, intermissa quae paulisper
exercitia, alacres sine monitore redeunt, prae-
clare constituti ad virtutis operam habendi sunt.
n. Sed et si comminationes ac verba metuant,
magis autem si verbera atque ignominiam.
Unde nascitur verecundia, quae est in ea aetate
signum optimum. Bene igitur habet si et increpa-
ti erubescant et castigati fiant meliores
suosque praeceptores ament. Nam et dis-
ciplinam amare indicio est. Nec minore
vero ad omnem probitatem fiducia dignus
est, qui sunt natura benigni ac facile pla-
cabiles. Est enim maximo simile quoddam
et in corporibus. Nam ut in his signum
est bone nature nullo cibo abhorrere sto-
machum, sed quicquid ingeritur facile admit-
tere et in alimentum convertere membrorum,
Ita et neminem odisse aut aspernari, sed
quicquid dicatur fiatve in meliorem partem
habere omnia, bene a ipsa natura constituti
animi signum est. Ac multa quidem in huius-
modi sumi a moribus argumenta possunt

Quod vero ad corporis habitudinem pertinet.
molles carne aptos esse mente scripsit A-
ristoteles. De reliquis consulendi erunt qui
per phisonomiam deprehendi posse virtutes
quoque ingenium nativos quoque mores profitentur. Ceterum
nos hic rationem totam relinquimus. Dignoscuntur
autem plerumque ut diximus ex indole pre-
adolescentibus nobis. quales viri futuri sint.
Nam ab initio quidem etatis profert in quibus-
dam natura probitatis ficte signa veluti
flosculos. Unde bone indolis iuvenes dicuntur
qui effigie ipsa. gestu. ceteris quoque actibus spem
de se bonam polliceri videntur. Quibus ut tur-
pe est expectationem hominum fallere, ita laudi
his datur. Qui sine ulla tali significatione
probi tamen evaserunt. Imitati pomorum quoddam
genus, que sub turpi atque aspero cortice suavem
adservant saporem. Hinc bene precipiebatur
a Socrate. ut adolescentes in speculo suam
ymaginem crebro contemplarentur. ea scilicet ratione
ut hii quibus inesset species dignitatis
illam non dehonestarent. Qui vero deformi-
ores speciei viderentur. formosos se virtutibus cura-
rent. Magis autem id ipsum consequi for-
tasse poterunt. si ad tamen suam speciem, quam
alienos probati hominis mores. et vitam specu-
lum intuebuntur. Nam si P. Scipio. et Q.

Fabius quoque omnibus vero ferre generosis mentibus
usu evenit illustrium virorum contemplandis y-
maginibus se magnopere dicebant. Que res
Iulium quoque Cesarem visa magni Alexan-
dri ymagine ad summam rerum attendit. Quo
consentaneum est evenire quam ipsam vivam
effigiem et adhuc spirans exemplum intueri
licet. Quamquam ymagines fortasse maiorum
magis ad emulacionem glorie animos excitant
propterea quod hominis presencia minuere plerumque
gloriam solet et viventes comitari consuevit
invidia. Ad exemplum certe virtutis ac morum
et ad omnem doctrinam ut viva vox, ita et vi-
vi hominis mores plus valent. Debet igitur
studiosus adolescens, quem virtutis vere quoque glo-
rie desiderium concitat, unum aliquem plu-
res vero si quot videant deligere probatissimos
viros, quorum vitam et mores, quantum per etatem
licebit imitetur. Illis autem ceteris quoque natu
maioribus, cum omni tempore habenda sit gravitatis
atque modestie racio, tum maxime coram iuni-
oribus custodienda est. Iuventus enim etatis pro-
na est ad peccandum est, et nisi maiorum exem-
plis arceatur quam continentur, facile semper in de-
teriora prolabitur. Et quoniam insunt ipsis etatibus
proprii mores, quod et reliquis quoque etati-
bus accidit, ex his qui boni sunt usu percipitur

quod confirmandi erunt et iuvandi. Qui vero mali atque inlaudabiles, corrigendi. Quorum hii quidem nature serviunt tantum, quidam autem experientie defectum. Alii utrumque. Sunt enim imprimis natura largi ac liberales, propterea quod non sunt experti indigentias, neque opes eis labore proprio quesite sunt. Non enim solet fieri ut temere dissipet qui cum labore congregavit. Simul et quod superhabundat in eis calor ac sanguis non modo in nutrimentum corporis sed et augumentum etiam, quod contra fit in senibus contraria id efficiente causa. Quem igitur cum speremus futurum senem qui sit in adolescentia tenax atque avarus. Non quidem permittende sunt eis largitiones quas exercere cum discretione numeri personarum meritorumque nesciunt, si quod corrupte nature atque inliberalis ingenii sit inditium. Hii igitur questuosas artes sectantur, aut manuale opus aut negotiationem ad curam rei familiaris percipiunt. Qui et si nobiliores fuerint quasque artes assecuti, illas tamen semper ut cetera ad ignobilem questum redigunt. Que quidem res est ab ingenuis mentibus perversis aliena. Deinde sunt bone spei multa quod ac magna sibi facile promittunt ac preterea longevam etatem, ut quibus exuberat naturalis calor tanquam ad omne opus et in omne tempus sufficiturus. At propter

q

Hoc ipsum magnanimi sunt et alti cordis, quoniam est ea vis calidi ut sursum ferat. Unde fit ut sint arrogantes et iuxta flaccum monitoribus suis asperi et contumeliosi, aliis se ipsos efferentes. Appetunt enim excedere, propter quod volentes videri multa nosse faciles sunt aperta revelare et se ipsos iactantes plerumque mendaces inveniuntur. Simul et quia inexperti sunt existimantes vera dicere in plurimis falluntur. Ab hac autem mentiendi vanitate deterrendi sunt maxime. Primum quod assuescunt inverecunde mentiri. morem hunc facti maiores servant. quo nichil est turpius, deinde quod prope nichil eque maiores offendit quam mendacium adolescentium qui student pridie nati, senes fallaciis circumvenire. Proderit autem si admoneantur pauca loqui et raro, nisi iussos loqui dicere. In multo namque sermone est aliquid semper quod reprehendi possit. Quod si in alterutro est peccandum multo sane tutius est tacere quam loqui. Verum qui intempestive tacet, hoc unum peccat quod tacet. loquendo autem in multis errare contingit. Providendum etiam ne fedis ac inhonestis sermonibus assuescant. Nam ut est a greco poeta dictum et ab apostolo paulo repetitum: Corrumpunt mores bonos colloquia mala. Secundum superiorem autem tenorem, qui sunt excelle

ate cupidi. Sunt etiam verecundi, quoniam in honorem
metuunt, et castigationis parentum magistrique et corre-
cti meminerint. Simul et quoniam inexperti sunt, fa-
cile decepti se posse arbitrantur. Sunt item cre-
duli nimis, ex defectu namque experientie cuncta
vera credunt esse que audiunt. Atque etiam
de facili mutant opiniones, quoniam sunt eorum
humores in motu propter augmentum corporis et ha-
bundat calor, qui maxime commutationes facit.
Anima vero complexionem sequitur corporis.
Ideo quod ut facile calentes concupiscunt, ita
potius saciantur cito. ¶ Passiones vero suas
maxime prosequuntur, et omnia faciunt valde, quoniam
concupiscentias habent acutas, quas calor
irritat, neque vigent ratione et prudencia que
illas moderari possint. Ego vero iuxta Teren-
tianum Sosiam non iniuria id arbitror: appri-
me in vita esse utile ut commode fiant omnia ac ne
quid nimis. Sunt quoque misericordes necnon maligni
moris, quoniam ab ignorancia pravorum sunt benignum
habentes sanguinem. Ceteros quoque esse existimant
quos pravum commiserint, quamobrem eos credunt
iniuste pati. ¶ Maxime vero gaudent amicic-
iis et sodalitates amant, quas plerumque eadem
die et ineunt et dirimunt. Iuxta has igitur
conclusiones erit adhibenda doctrina, et bo-
ni quidem mores asciscendi. ¶ Mali vero

aut minuendi aut propensius excitandi erit
Et decuit quidem tueri iuventutem. cum plurimum
domesticae disciplinae permissum sit. nonnulla tamen
solent legibus diffiniri. Debentur autem ut se
diximus omnia. Nam et publice interest
iuventutem in civitatibus bene moratam esse
et si fuerint adolescentes bene instituti. erit
id quidem utile civitatibus et ipsis bonum. Ma
xime autem ut specialius dicamus ab hiis pro
hibendi sunt. in quae facile natura ab ipsa
aetate deducuntur. Habent enim et aetates sua
propria quaedam vitia. Adolescentia libidinibus
estuat. aetas media ambitione iactatur. Senectus
cupiditate avaritiaque consumitur. Non quod
ita omnes habeant. sed quod ad haec vitia quam caete
ra proniores sunt homines. Curandum est igitur
ut iuvenes quam maxime diu integri serventur.
Immaturum namque venus et animi et corpo
ris vires enervat. Quod erit si a choreis
et his hominum ludis. et item a convivii muli
erum frequentia arceantur. Aut si nichil de hiis
rebus loquantur aut audiant. Nam cum ipsi
per se aetatis fervore ad venerea rapiantur.
nulla erit spes reliqua. si malignus quoque
consilio comes accesserit. Praecipue vero
si nunquam ipsi erunt ociosi. sed semper in aliquo
honesto ministerio aut animi labore detine

cantur. Daũ enim ad libidines et ad eã
intemperantiaz pronos efficit. Utrũqʒ ado
lescentes in ipsa sospitate laborantes multo
conveniet labore. sangit. Nec vero hijs o
tium tantũ. sed et solitudo quoqʒ vehemẽt
est inimica. que infirmũ animũ assidua
talium rerũ cogitatione demulcet. nec alio
sunt. Ut enim qui desperatione tenentur so
litudini minime credendi sunt. ita et quibus
voluptate devinctus ẽ animus. Item qʒ et
ab omni feditate ac nepharia turpitudine
et prohibendi sunt. et magnope custodiendi
Nec nisi hijs committendi. quorũ mores et vi
ta omnis pspecta sit. quorũ qʒ non tam ex
emplo peccent. sed iniciis deterreant. Et
admodũ teneras arborũ virgultu stipites al
ligant. ne aut pria mole. aut ĩ ullaz ven
torum deflecti possint. Ita et iuvenibus
adhibendi sunt comites. quorum monitus
distant. et conscientia retrahant. et imita
tione proficiant. Continendi sũt etiaz ne aliis
que sunt circa vitam ĩ moderationes fiant. Nã
superfluus cibus aut potus et sompni habũ
dantiores ex consuetudine magis sunt. ñ quod
variis habitudinibus corpor. plus minus ue
deberi ex hijs rebus negem. Sed qʒ ĩ omnib
hoib; natura paucis et divinentis contenta sit

x si necessitatem spectemus · si voluptatem
nichil illi possit videri satis · Animo vo
mea etate maxime fuit accendi · tamen minus
usus valitudini bone inimicus est / et recte
bonis usum magnopere perturbat · Qua in re
nequaquam michi videtur improbanda Lacede
moniorum racio / qui ebrios servos exhiberi
in conviviis suis curabant · non quidem eorum
ut insulsis sermonibus / aut fedis actibus
delectarentur · Nam inhumana voluptatis
est / dampno hominis / aut vicio delectari ho
minem · sed adolescentibus suis exemplis os
tenderent · quam esset turpe temulentum videri
Sunt igitur ut ab annis teneris assuescant
ita potandi pueri / ut illis magis aqua tem
peretur · quam lymphetur vinum · et tamen sobrie
quidem ac raro · ut magis ad molliendum cibum
quam ad minuendam sitim datus potus vide
atur · Neque enim decet quod non modo ad
virtutem · sed nec ad bonam quoque valetudi
nem pertinet · ventre · cibum potum · re ve
nerea · aut hibernis noctibus somnos equare
aut voluptatibus modum satietate prefinire · sed
bene moderari omnia · et ita assuescere · ut iu
veniles impetus frenare facile possimus
arbitrari quod non omne quod per potentiam · vel
occasionem facere liceat / decere · ut faciamus

de Iustinopoli

Ante omnia vero decet bene institutum ado-
lescentem rei divine curam respectumque non
negligere, eaque opinione imbui ab ineunte
etate. Nam quid erit illi inter homines
sanctum, cui divinitas despecta sit. Nec vero
usque ad aniles decet superstitiones provehi,
quod in ea etate dampnari plurimum solet
et irrisioni patere. Sed ad certum modum, quamquam
quis modus adhiberi in ea re potest, in qua
omne quod possimus infra modum est. Pre-
cipue vero quod in omni etate abhominabile
est, monendi sunt ne exerceant divina neque
sacra nomina irrisioni habere, nec sponte fa-
cile iurare. Nam qui temere iurant cre-
bro deierare consueverunt. Proxime autem seni-
bus ac maioribus natu plurimum reverentie
adhiberi convenit, eosque parentum pene loco
existimare. Antiquitus erat romana iuventus
vetusto more preclare instituta, que sena-
tores quos patres appellabant, qua die haberetur
senatus, deducebant in curiam, ibique assidui
pre foribus aderant. Dimissoque senatu re-
ducebant frequentes domum. Que nimirum
erant rudimenta constancie patientieque
in perfectiori etate prestande. Qui ergo
iuvenes libenter senibus herent, nec ab his
facile discedunt, a quibus proficere possunt

Hii non temere velle videntur/ etatem virtute
preveniente. Instituendi sunt preterea quo pacto
debeant admittere venientes. quo abeuntes
dimittere. ut oporteat verecunde salutare ma/
iores. minores humaniter colligere. amicos be/
nivolos quoque familiariter convenire. que cum in
omnibus apte sedeant. tamen vero in principibus
et eorum liberis speciosa videntur/ et nobili/
bus maxime. Iniquorum moribus atque omni
vita facilitas quidem amari solet/ gravitas
vero laudari. Utrobique tamen cavendum est
ne vel hec in agrestem severitatem. aut illa
in scurrilem levitatem exeant. Hec autem ita
.a. consequi poterunt. si se facile quisque argui
moneri que patiatur. Que ratio omni etate
et cum atque condicione salutaris est. Nam
ut obiecto speculo/ faciei nostre mendas co/
gnoscimus/ ita et castigantibus amicis erro/
res prendimus animi. qui proximus est ad/
emendationem locus. Hii autem facillime
deceptioni patent. qui nichil audire possunt
quod contristet. Imbecillis est enim stoma/
chi/ ferre non posse nisi delicata. Decet ita
que et maledicentes pati posse. et obiurgato/
res audire. Nam qui se non patitur pre/
sentem argui/ non facile solet cum est ab/
sens defendi. Verum eos maxime quos sub/

· de · Iustinopol3

Uberiore sunt fortuna, et iniquiorum manibus
vehuntur populorum quam ius est, decet non modo
facile, sed etiam libenter bene monentes audi-
re. Quanto et ipsi pro multam licentiam pronio-
res sunt ad peccandum, et eorum potentia obesse plu-
ribus solent. At eo quidem magis cauendum
quod pauci sunt qui dicere et quod verum de-
cens quod sit audeant, pauciores qui velint
audire. Nam qui vult verum audire, fa-
cile inveniat a quo audiat. Itaque quam mirum
videri potest, si sit quispiam bonus ac sapiens
in potentatu ac magnis fortunis natus,
nec adversum umquam casum expertus. Et si sit
quis eiusmodi, hunc perquodam quasi terrenum
deum amandum colendumque existimo. Quip-
pe cum inter affluentiam rerum ad omnes
voluptates suppetentium, et facultatem as-
sequendi quecumque cupierint, et adula-
torum ingentem copiam, qui solent ex
stultis insanos facere, vix boni aut recto
iudicio viris usquam locus. Id pulchre
Platho sentiebat, et commode paucis verbis
significavit, que nos locum huc ad verbum
ex Gorgia transtulimus. Difficile est enim
inquit et plurima laude dignum in magna
peccandi licentia iuste vixisse. Sed et in nimia 6.
quoque potentium indulgentia emollire atque

enervate adolescentes consueverunt. quod in illis
plerumque manifestum est qui sub viduis ma-
tribus per delicias sunt enutriti. Placet igitur
que est apud quosdam gentium consuetudo. ut
liberos suos. aut extra civitatem. aut certe
extra domum. apud cognatos amicosve e-
ducari curent. quos et si plerumque indul-
gentiores invenerint. hoc ipsum tamen quod
in aliena domo vivere se intelligunt. soli-
ditatem illis licentiam adimit. et melioribus
studiis que liberalia dicimus intentiores
reddit. De quibus tempus est iam nos dicere.

Liberalia igitur studia
vocamus que sunt homine libero
digna. Ea sunt quibus sapi-
entia aut exercetur aut que-
ritur. quibus quoque corpus aut
animus ad optima queque di-
sponitur. Unde honor et gloria queri solet
que sunt sapienti prima post virtutem
proposita premia. Nam ut illiberali-
bus ingeniis lucrum et voluptas pro fine
statuitur. ita ingenuis virtus et gloria. Oportet
igitur a prima infantia his intendere. et ad
sapientiam omni studio conari. Nam si nulla
est prima etate artium. etiam earum que minimi
acuminis exigunt. quam excellent assequi

quis possit nisi ab teneris annis illi inca-
buerit. Quid de sapientia iudicabimus, que tam
magnis ex multis rebus constat, et in qua
recte totius vite precepta omnes ex continentur.
Non enim profecto qui sapientes et ha-
beri esse omnes volumus. Non enim
in qua in senectute sapientes, nisi iuue-
nes primum bene sapere cepimus. Nec
vero suscipiendum est, quod omnibus vulgo est
usurpatum, ut existimemus eos qui iuue-
nes supra etatem bene sapiant, maiores
factos desipere aliquando solere. quamuis et
hoc in quibusdam non abhorreat a philoso-
phica ratione, quibus tum in pubertatibus sensus
vigeant, crescente postmodum etate marce-
scunt. Quod in genere, ratione est senex qui
ab adolescentie constitutus, obscurum est ac
vitius ex nomen. Cum enim is preter eta-
tem prudens probus ex haberetur, senes
ex admiraculum illum ostenderint, erit igitur
inquit in senectute demens. Qui sit in
adolescencia tam sapiens, et ita quidem vo-
ce sublata ut adolescens audiret. Ille uero
innati acuminis nichil oblitus. Tu ergo
inquit preclare in adolescencia sapiens ex-
titisti. Suis ex illum ut aiunt armis con-
fodit. Et est quidem evenatum impleris

que iuuenibus tanta ingenii celeritas ad
intelligendum / et ad inuestigandum tantum
acumen · ut vel sine doctrina de rebus ma-
ximis loqui possint · Sentencias dicere gra-
uissimas · quorum ingenii vis si erudicio-
ne corroboretur / iuuet que disciplina · summos
viros parere ea res solet · Ut igitur hii dili-
genter curandi sunt · ita non negligendi qui
mediocri valent ingenio · quin vel pocius
hoc iuuandi · quod est in eis vis nature de-
ficit · Omnes tamen a pueritia studiis labo-
ribus que mancipandi · Dum faciles animi
iuuenum dum mobilis etas ut est maronis
versus · At ego magis tunc insistendum quo
etas illa erudicioni aptior est / quam cetere /
quamquam et omni etate discendum · nisi for-
tasse turpius aliquid est discere / quam nescire ·
Quod tamen iudicauit catho ille porcie fami-
lie princeps / qui latinas literas senex grecas
iam certe senex edidicit / nec credidit senem tur-
pe discere · quod esset pulchrum homini scire / So-
crates eciam tantus philosophus iam etate pro-
uecta / fidibus operam dedit / digitos que suos
neruis formandos commisit · Tum nostros interim
iuuenes si placeat deo pre mollicie discere
pigeat · et vix dum ablactatos pudeat sub
magistro esse · qui tamen iudicio proprio in-

minime committendi sunt · sed varijs artibus
ad bona recta quoque studia sunt inducendi. Na
alij quidem laude · et per speciem honoris
alij munusculis blandicijs alliciendi / minus a-
lij flagellis quoque cogendi erunt. Atque hec qui-
dem omnia ex usu vite pensanda bene quoque
moderanda quoque. Ut in eodem ingenio uti-
lissime hijs artibus preceptores utantur. Et
cavendum ut neque nimium illis faciles / ne-
que nimium severi sint. Nam ut nimia
licentia bonam indolem solvit / ita gravis
et assidua castigacio / ingenij vim ener-
vat nature quoque igniculos impuerorum exting-
uit. Qui dum timent omnia / audere ni-
chil possunt / fit quoque ut pene semper errent /
/ dum in singulis rebus errare se timent
Maxime vero in quibus superhabundat
ingenii colera Laxius continendi erunt /
/ eos quoque plurimum suo arbitrio committi conve-
niet / et libertate iocis quoque oblectari. In
quo genere complexionis / non omnis quod aris-
toteles voluit · sed plurimi certe ingenioso-
rum. Verum evenit ut plerique ingenio
liberali preditj · dum bona studia sequi
contendunt / aut manu in rectum revocantur /
/ aut quibusdam appositis repagulis in ipso
cursu subsistere coguntur · aut alio diver-

h. tunt. Plurimis autem angustia rei fami-
liaris impedimento fuit, que liberum animum
et ad meliora natum questui cogit inservire,
tam etsi per extremas difficultates generosa
natura solet maxime emergere. Et magis pro-
fusa rerum copia quam summa inopia homines
ingenuos nocere consuevit. Cum de his non
sine indignatione dici solet. O quam magnus
hic erat futurus vir, si in maioribus esset for-
tunis natus. Quibusdam parentum imperium et
admissancia suscepta consuetudo obstitit. Nam
et quod in moribus nobis consuetum est, facile
id maiores facti sequi solemus. Et pueri
libenter parentum studiis, quibus innati atque
innutriti sunt, dari se patiuntur. Sed et id quod
est in civitatibus consuetum plurimum sequimur,
tamquam sit hic optimum facti, quod ceteri et
probant et faciunt. Ergo difficillima omnium est
ea deliberatio. Nam aut libera non est,
aut ad eam non nisi falsis opinionibus im-
buti ex mala consuetudine et hominum pravo
sermone venimus. Datum est quibusdam
munere dei singulari, ut per se ipsi rectam vi-
am sine ullo duce et inire et tenere potue-
rint. Paucis illis quidem, et quos equus
ut ait poeta Jupiter amavit, aut etiam
genuit, ut fabulis quoque aliquid demus. Alter

in primis Herculem accepimus quod et greci 7
tradunt · et latini post eos meminerunt / hic
enim cum duas cerneret vias · unam virtutis · al
teram voluptatis · forte id etatis agens · quo
de tota vita deliberatio sumenda est / in soli
tudinem secessit · ibique multum et diu secum
cogitans · ut est ea etas imbecilli iudicio co
silioque · virtutem tandem reiecta voluptate co
plexus est · Unde sibi permultos ac graves
labores opinione hominum inter celum exstru
xit · Ita igitur ille · Nobiscum autem bene
agitur · si preceptis maiorumque adducimur · ut pro
bi simus · aut si vi etiam necessitateque ad
id cogamur · Est enim felix necessitas que co
git ad bonum · quamquam et tibi quoque Ubertine
id video in parte contigisse · Cum enim sint
ex studiis que artibus hominum digne · precipue que
et ad extollendam virtutem · et ad parandam glo
riam ingenue sunt affines · armorum videlicet
ac litterarum disciplina · licet que tibi parentis
diligentia solam militarem que familie vestre
propie peculiaris est prosequi · tu utramque tamen
et industria et studio tenacit complexus
ut equalibus tuis longo intervallo post ha
bitis cum maioribus quoque certare · in utroque
laudis genere possis · Probe igitur facias qui
militarem disciplinam in qua semper tui ma-

iores excelluerunt non negligis · et adiectam
hanc domesticam gloriam · nonnam etiam litterarum
laudem adicere temptasti · Neque enim imi-
tari eos studes / est autem horum nostris temporibus
turba ingens qui sibi opinionem doctrine ut
dedecus abhorrerent · Haud Licinii quondam
Romanorum Imperatoris sententiam probas · qui
litteras virus · ac pestem publicam appellabat
multo magis quod ille ait · Beatas res publicas si
vel studiosi earum sapiencie regerent · vel ear(um)
rectores sapiencie studere contigisset · Et quidem
quod verum est litterarum discipline / neque cle-
menciam adimunt · neque malignitatem quin
magis ut eos qui ad virtutem et sapienciam na-
ti sunt / magnopere adiuvant · Ita persepe sunt
aut indicia stulticie detegende / aut instrume-
ta perniciosiorum iniurie · Nam · et · Clau-
dium ne a romanis principibus discedamus
sane doctum accepimus · et neronem eius
privignum atque in principatu successorem · eru-
ditum imprimis fuisse constat · quorum prior in-
signis vecordie · alter crudelitate atque omnibus
flagiciis contaminatus · Qui tamen sub
obtentu clemencie dixit aliquando optare
se litteras nescire / quod et optandum sibi profecto
fuerat · si modo non alia racione · quam litterarum
ignarus esse clemens potuisset · Sed opinor

k

eum si et liberis quoque que male apud se
habitabant. excedere sibi prorsus licuisset.
tam mature ac libenter facturum fuisse. quam
illam simulatam ad tempus dementiam exuit.
ne cum virtutum aut bonorum actuum reliquiis
ipse lotus esset. Contra vero Jacobus de
carraria proavus tuus et prudens vir
et princeps magnanimus. ipse quidem non
magnopere doctus. mirum tamen in modum
doctos coluit. Ut id unum fortune sue deesse
fuisse iudicaret. quod non esset quantum mo-
destum hominem optare liceat eruditus.
Et in senectute quidem optare liceat. consequi
vero non facile. nisi ab ineunte etatis studio
labore que nobis doctrinam pararimus. Pa-
randa igitur sunt in iuventute solacia. que
honestam senectutem possint oblectare. Nam
que sunt iuventuti laboriosa studia. ea
erunt iocunda ocia senectuti. Et sunt litter-
re sane magna presidia. sive contra lang-
uidum torporem remedium querimus. sive
sollicitis occupationibus solacium. Nam
cum duo sint genera vite liberalis. unum
quod totum in ocio ac speculatione est. alterum
quod in actione negociisque consistit. Utrique
quam sit necessaria cognitio. usus que scrip-
turarum. neminem existimandum est latere.

In posteriore vero quam sit utilis fructuose
hinc dinosci potest. ¶ Nam qui ad res ge
rendas animum applicavit, omitto quidem et
preceptis illorum qui scripserunt et eorum ex
emplis describitur prudentiores fieri pos
sunt. Sed sive tempus administrent sive
foris in bellis aut domi in suis amicorum
neque negociis versentur, non habent fati
gati qua alia iure iocundius acquiesce
re valeant. Cum etiam incidant tempora et
hore in quibus abstinendi rebus ratio neces
se est. ¶ Nam temporibus sepe inviti prohibemur
et non semper geruntur bella, et singuli di
es noctes que aliquid habent quo domi con
tineri et esse seorsum oportet. Vbi hoc igitur
tempus cum nichil nobis pro negocium agere
foris licebit, lectio libri que subvenient, in
prorsus sompno indulgere aut inercia ocio
tabescere volemus, aut morem imitari
Domicianum principis, qui singulis diebus
certis horis secretus ab omnibus stilo ferreo
muscas insectabatur. Fuit hic quidem
Vespasiani filius, Tyti vero minor natu
frater utrique profecto longe impar. Ymo
vero tanto omnino deterrimus quanto Ty
tus probissimus est omnium habitus, quem
hystorie delicias humani generis appella

uere. Vita quoque et eius memoria tam celebris
est. quam illius execrabilis. liberis et enim
iudiciis/ decedebus. vita quoque hominum/ posteritas vtr
/que nec vituperare improbos metuit. nec lau
des inuidet bene meritis. Quamquam mire ma
gna est. vt videmus prerogatiua principibus
primo vero prope/ dierum necessitas posita
bene gerendarum rerum/ si iudicium hominum et fa
me apud posteros eternitatem spectare velint/
Nam in ceteris quidem humilioribus magna ac
virtute opus est. vt in lucem emergant/ et e
orum peta sue sortis obscuritate tegantur/
In principibus vero et magnis viris probitas
sue quod tamen sit in multa fortuna/ ac propterea
magis admiracioni habetur/ sine quod ex
fortune splendore magis illustretur. ea
vel si modica est/ preclara atque insignis
habetur. Malefacta autem nec late
quamuis secreta possint. nec cognita diu
taceri. Illi enim ipsi qui aut ministri sunt
voluptatum. aut socii criminum. conscii quoque
factorum efferunt. et primi dampnant.
Quos ingne eius ipsius domiciani deme
nciam excubiculariis vnus pedano. scema
te notauit. Aliquando enim interrogatus esset/ ne
quisquam cum domiciano esset intus/ respondit
ne muscam quidem. quasi ille studio suo

domus sub stulisset. Huic eius occupacionum
tam inderesse venia forte posset indulgeri
si modo constaret, quid non vero per hyemem so
lus agere consuevisset. ut sit maiore odio
ceteris facinoribus, quia ex hoc auctario
tam fedo irrisione se dignum prebuisset. Nam
quod Scipio dicere de se solebat. numquam minus
solum aut ociosum esse quam cum aut ocio sus
aut solus videretur. non facile cunctis ut
contingere. sed solis magnis ingeniis atque
excellenti virtute preditis, tamen et si in
chilo michi videtur minor qui contra etiam
turba solitudinem servare potest, et in negocio
quietem. Quod de Kathone quidem scriptum
est. Qui interea dum senatus cogeretur,
lectitare in curia libros frequens solebat.
Unde mirum secundum eum putant et in omne
tempus saluberrima patrie consilia dic
tabat. Quod si preterea alius nullus ex litterarum
studiis fructus haberetur, qui utique et pluri
mi sunt et maximi, satis tamen habunde ma
gni videri debet eius momenti, quod interea
dum attenti legimus, aplorus? quidem quorum
que non possemus. aut sine turpitudine
cogitare. aut reminisci sine molestia. Nam
si quid est aut in nobis ipsis. aut in fortuna
nostra quod nos offendat. hac facile conte

Levamur, praeter id quod mirabiles voluptates in animis hominum detinent, studia pariunt et uberrimos afferunt in tempore fructus, si quis bonam mentem et ei culturae idoneam tale semen inciderit. Ergo cum soli simus ab omnibus et ceteris curis vacui, quid agere melius possumus quam libros convenire, ubi sunt omnia vel amenissima ad cognoscendum, vel ad bene beateque vivendum efficacissima. Nam cum ad cetera quidem plurimum valent, tum vero maxime ad salvandam vetustatis memoriam necessaria sunt monimenta litterarum, quibus res hominum gestae, fortunae, eventus insperati, naturae insolita opera, et super his omnibus rationes temporum continentur. Memoria etenim hominum et quod transmittitur per manus seu sensim elabitur et vix unius hominis aevum supererit. Quod autem libris bene mandatum est perpetuo manet. Pictura forsitan aut excisio marmoris aut fusio metallorum potest etiam tale quid praestare. Verum ea nec signant tempora, nec facile varietatem indicant ingeniorum, et exteriorem tantum habitum exprimunt ac labefactari facile possunt. Quod autem litteris traditur non modo haec quae dicta sunt efficit, sed et sermones quoque notat et cogitatus hominum effingit, ac si pluribus exemplaribus

p

vulgatum est/ non facile potest interire. si modo
et dignitas accedat orationi. Nam que sine di-
gnitate scribuntur/ ea nec scrutantur fidem nec sub-
sistere diu possunt. Que igitur potest esse vita
iocundior. aut certe commodior quam legere
aut scribere semper/ et novos quidem existentes
res antiquas cognoscere. Presentes vero cum
posteris loqui. atque ita omne tempus quod et preteritum
est et futurum nostrum facere. O preclaram sup-
pellectilem librorum inquam. ut nos/ et totam
domum familiam. ut recte Cicero appellat/ utique
et frugi et bene morigeratam. non enim ob-
strepit. non inclamat. non est rapax/ non con-
tumax/ iussi loquuntur. et recte iussi tacent/
semper que ad omne imperium presto sunt. a quibus
nichil unquam/ nisi quod velis et quantum velis
audias. Eos ita/ quomodo nostra memoria non
est omnium capax ac paucorum quidem tenax/ et
vix ad singula sufficit/ secundum memorie lo-
cos habendos asservandos que censeo. Nam
sunt hec quidem ac liber certa rerum memo-
ria/ et stabilium omnium genus apotheca. Ideo que cu-
rare debemus/ ut quos aptioribus accepimus
si nichil ex nobis gignere forte possumus.
integros atque incorruptos posteritati transmit-
tamus. Eo que pacto et hiis qui post nos fu-
turi sunt. utiliter consulemus. et hiis qui

perdiderunt vel unam suorum laborum molem
rependisabimus. In quo iuste forsitan possumus
quoddam secundum proximas quam superiores etates
accusare. Indignari quidem licet. proficere autem
nichil, quod tam multa illustrium auctorum
preclara opera deperire passi sunt. et quorum
quidem nomina sola summis cum laudibus ornata,
Aliorum etiam partes vigiliarum, et fragmenta qui-
dam operum ad nos pervenerunt. Unde fit ut ex
splendore laudum. ac nominis. opera de[illegible]
sideremus illorum. horum vero reliquos la[illegible]
bores deperisse indignemur exceptum tem-
que supersunt adhuc excellentia ac dignitate, tamen
et si ea ipsa impleris quam partium suarum tam vi-
tiose corrupta. quedam etiam intercisa. ac mutila-
ta suscepimus. ut pene melius fuerit ex hiis ni-
chil ad nos pervenisse. Sed in hac iactura que maxima
est, non de id minimum videri. quod res plurimas
nostras, atque in ytalia facta cognitione dignis-
sima, pro magna parte nos latere contingit. Cum
noticia tamen libris simul ac monimentis eorum
periit. Sic quod qui barbarorum res gestas novimus,
plerumque ex nostris casu librorum, ignoramus.
Et est eo deventum. ut latine quoque hystorie
et cognitionem et fidem a grecis auctoribus exiga-
mus. Plurima namque talium que apud nos
sunt, aut anguste perscripta, aut perversis incog-

mita late aput nos repiuntur· Quarum quia et
in ipsa grecia olim/ que nostris maioribus esse
quondam domestica et familiaris solebat/ apud
suos pene interiit/ apud nos vero prorsus ex
tincta est/ nisi pauci quidem qui hac etate il
li incubuerunt iam esse pulchrior in lucem re
uocent· Redeo ad hystoriam cuius eo gratior
est iactura· quo eius res cognitu et utilior est
et iocundior· Nam liberalibus quidem inge
niis/ qui ethnis in publicis rebus et hominum
communitati versari debent· commendatio sit
historie noticia et moralis philosophie studium· Cetere
quidem enim artes liberales dicuntur quia li
beros homines deceant· Philosophia vero ideo
est liberalis quia eius studium liberos homines
efficit· Utinam igitur alteram precepta quid sequi
quid ve fugere conveniat· in altera exempla
inveniremus· In illa enim omnium hominum officia
repiuntur et quid quemque deceat· In hac vero
quid factum dictum ve est/ simul quod ex quibus/
Adiciendum est ad hec nisi fallor· et tercium
id est eloquentiam/ que civilis sciencie pars
quedam est/ Per philosophiam quidem possumus recte
sentire· quod est in omni re primum/ per eloquentiam
graviter ornate que dicere/ qua una re ma
xime conciliantur multitudinis animi· Per hy
storiam vero in utrumque iuvamur· Nam si se

nos idcirco prudentiores iudicamus eos quos li-
benter audimus quod per longam vitam et ipse multa
experti sunt et aliis plura quam viderunt atque audi-
erunt. Quid de his est iudicandum qui multo-
rum seculorum res cognitu dignas memoriter
norunt et ad omnem casum proferre illustre ali-
quod exemplum possunt. Ex quibus id efficitur quod
est summi et viri et omnino excellentis ingenii,
ut et optime dicere quis possit et studeat quam
optime facere. Erant autem quatuor quibus pu-
eros suos greci consueverint erudire, litteras, luc-
tativam, musicam et designativam, quam pinc-
tivam quidam appellant. De luctativa et mu-
sica dicetur postea. Designativa vero nunc in
usu non est pro liberali, nisi quantum forsitan ad
scripturam attinet. Scribere namque et ipsum est
protrahere ac designare, quo ad reliqua vero
penes pictores residet. Erat autem non solum
utile sed et honestum quoniam huiusmodi nego-
cium apud eos, ut Aristotiles inquit. Nam
et in emptionibus vasorum, tabularum quoque ac
statuarum, quibus grecia maxime delectata est,
succurrebat, ne facile decipi precio possent,
et plurimum conferebat ad deprehendendum de-
corem quem natura constituit aut arte pulchritudinem
ac vetustatem. Quibus de rebus pertinet ad
magnos viros et eloqui inter se et iudicare

posse litteras. vero magnus est semper fructus et
ad omnem vitam. et ad omne hominum genus. precipue
vero studiosis earum. ut ad accipiendam doctrinam
ita et ad firmandum eius habitum. renovandamque
scriptorum memoriam. Ante omnia igitur siquid per
ficere de doctrinis volumus. congrui sermonis
habenda est ratio. et curandum ne dum maiora per
sequimur. turpiter in minoribus labi videamur.
Proxime huic disputandi ratio adhibenda est.
per quam in una quaque re. quid verum. falsum ve sit.
facile argumentando querimus. Et cum sit dis
cendi scientia. sciendi que disciplina. ad omne doc
trinarum genus viam facile aperit. Rethorica
vero tertia est inter rationales disciplinas. per quam
artificiosa queritur eloquentia. quam et etiam po
suimus inter precipuas civilitatis partes.
Verum cum tamen nobilium hominum studiis celebrari so
lum consuevisset. nunc pene prorsus absolevit
Nam iudiciis quidem eiecta penitus est. ubi
non perpetua oratione. sed invicem. Dyalectico
more adductis in causam legibus contenditur
in quo genere plerique quondam ex communibus ado
lescentibus magnam gloriam sunt assecuti. aut
defendendis sontibus reis. aut defendendis inso
tibus. Unde deliberativo vero genere iam apud
principes et reges dominos nullus est ei locus. qui
paucis expediri verbis summam volunt. et nudas

afferat in consilium bones. Sunt populis
qui illud sine arte copiose dicere possit
clarus habetur. Demonstrativum genus re-
stat, quod ut nusquam est usui sublatum,
ita vix usquam bene invenitur. Nam
in faciendis orationibus hijs artibus utuntur
fere omnes, qui contra artem benedicen-
di sunt. Que cum ita sint elaborandum
est ei quem volumus esse bene institutum
ut in omni genere causarum ornate copiose que
possit et apte dicere. Prima hinc est
poetica, cuius studium etsi confert plu-
rimum et ad vitam et ad orationem, potest ad de-
lectationem tamen magis videtur accommodatum.
Artes vero musice, nam et ea audientem de-
lectat, magno quondam apud grecos hono-
re habebatur, nec putabatur quisquam liberaliter
eruditus, nisi cantu et fidibus sciret. Quam
obrem Socrates ut ipse senex didicit, ita
ingenuos adolescentes erudiri in hijs ius-
sit. Non quidem ad lasciviae incitamentum
sed ad mores animi sub regula bene que
moderandos. Ut enim non omnis vox, sed tantum
que bene sonat ad soni melodiam facit: Ita
et motus animi non omnes, sed qui bene con-
veniunt ad veram vite armoniam pertinet.
Dum tamen ad remissionem animi sedandos

que passiones plurimum valeat modulationis
usus / tamen vero eius discipline cognitio digna
est ingenio liberali · secundum quam rationem
speculamur sonorum varias naturas ac po-
testates · et ex quibus inter se proportionibus
consonantias dissonantiasque causari con-
tingit · Quemadmodum et de numeris ratio que
arismetrica dicta est · et de magnitudinibus
que geometria est appellata · In quibus secundum
varias relationes parium vel imparium · et
item linearum · superficierum / aut corporum / va-
rie species numerorum / magnitudinumque consti-
tuuntur / multaque in his inesse propria de-
monstrantur · que cognitio iocundissima est
et precipuam in se certitudinem detinet · Sed
et illa quoque pulcherrima est que siderum
motibus magnitudinibus ac distantiis per-
tractat · Evocat enim nos ab his tenebris
et crasso aere / et in superiorem illam luci-
dissimam domum tot sideribus distinctam
oculos atque animum inducat · In qua aspicientem
iocundum est fixarum stellarum ymagines di-
scernere / et verticitas suis locis nominibus deno-
tare · earumque circuitiones · et item solis et
luneque defectus / longe ante providere atque pre-
dicere · Maxima vero scientia de natura
B. intellectui humano consona atque conformis

est per quam naturalium rerum animatarum et inanimatarum
principia passiones quoque et eorum que celo
et mundo continentur motuum ac transmutacionum
causas effectusque cognoscimus ac multarum
quidem possumus causas reddere que vulgo
miranda videri solent. Que cum omnia
iocundum est intelligere, tum maxime negocium
circa eas que in aere et circa terram fiunt
impressiones iocundissimum est. Atque vero et
que his annexe sunt cogitationes pulcher-
rimas inquisitiones habent, ut est perspectiva
et de ponderibus tradita racio. Et quicquid
dicendo hactenus prosecutus sum, reliquas quoque
disciplinarum attingam. Medicina igitur est
et cognitu pulcerrima et ad salutem corpo-
rum commodissima, usum exercicium habet minime
liberale. Legum peritia publice privatimque
utilis est et magno usui quoque honori debetur
et ipsa quidem a morali philosophia deriva-
ta quemadmodum a naturali medicina. Quam-
quam ut honestum est aut audientibus in-
terpretari aut iniurie disceptantibus de iure
consultum aperire. Ista est indecorum tracta-
tes causas precio convento operas vendicare.
Sciencia vero divina est de causis altissimis
et de rebus que sunt semote a nostris sensi-
bus, quas intelligentia tantum attingimus

Principales disciplinas fere commemorauimus
omnes / non quo umquam omnes notitia apprehen-
dende sint ut doctus tamen aut sit aut
habeatur. Verum et singule totum sibi
hominem vendicare possint / et utriusque est
virtutis opus / ut modestus opes / ita et
mediocrem posse pati doctrinam. Sed ut ad
quam quisque aptissimus erit / eam potis-
simum amplectatur / quamquam ita sint quidem
doctrine omnes. ut nulla quis ignorans
prorsus aliis / egregie percipi valeant. Sed
ingeniorum diuersa sunt genera. quedam enim
facile inueniunt intima quaque re argu-
menta et medium quo sibi propositum in-
ferant. Quedam vero tantum sunt ad inue-
niendum vim / solida adiudicandum /. Et priores
quidem illi quibus ita est ingenium ad op-
ponendum aptiores sunt / posteriores vero
ad respondendum. Item illi ad poeticam faciunt
et morales sciencias / hii vero ad reales. Et
et alii quidem ingenio veloci / lingwa vero
sermone que tardiore. et hii ad compositum
sermonem ordine que rethoricam valere
videntur. In utrumque vero hii prompti ad
dyalecticas disputationes properare faciunt.
Quibus autem sermo velocior est quam inge-
nium / idem lingwa quidem sunt prompti

1 qui

ingenio vero tardi · ad inventum genius va-
lent ceteris · Amplius in quibusdam maio-
re vis multa viget · et hii ad cognitionem
hystoriarum valent / et comprehendenda le-
gum ampla volumina · In quo scire nos
oportet memoriam preter ingenium valere non
multum · Ingenium vero sine memoria pro-
pe nichil quantum quidem ad disciplinas at-
tinet · ad agibilia vero contra / propterea quod man-
datur scripturis vice memorie / acta res agen-
da quod possit · De doctrinis autem non vide-
mur id scire / quod non memoriter scimus · aut
non facile reminisci non possumus · Sunt
preterea quibus est vis anime a sensibilibus
et materialibus rebus abstracta / et separata
aut universalibus apprehendendis aptior · Alii
vero circa particularia discurrere · et ne-
gociari / sunt promptiores · Et hii quidem
ad prudenciam et naturalem scienciam / illi vero
ad mathematicas facultates et ad divinam que
methaphisica dicitur · Preter hec autem
cum duplex sit intellectus speculativus et
practicus / ut quisque secundum alterum potior
erit / ita convenientia illi studia sequi de-
bebit · Sunt insuper limitata · et quemadmodum
minore dicunt glebe ascripta quedam inge-
nia / que cum in ceteris imbecilla sunt in una

tum et alteri valent communi. Ea autem sola
sunt illis promittenda, in quibus solis plu-
h. rimum posse iudicatur. Unde aristotiles qui-
dem voluit liberalibus scientiis non minimum
indulgendum nec immorandum esse ad perfectio-
nem civilem hominis vitam negociosam que re-
spectans. Nam qui totus speculationi et
litterarum illecebris deditus est, is est forsi-
tan sibi ipsi carus, at parum certe utilis ur-
bi aut princeps aut privatus. Ac de doc-
trinis quidem et ingeniis ac virtutum que ge-
neribus ita videtur diffiniendum. In quibus
est id ante omnia animadvertendum, quod non modo
maiora illa precepta que provectis traduntur
sed et prima quoque artium elementa ab
optimis preceptoribus accipere convenit, et ex
auctoribus librorum non quibuslibet passim
immorari, sed optimis. Qua ratione et philip-
pus rex macedonum primas litteras ab aristo-
tile discere alexandrum voluit. Et veteres
romani liberos suos scole mancipantes, in
virgilio primum erudiri curabant optima
utrique ratione. Nam quod teneris mentibus
insitum est, alte radices mittit, nec facile
divelli ullo modo potest. Ergo si melioribus in
initio assueverint, illis habebunt precipuis
et veluti ducibus semper utentur. Si vero

errores ullos imbiberint/ hiis dupliciter
opus erat. Primum ut errores excuciat/
ac deinde ut vera precepta condiscant.
Quamobrem Thymotheus musicus
suo tempore illustris/ qui ob multiplicatas
in cytharea cordas/ et novorum modorum ad
invencionem/ Spartam iussus est excedere. Ab
discipulis quidem qui nichil apud alios
profecissent certam pacisscebantur mercedem.
Ab hiis vero qui ex aliis quippiam didi
cerunt/ duplam exigebat. Undiscendo
aute solet esse plerumque impedimento
id/ quod magno adiumento esse deberet/
multa videlicet cupiditas discendi. Quia
fit ut dum omnia pariter complecti volunt/
nichil tenere valeant. Ut enim super
fluus cibus non nutrit/ sed stomachum
quidem fastidio afficit. reliquum vero cor
pus agravat atque infirmat. Ita mul
ta rerum copia simul ingesta memorie/
et fragile imprimi elabitur. et in futurum
imbecilliorem vim eius reddit. Semper
enim multa legant discipline studiosi.
sed paucam quotidie delegant que deco
quere earum memoria possit. Sic quod tra
dat quatuor plura ve. ut cuiusque vis e
rit/ aut octo pro eius diei precipuo lucro

nota

seorsum deponant. Alia vero legendo in con-
sequentur, ut que iam didicerunt, meditati-
one salvent. que vero nondum, quotidie ma-
gis familiaria sibi legendo faciant. Sunt
R. autem nimie sciendi discendi que cupiditati.
quia iacta solet esse inordinata quedam curiosi-
tas investigandi. Cum enim de singulis aliquos /adis
coacervatim, variis uno tempore disciplinis
incumbunt. et nunc illuc, nunc huc resiliunt
aut nunc quidem unam viribus totis amplec-
tuntur. inde vero ad modicum illa relicta alia
atque aliam. Que res non modo perversus usus
est, et proverbio dicitur. Acescunt vina que
sepius transfunduntur. Ista quoque ratio ut eam
debet, et eam omni studio prosequi, disciplinas
quoque eo ordine capere temptare, quo sunt a su-
is auctoribus condite. Nam qui libros
inordinate legunt, nunc a fine sumentes in-
itium, nunc media interlegentes, et quod esse de-
buerat postremum accipiunt. Hi haud temere
nichil aliud legendo profecerunt, quam ut omnia
neglexisse videantur. De libris autem que sunt
eiusdem disciplinae, ita quidem plurimos usa-
re convenit, ut meliores semper precipuos ha-
beamus. Nec vero par omnibus suscipiendi
labor est, sed unicuique pro modo ratione quoque ingenii
l. sui. Est enim ut sic dicam in quibusdam ingeniis

quidem acies plumbea, in quibusdam vero
ferrea. Quibus est plumbea, siquidem et ob-
tusa est, parum ad disciplinas valent. Quibus
vero est ingenii acies acuta quidem, sed
mollis, et que facile retundi possit, hii in
studendo crebris interpellacionibus indiget,
qui nisi primo impetu penetrent quo vo-
lunt, quanto deficiunt magis, intenderint ma-
gis ebescunt. Qui vero ferreum sortiti sunt
ingenium, siquidem et acutum, hiis nichil
impervium est nisi eo perrumpere ubi fran-
gi omne necesse est. Si vero obtusum, as-
siduo tamen studio difficultates omnes evin-
cunt. Sed et id quoque perplurimum verum
est, acutiores ingenio minus valere me-
moria, et qui celeriter capiunt retinent minus.
Ad salvandam igitur confirmandamque memoriam
maxime affinis est illa Katthonis racio
qua uti se dicebat, ut quicquid die egerit,
viderit, legerit, vespere commemoraret, tamquam
civem a se negocii racionem exigens, non
modo qui negocii sed otii quoque volebat red-
dendam esse racionem. Ista igitur et nos omnia
quidem si possimus retinere curabimus. Sin
minus, ea saltem que precipua nobis delegerimus
tenacius complectamur. Prodeunt autem et
de omnibus studiis una cum sodalibus crebro

m

.n. conferre. Acuit enim ingenium disputatio. lin-
guam erudit. memoriam quoque confirmat. At non
modo multa disputando discimus. sed et que
sic discimus. melius scimus. apertius eloquimur
et firmius recordamur. Sed et alios quoque
docendo que scimus, non parum et ipsi iuva-
bimur. Optimum namque proficiendi genus est do-
cere quod didiceris, verum evenit omnibus fere
discentibus. ut si quid aliquando bene profecerint
protinus magna sese de disciplinis consecutos
arbitrentur. et iam quidem ut docti disputent
sententias quoque suas obnixe tueri velint, quod
eis plurimum officit. Primus enim ad-
disciplinas gradus est posse dubitare. nec
est quicquam discentibus tam inimicum, quam ut
nimis de propria eruditione presumant. aut
de ingenio sibi confidant. quorum alterum scilicet dis-
cendi curam tollit, alterum minuit. Sic enim
ipsi se fallunt. In qua re summe necesse est ne-
minem autem facilius est fallere quam se ipsum
neminem dampno maiore decipimus. Fit autem
id ideo, quia nondum diverticula et anfractus
ac perplexa que inscientes latent, perpendere in tem-
poris licuit. Quibus evenit ut aut de libris
pleraque male corrigant que bene ipsi nequeunt
intelligere, aut imperitiam scriptorum negligen-
tiamque culpantes, multa sponte pretereant non

intellectu. Verum eas opiniones studium et per
seuerantia euincet / fient autem comode omnia /
si rite tempora dispensabimus. Si singulis die
bus statutas horas lectionibus dabimus / neque negocio
vllo abstrahemur / quominus quotidie legamus.
Nam si alexander in castris lectitare plurima
solebat. Si Cesar etiam cum exercitu proficiscens
libros scribebat. / Et Augustus mutinensi bel
lo cum tantum adhortatus / semper in castris
legere aut scribere / quotidie quoque declamare con
sueuerit. quid poterit vrbano ocio intuenti /
quos nos diu peruersus alterium studiis auocet.
Utile autem est vt uel singulis vnum tempus
lecturam pro magna deputemus. / et ita tem
poris quemadmodum et vite et salutis racionem
habeamus / vt nichil nobis inutiliter deperat /
veluti si inertes horas et que apud cete
ros ociose sunt aut studiis leuioribus dabimus
aut lectione iocunda transigemus. Boni etenim
hominis est ea quoque bona colligere / que solet
negligere ceteri. vt si quis super cenam legat /
et sompnum quidem inter libros expectet. aut
certe per libros fugiat. quamquam phisici obesse
ea visui luminibus quoque contendunt / quod et verum
est. Si modo preter modum id est. aut intenci
one nimia. aut super multam saturitatem id
fiat. Sed et illud proderit non nichil / si inter

p bibliothecis nostris / curam atque horologia in-
stramenta hic constituam / quibus horas ac

tempora metiri solent / ut quasi tempus ipsum
fluere labi quam videamus. Et si eis ipsis locis
ad nichil aliud quam ad quod instituta sunt
utemur / nullam ibi aut occupacionem / aut cogi-
tacionem externam admittentes. Hec autem
que dicta sunt maiore cum ac studio prose-
quenda sunt hiis quibus est ingenium ad disciplinas
aptius / quam corpus ad bella. Quibus vero
et ingenium viget et corpus est validum / eos
oportet utriusque curam habere. et animum quidem
ita formare ut vere possit discernere et recte
velit imperare. Corpus vero et fortiter ferre
ut facile parere possit / ac denique ita nos
totos comparare. ut semper parati simus non
ad inferendam vim / sed ad arcendam iniuriam.
Aut si vim quoque adhibere permittimur / non
pro re cupiditatis quam gloria. sed pro imperio
q gloria quam decertare. Maxime vero princi-
pibus convenit in militari disciplina instructos
esse. Nam eos quidem oportet et pacis et
belli artibus habundare. et posse exercitus
ducere et ipsos corpore suo cum opus fuerit
depugnare. Quod ita esse debere Alexan-
der qui magnus est cognominatus. ut facto sic
ita verbis sepe significabat. Nam sciens

A.de. Homeri versibus cum studiosissimus esset
inter amicos ut fit contentio incidisset quis
nam esset ex omnibus elegantior · illum semper
unum eximie preferebat qui est de Agamenone
scriptus quasi eundem deceat qui bonus est
rex fortem etiam esse pugnatorem · Exercendum
est igitur ab ipsa infantia corpus adminiculis
et animus ad patientiam firmandus · At velu
ti equos solent manu deducere in stadium · ut
per pulverem ac sudorem ferre facile solem
laborem que assuescant · Nam ut Marbodius
tenues quidem ramusculos persepe videmus ·
magnam pomorum vim de se natam a primis flori
bus adiustam magnitudinem perferre · Eo quod
onere et si plane quidem flecti · minime tamen frangi
quod nisi sensim excrevisset · validiores quoque ra
mos appensum everteret · Ita et homines nisi
a primis primo · ac deinde per omnes etates pau
latim laborem · et animo et corpore assuescant ·
si qua postea difficultas rerum immineat · fran
guntur protinus · neque ferre vim adversam
valent · Quod ipsum et magnorum legislatorum quos
vetustas celebrat · Minoeis · ac ligurgi · auc
toritas monet · Cretensium quidem enim
ac Lacedemoniorum leges · laboribus erudie
bant iuventutem · non modo ad patientiam cor
poris · sed ad continentiam animi · quos fortis

educandos curavit in venationibus. ac p[er] hec
currere/saltare/esurire. algere. estuare q[ue] vi
debant. ut sic exercitatis/uti facile ad militiam
possent. Nam delicie quidem animos hom[inum]
corporumq[ue] dissolvunt, labor vero confirmat
et indurant. Ideo q[ue] non nisi indurati labo
ribus possunt. qui autem ita assuescunt
et animo et corpore utentur facile quo opus
erit/ad pericula et difficultates subeundas
Quis in genere neq[ue] externis neq[ue] ex n[ost]ris
ullum exemplum illustrius proponere tibi va
leo quam patrem tuum. Libenter enim ut ipse
vides maiorum tuorum ymagines tibi propono
eosq[ue] crebro studeo ad memoriam tuam revo
care, q[uonia]m et est nullis quid magnifice facere
valeas. et domesticis exemplis solent ho[m]i[n]es
magis excitari. Nam ut gloriosum est
suos benefaciendo vincere/ita turpe iudicari
solet ab his/quorum virtutem honorem nob[is]
dicimus/vita moribus q[ue] degenerare. Sed
ad patrem tuum redeo/nam cum tum innumere eius
laudes possint. ipse tamen deesse nulla ex magis
quas laborum potentia gloriari solet. Est
enim id quod videmus ita ad labores impiger
et in periculis audax. ut nec molem corporis
ferre se ullam. aut esse mobilem genitum
arbitrari videatur. Ex contemptu namq[ue] la

horrini mortis quoque inascitur contemptus et crescit audacia. qua ita ille intrepide que difficilia aggreditur. ut nichil metuere edendus sit. preter id forsitan unum ne semi mortuus contingat. Sed bene optima sentire michi videtur. Expectanda est enim semper virtus. et ad facta preclara intendendus est animus. de vita non magnopere curandum. Quisquis mundanas res extimatione debita pensabit/ sciet se cognoscet/ et fructus diu vivendi minores esse. quam ut longa vita expeti magnopere debeat/ et casus maiores/ quam ut vel dubius sperari possit. decet igitur et honeste imperare viventem. et in bello fortiter facientem. cetera quidem equanimiter ferre. Mortem vero quandocumque advenerit placide admittere. plerumque etiam cum occasio aut necessitas postulat illi occurrere. non enim timere id oportet. ne parum diu forte vixerimus. sed ne. id ipsum quod vixerimus. parum vixisse videamur. Habet namque omnis etas ut edere magnificum aliquid possit. Scipio qui postea primus Affricanus appellatus est. vix dum pubes sub patre pro patria adversus penos militans. cum Hannibal romanos ad Ticinum fudisset/ patrem ipsum consulem bellique ducem. confectum gravi vulnere et ab hostibus circumventum periculo

b.

evenit. Sic quod ex equa pugna veteranis fu-
gere contigit. Scipio id etatis consulem
ducem, civem et patrem non minus pre-
quam fortiter faciendo servavit, cumulatam-
que publice et privatim merito laudem retulit.
x. Emilius quoque Lepidus puer productus
in pugna eadem congressu et hostem occi-
dit et civem servavit. Cuius memoriam
rei statua illi pretextata ex senatus con-
sulto in capitolio posita est, ut et ceteri ex-
emplo accenderentur, et auctori tam pre-
clari in ea etate operis suus honos haberetur.
Sed et tu quoque nisi tuas laudes tibi in-
videremus, utroque illorum minor, ut omnes me-
minimus apud Brixiam, imperatore cum esses in exercitu
germanorum, progredi ausus es in hostes
armatus, quatum ceterorum nemo militum
offerre se sustinuit. quo quidem facto ne-
scio quibus magis, an hostibus admirationi,
an vero amicis rubori fueritis. Ita igitur
a primis annis instituendi sunt pueri, ut
et audere magna possint et difficilia tol-
a. lerare. Quid enim est illud de Lacedemo-
niorum pueris. nam hii quidem certum e-
ducationis eorum plurimum apud veteres
commendant. Quos spiritus gignere mos ille
debuit, quibus consuetum erat in contentione

equalium paciam tantum prestare. Ut vi de-
iecti, aut casu interluctandum collapsi, ne-
cari se potius exanimari quam paterentur quam
victos fateri se vellent. Quid enim mirum
nam et ad aram sic verberibus accipi sole-
bant, ut multus semper quam e corpore sanguis
flueret, plerumque etiam spiritum exhalarent, ne-
mo tamen aut exclamavit unquam, aut vix mi-
nimum doloris signum edidit. Ita domi for-
mata iuventus, ea demum milicie opera ge-
bat, quibus vetusta omnis memoria plena
est. Etiam quid audire eos aut a duce aut
a patribus parentibus erant, cum in hostem progressuri
per blanditias monerentur a matribus, ut aut
vivi arma referrent, aut mortui in armis
in referrentur. Quippe tradere arma hosti aut
ea abicere fugientes, peius morte iudi-
cabant. Agebant illi ut partes corporis
et curabant ea et tuebantur. Nec minus
si se vivi maternis crebro spectandos exhi-
bebant, quam etiam mortuus fore ea scuto de-
cori relatam existimarent. Prestat autem
consuetudo usus quam deferendi, ut armis
eque ac membris, aut vestibus utantur, ne
videantur exercitus corpori onus adiectum. Nam
nisi ita fuissent Romane legiones longa
assiduaque exercitatione institute, ab exercitu

.b.

Vdo enim exercitus dictus est / quo nam pac-
to potuissent cum pedibus agmen procedere
aut plerumque cetatium arma primum deferre /
Vallum insuper et cibus vel ad cotidianum egentes
usum · ac super hec una sepe quindena aut eo am-
plius dierum cibos / omnibus iumentis difficile
Cum ergo erunt aut armorum / aut litterarum stu-
dendi / que quidem hec sunt liberalissime ar-
tium maxime ac principales · Propterea quod et
maxime principes decent simul ac in ea etate
uti petabem licebit armis assuescere debebit ·
Discendis quoque primis litteris tendendi erunt / ubi
primum poterunt verba formare · Nam quoque ad in-
teriora litterarum ac studiorum / que sunt privatim ac-
turi / debent quedam quasi libamenta gusta-
re / talibus quoque exercere rudimentis · Sed et res
hec utraque ipsa facile exequi invicem
poterunt · Ut et certis horis exercitium
corporis habeant · et item certis lectioni lu-
do deputent · At hoc modo quidem pueros sic
et viros decet hoc facere quod et Theodosium
principem facere solitum perhibent · Ut die
quidem aut exerceretur armis / aut de subdi-
torum negotiis iura dicendo decerneret · Noc-
te vero libris ad lucernam incumberet · Ac
de litterarum quidem studiis super satis quod visum
est diximus · Reliqua prosequimur · Ea igitur

exercitia suscipienda erunt que bonam vali- d.
tudinem salvent et robustiora membra red-
dant. In quo erit uniuscuiusque naturalis dispositio
diligenter attendenda. Nam qui sunt ha-
bitudine corporis molli atque humida, fortioribus
exercitiis siccandi indurandique erunt, ceteri le-
vius. Et quibus sanguis fervidus est inflam-
mari eos ardente sole quiescere convenit. Sed
et etatis habenda quoque erit ratio. Et usque in
tempus pubertatis levioribus oneribus ex-
erceantur ne vel etatis nervos frangant, vel impe-
diatur corporis augmentum. Post pubertatem
vero gravioribus laboribus edomandi
erunt. Et impuberes quidem magis ad intel-
lectum decet erudire. Hos vero ad mores,
item illos ad disciplinam cuiuire, hos vero ma-
gis ad robur et valitudinem corporis. Quantum
autem sit momentum inexercendis iuvenibus c
et que cura adhibenda exemplo sit Mari-
us, qui ut auctor est Plutharcus, cum esset
senex et multa corporis mole gravis vir tan-
ta belli gloria, per se tamen ut filium milita-
ribus officiis atque artibus instituerat, quoti-
die cum adolescentibus volvebatur in campum et
exercebatur simul in arma. Hec namque ad umbra-
tica certamina ad veras pugnas audaciores
doctioresque premunt. Nam nisi esset utilis

f Hec pugnandi disciplina que per pacem atque
modo queritur frustra non tenere. P. Ru-
tilius consul armorum tractandorum disciplinam
primus accipere milites voluisset. Quibus doc-
toribus gladiatorum urbe accitis meditacionem
hanc vitandi atque inferendi ictus penetrare
in castra iussit. ut miles non solum viribus
et audacia quibus antea solis nitebatur. sed
etiam arte industriaque valeret. Docendi sunt
igitur iuvenes qui in hunc usum pertinent. ut possint
hostem gladio quidem dextera ferire sinistra
vero brachium umbone se tegere ensem. verum fu-
stem. lanceam utrisque manibus tractare et
nunc quidem se effundere nunc vero denuo sub
clipeum tegere punctim cesimque sine difficultate
ferire. Exerceri quoque debet in cursu saltu luc-
ta et pugillari certamine. iaculari quam lon-
gissime recte sagittare. vibrare sudes. fun-
dam rotare. equos domare. eos que nunc ad cursum
aut saltum adactis urgere calcaribus. Nec
item flexis habenis medio cursu convertere. et
ita in utrumque se parare. ut et eques et pedes
pugnare quis que facile possit. Equitum vero
occursus dum sese telis infestis petunt. et
audaciores facere solent. et ad pugnam doctio-
res. cum et cuspidem suam. ubi intenderint locare
didicerint. et contra se vementer atciem in mot-

De Rusianopoli

ribus proferre. Armorum vero species, que ad modum et vestimentorum, quottidie variat usus. Eam autem mutationem ita sectari oportebit, ut experiamur singula, meliora vero semper teneamus. Similiter autem expugnandi consuetudines variari solent. Nam olim quidem temporibus Persarum Grecorum curribus duces depugnare consueverunt. Postea vero apud Romanos maxime pauci equites et certe non insti|vis autem exercitus pene tota in peditibus erat, nunc nemo curribus, omnes fere in equis bellantur. Quod autem in usu est si modo prestat servare convenit et per campestres exercitationes assidue id meditari ac denique oportet ad singula certaminum genera per exercitatos venire. Nam aliter in tumultuaria pugna agendum est, aliter cum tota decernitur acie, aliter cum concurrunt manipuli, aliter cum duello confligitur. Nam plerique magne fortissime visi sunt dimicare, qui cum essent ad singulare certamen provocati, animo viribusque torpuerunt. Quamquam discipline hoc genus quod potius queretur. Longe impar est ei quod inter bellorum tumultus providentiam vel omnem experientiam

h. veros quam tetricos dicatur. Itaque mone-
bat Flaccus augustam amice pauperiem
pati robustus acri milicia puer disce-
bat condiscat et parthos feroces vexet
eques metuendus hasta vitam quam sub divo
et trepidis agat in rebus. Sic enim
ad illa maiora pervenitur que futuros
bellorum duces et usu et racione consequi
oportet ut quibus artibus ducendus
sit exercitus quibus locis castra statuenda
quo ordine locanda acies, qua quis racione
prevenire hostium consilia possit, ac more
belli insidias illis ponere, et ab hiis po-
sitas cavere, hostilis exercitus milites
distrahere suos autem metu benivolen-
cia quam continere. Nec militarem unquam re-
mittere disciplinam. Ut enim virtus mili-
tum ducibus laudem parere solet, ita
et illorum peccatum culpe plerumque ascribi-
tur ducis. Non eque vero ex beneficiis glo-
ria atque ex peccatis ignominia nascitur.
Que omnia debes quecumque tempus habet pro de-
liberata exequi. Nec ut ipse nova dicit sic
ita tumultuari. Neque enim stare militum
7 animum putat cum ducis consilium labat. Mi-
lites vero ipsos oportet natura quidem
fortes existere bellandique artibus quam in-

structos animum multum habere armorum quod
satis sit. Alimentorum vero non nisi quod
necessitati suppetat. Que igitur sit ducis, que
militis partes, quod equitis, quod vero pedi-
tis sit officium, usus atque experientia docebit,
que profecto ex re ipsa late refert quam
melius cognoscere liceat quam aut voce
precipi aut nullis tradi litteris possint.
Tamen etsi extant de re militari libri a ma-
gnis viris editi qui ne utique tibi erunt ne-
gligendi. Sed et machinarum quoque vim usum-
que nosse ducem oportet. Cuius rei solertissi-
mum esse tuum parentem vides, quo nescio an
quisquam studio maiore quesierit an eius ge-
neris plura forte paravit. Postremo et
his rebus non aliena natandi quoque peritia ado-
lescentibus adhibenda est. Unquam et Augu-
stus Cesar nepotes suos, nam filios quidem
nullos suscepit, ita erudiri studuit ut et ipse
plerumque ipse doceret. Nam et a magnis
periculis liberare homines solet et ad navales
pugnas transmissiones quoque fluminum auda-
ciores reddit. Et in hoc toto quod genere rerum
que ad militaria pertinent exercitia habes
quos imitere germanos tuos maiores.
Franciscum et Iacobum magnanimos viros
et armis late cognitos, omnique potentia

et moderatione insignes quos te decet ut
semper facis omni fide ac pietate colere et
illos ita probe imitari ut in moribus et ex
emplo virtutis et presidio adversus esse in
laudis. Optime quidem enim genus humanum soci
etas constabit si sancta vita sanguinis et
erga superiores quidem reverentia, ad inferiores
vero humanitas, cum paribus autem moderatio
facilitasque servabitur. Verum quoniam in opere
non semper versari possumus sed oportet in
terdum laxamenti aliquid indulgere, hinc
ipsi generi modum tenere quem nunc prescribam.
Decimum ita quod preceptum est id quod potissimum
ut nequis turpis ludus aut noxius susci
piatur, nec nisi qui animum aut acuat industri
am aut corporis vires exerceat. Nam et
Scipio et Lelius et interdum augur Scevo
la qui fuit Lelii gener soliti sunt dum animi
remissioni vacarent in littoribus maris ac
alveis fluminum calculos conchulasque leg
itare. fiebat minus percursus necessitate qua
dam. Nam non nisi functi magnis labo
ribus. Aut cum essent etate iam provecta
ad hec ipsa veniebant. Sed laudabilior in hoc
genere forsitan idem Scevola qui optime
pila dum lusisse quod fertur forensibus ne
gotiis et interpretandi civibus iuris labore

fatigatus ad hoc potissimum dari recreandarum
virium tum confirmandarum quas laterum esse con-
ferebat. Est eiusdem generis venationis aucu- m
pii piscationumque cura que et delectatione
plurima afficiunt animum et vi membrorum
motu laborem conficiunt. Leniter auste-
rum studio fallente laborem. Ut inquit
Oracius. Nam hec nisi tanta voluptate
condirentur quis est qui sponte subire tantum
laborem vellet aut perferre ulla vi posset
Quamquam hoc ipsum ligurgi legibus studium
erat non omnium adolescentium. Aut si hec for-
sitan graviora videbuntur que ut de stu-
dio fessos levare possint licebit aut diversa
querere aut leniter adequitare aut deam-
bulare suaviter licebit iocis interim et sa-
libus uti modestis. Qui lacedemoniorum
potuum mos erat. Quam autem ferat eas
res utilitatem in vita ligurgi scriptum est
Sed nec erit quidem indecens cantu fidibusque n.
laxare animum qua dare superius est ha-
bita nobis mentio. Nam et pitagoreorum
mos hic erat et fuit quondam persis hero-
icis celebre et Achillem homerus induxit
a pugna redeuntem in hac re solitum acqui-
escere non quidem amatorias cantiones
sed virorum fortium laudes modulantem. Ista

ergo potius poterimus / aut ipsi facere vel aliis facientibus iudicare / et eos modos amplecti qui convenientiores nobis temporibus videbuntur. Nam Siculi quidem modi ad remissionem animi magis faciunt et quietem. Gallici vero contra excitationem et motus / Itali autem inter hos medium tenent. Et item que pulsu aut cantu fit melodia / decentior est. Que vero spiritu atque ore minus videtur ingenuis convenire. Sed ad sonos saltare / et muliebres ducere choreas / indigne viro voluptates videri possunt / tamen et si sit in hiis rebus fructus aliquis / qui et corpus exercent / et multis membris dexteritatem adiciunt / si non lascivi ob iuvenes reddent / eorumque mores bonos nimia vanitate corrumpent. Non ita tribule ludus / qui pugne speciem prefert hostilis quam ceterum minus. Quem Palamedes troyano bello / ut vetustissimi auctores tradunt adinvenit / ut vel hoc negotio milites occupatos teneret / Ociosumque averteret a sedicionibus exercitum. Alee vero ludus / aut cupiditatem habet minime liberalem / aut indecentem viro mollitiem. Nam qui lucri causa id agunt / maioris questus negotia commodius agerent. Qui vero voluptatem inde venantur / tardi ingenii sunt / quod aliud non possunt invenire / in quo honestius delectentur.

Nullis igitur ludis delectari convenit, qui ar- 7
tis aliquid, aut certe plurimum, casus vero q(ui)
minimum habent, nisi forsitan ea non putet ars
arte vacare. de quibus rebus sit tractio lit-
teris tradita, aut maiestate motus aucto-
ris non putet indecorum facere, de quo hiis
decorum s(ibi) scribere existimasset. Nam clau-
dius Cesar de alee ludo librum edidit. Quo
studio delectari solent, qui sunt in hoc unum
diligentes, ut omnem substantiam negligant,
certe ut universum vite tempus amittant.
Hiis autem quibus litterarum studia voluptati x
sunt, varietas lectionis solacium affert. no-
vaque lectio, veteris fastidium tollit. Inter-
dum tamen etiam opus est prorsus animo ut vi-
deatur nil agere, omnino que ab opere vacare, ut
sufficere deinum operi laborique possimus. Nam
qui semper intensissimus est nervus, nisi re-
mittatur aliquando, rumpi solent. Tamen etsi nul-
lum tempus laboriosius sapienti, quam quo ni-
chil agit, si modo potest nichil agere. Quosdam 6
autem accepimus in hunc modum tempus distri-
buere solitos, ut pridem ac noctem tercia parte
sompno permitterent, tertiam refectionibus ac recrea-
tioni, reliquam liberalibus studiis darent. Quod
cum ego nec damnare racionem satis audeo
neque probare penitus possum. Ipse autem

t et affirmare possum. et audeo eo minus e-
labi nobis etatis atque hoc nos diucius vivere
quo plus temporis bonis studiis mancipamus.
Illud vero decoris corporis cultui nunc postremum atti-
gamus. ut sit decens neque nimis exquisitus
nec prorsus neglectus. Sed cum et loco tem-
pori quod cum maxime persone conveniant. neque sedere
in litteratoria scola coronatum aut subduc-
ta veste convenit aut meretricia armil-
ligea toga manulea ve prodere nec vero prin-
cipis filium eque cum plebeo vili sordida que v-
ti tunica aut trita clamide se prebere spec-
tandum. Nimia autem cultus venustatis
que cura [illegible] muliebrem animum designat et inde
vani [illegible] etatis argumentum. Indulgenda
v sunt tamen adolescentibus quedam neque omnia
eorum peccata severa sunt animadversione pu-
nienda. Nisi enim ex parte aliqua iuven-
tutem expleverint etatis illius vicia confe-
rent in senectutem

Nec ego adeo uberrime scripsi. ut sim
in minimis polliciatus non tam ut commone-
facerem quid fieri a te oporteret quam
x ut te ipsum ostenderem tibi. Qui si naturam
sequeris ducem nichil monitore opus ha-
bes ad summam virtutem obtinendam nisi enim
a te ipso deficias propterea de te omnia pollicei

indoles tua videtur · Laudes vero si quas
tribuere tibi sum visus / ita ame velim acci
pias · vt magis illas calcar ad bn̄faciend
existimes / quam bn̄factorum p̄mium esse /
Adniti igr̄ summis viribus te conuenit · vt eu
te prestes virum qui h̄is tam gl'osis adole
scentie tue primordijs digne respondeat /
ne aut tu Nature muneribus male vsus /
aut illa in te tam egregia indoles mentita
videantur · ne vero ego si quid in ea causa tan
gerim · aut falsus de te vates / aut vanus p̄
dicator extiterim · Si probe ita q̄ gesseris /
habebis quidē ab omnibus p̄nitem laudem ·
Ame vero etiam litteris / si qua nobis eius
modi facultas erit / posteritati commendab̄e ·
Si minimus vnus ero qui audeam plane
dicere / id q̄ palam fateri / michil tibi in te
ipsum videri defuisse · Petri pauli de Ju
stinopoli explicit feliciter / Sequitur
liber Alfonsi Episcopi Burgensis ·

Dum tenere occidentis pro
vinciam optime vir fer
dinande · Cum in p̄ me
Regia legacio traxisset
ac ibi morem aliquantulu
trahere si meministi · nego
tiorum qualitas coegiss

a.

Vt tempus facere solet· quandam inuexit me-
diocrem noticiam quibus iam mora pepererat
et studiosi aliqui illius prouincie viri mecum
familiariter versabantur· At michi cum vero illi
Bononie, ego Salamantie didicissem· illi pre-
ceptores suos qui in iuris prudentia claru-
erant· quorum aliquos non corpore· sed celebri-
um titulis noueram· in memoriam adducebant·
Ego me ex communi collatione virtutis exurem
·quosdam ex maioribus nostris laudabam·
qui iuridicam facultatem magno studio co-
luerunt· non quod nos· ytalicis inscripturis
cognouimus· cum profecto equa proportio
non est· sed quod in scolasticis actibus ac in dis-
ceptationibus causarum viri valentes sepe a-
pud nos reperti sunt· qui si continuam operam
studio dedissent· aliquos forsan bonos sicut et
ceteri scripsissent· Sed hic tamen mos apud
nos ab ipsa antiquitate preualuit· vt sicut
ytalici cum sapere incipiunt calamum sumunt
sic nostri in regiam curiam currant· quo fit ut
et isti librorum varietate orbem torqueant·
Nostri vero alienorum librorum contenti lectura
satis quod se credant fecisse si eleuato inge-
nio alienas adinuenciones discutiunt· Tu
autem dehinc mutuo sepissime loquentes· et spa-
ciosas horas huiusmodi sermonibus deti-

Alberti

parenmus. Ex illis quidam qui eloquentie b.
operam dederat, quendam Leonhardum A-
retinum in eloquentia extollebat, grece lingue
pariter et latine doctissimum asserens. Quod
tanto michi gratius fuit, quanto rarius temporibus
nostris grecorum flumina fluunt. A primitiva
enim ecclesia et temporibus antiquorum conci-
liorum, omni pene grecorum commercio caremus
et attici fontes penitus aruerunt. Merito
ergo quidquid ex illa antiqua sapientie apothe-
ca denovo hauritur, pre nimia antiquitate
novitatem non modicam et ita dupertim i-
portare videtur. Et cum me libenter hec au-
dire cerneret, non nulla opuscula ex greco per
eum in latinum conversa apud se habere dixit
et a communi colloquio festine abiens, e domo
confestim adduxit illas famosissimas orationes
quas Eschines in Thesiphontem, et Demosthe-
nes in Eschinem pro Thesifonte apud Athe-
nas temporibus Philippi Macedonis con-
scripserant. Quas nedum dominus noster
sed et Cicero ipse commendat, qui cum de optimo
modo dicendi dissereret. Has se transtulis-
se non modicam gloriam in prefatiuncula sua
illarum materiam competenti declaratione
demonstrans, cuius translatio si Leonhardo
innotuit, michi notum non est. sed apud nos

non habetur / et enim se illas in latinum tra-
duxisse fatentem lego, sed ipsam traductionem
non legi. Addidit etiam libellum quendam
Basilii / quem egregie in latinum pertulit. Colutio
amico suo idem Leonhardus commiserat, quem
cum legissem / illius seculi eloquentiam in quo
illi elegantissimi oratores claruerunt cum qua-
dam admiratione conspexi. At moderne trans-
lationis simultates Leonhardum cum ignoran-
/tiarum invidie reddiderunt, tanta enim cultum
verborum copiose ac polite cuncta latine expli-
cavit ut non in laudem eius sermonem longius
traham / quendam novellum dixerim Ciceronem /
/ Cum vero quadriennio fere post elapso in illam
eandem urbem pridie cum nostro principe ve-
nissemus / que in Hispania parens studiorum est
/ qui subeunt ocium cum viris in rectorum scolasticis
loquebamur, cum quibus ego vehementer delector.
Quia in huiusmodi exercitiis / in hac ipsa urbe
pueritiam cum adolescentia maiore ex parte consumpsi
Nec parum dulce sit / studiorum adolescentie re-
cordari, tu vero et si infinita negociorum multi-
tudine ultra humanum modum occupatus existis
ut nec facile credi possit unius hominis hume-
ros tantam supportare molem valere, non numquam
tamen ex ipsa occupationum silva / de nocte te sub-
trahens, quia in die premimur in scripturam tu-

ta liberum non fuisset, et quam ad quiendam por-
tum quietis attingens plerumque his collocuti-
onibus inter ea et huius hyemis protractioribus
noctibus sic nos protendimus, horam aliquam sermo-
nem protendebamus, ut noctis medietas ab-
invicem nos sepe discedere coegisset. Cumque de di-
versis scientiarum opusculis ut tu facere soles lo-
queremur, illi multa denovo edita tam in iure
quam in aliis artibus et scientiis operum
memorabant, ut non solum antiqua ingenia,
sed etiam modernorum subtilitatem miremur. Que
utinam tantam utilitatem quantam curiositatem ambi-
guitatemque questionibus causarum adicerent. Inter
cetera nobis cum una noctium de moralibus se sermo
ingessisset, ingeniosus adolescens nepos tuus no-
vam quandam ethicorum translationem in medium
produxit, quam leonhardum noviter scripsisse
credebatur. Cuius cum prefationem legissem et volu-
minis aliquos passus sic perfunctorie et superfi-
cietenus pertransissem, ardorem stili cognovi et
hominis eloquentiam laudavi. Effectum vero quem
se consecutum putavit abhorrui, molesteque
tuli istum egregium opus in omnibus fere iam
scientiis subalternationibus diversis transfusum sic
solutis habenis invehere. Nec enim sic nova cu-
dere decet, ut vetera funditus evertamus. Ha-
bunde enim gratulandum est, si antiquis laboribus

f aliquod abiciamus. sed sic addere velle ut ex
toto dictamine recte conscripta alienum racio
ne videtur. et enim si leonhardus ut apostillas
vel glosulam quandam hanc nobis compilatam
tradere voluisset. nos cum parva graciarum actione
acceptandam fore putarem. Vel si ut novam
tradicionem cumulasset antique. ut cuicumque
quicquid placeret licitum foret sumere reliquis
adhuc tollerandum mediocritatem patienter. Sed
quia non tantum in antiquam translacionem insilit
ut nedum viciositatis. sed tocius nullitatis re
darguat. libros ethicorum nedum in latinum
conversos affirmans. quam non viciosa. sed pe
nitus nulla translacio fuit. merito obviandum
putavi. ac canes translacionis nostre ac mo
derne audacie impetu defensare remordendum.
et velut cum repente in domum irruunt offensa
re volentes. passim armati inermesque ad ipsum
tumultum domestici ac vicini omnes occurrunt
ut cum lapidibus saltem si aliud armorum genus
presto non est. domus domini tueatur. Lauda
bilis ego eloquencie ac sapiencie armis exutus
cum solo communis lapide. qui omni humani animali
communis. non ut leonhardum offendere. sed ut
antiquum translatorem defendere temptem.
ad consilium accurro. Nec enim michi cure est per
cuncta ethicorum vagari. sed veritatem trans

libri

latinis expraestantissimis demonstrare · ut illorum 5
argumento ceterorum cognoscant · Qui autem pas-
sus potius a nobis eligendi sunt · quam quos ille
in prologo prenotavit / precipuos reputando erro-
res · et tamquam famosiores preceteris condemnando /
non sentio · Quos si nedum attemptaverimus, sed
ymo data opera et sapienter conscriptos doctrinas
esse monstrabimus / perfecte ut puto nostri propositi
consequemur · Quod liquido fiet si eorum tra-
mitem intuentes / veterum propinquiorum testimo-
nia dederimus · Hominem ergo qui se calamo
offerret / potius quam scripture sequentes · quid
qua re bene impugnaverit videamus / cap. pm

Ante omnia siquidem ne ad propugna-
culum fugiatur · ipse ut ita dixerim mu-
niciones quantum pro parte sermone tan-
gunt / obstruende sunt · Ideo animadvertendum primo
quod nullam integram linguam contentione assumimus /
Proximum enim insipientie esset / de grecis ser-
monibus disputare · qui grecas litteras non di-
dicerit · Non ergo an in greco sic scriptum est /
sed an sic scribi potuerit · ut translator noster edixit
illis in locis ubi dure reprehensus est · inquirimus /
Ratio enim omni nationi communis est · licet diversis
ydeomatibus exprimatur · An ergo latinam linguam
tollet / propterea quod scripta est · ut rebus ipsis concor-
det · non ergo greco consonet / discutiemus · iure
an

h. Cum nos equo marte disceptaremus. Cum no-
bis ignorantibus quicquid libuerit grece lin-
gue eruditus sit grecum codicem habere interpre-
de asserere potest. Antiquum enim proverbium est
senem in peregrinatione iuvenem in aliena patria quic-
quid libet libere posse confingere. Cuius obvi-
ationis unica ratio est. Cum alteri antiquitas
temporis, alteri regionis remotio testes proba-
tioni subducat. Non aliter nobis ex aliena et ig-
nota lingua admiranda, que quisque nollet va-
a. nam a veritate alienam producet, quod leonhar-
dum credendum non est, sed profecto valeret si
vellet. Cum igitur aristotiles ipse non nomen ab
auctoritate, sed auctoritatem a ratione consecutus
est, quicquid rationi consonat, hec Aristoti-
les dixisse putandus est, et grece arbitrandum
et scriptum fuisse, quicquid latinis verbis trans-
latio non sapienter deposuit. Rem ergo ipsam
Primo interpretem cap agrediamur
7 antiquum insequatur, quem or fetid
dinis predicatorum fuisse dicit, quia
turbatam et transformatam ut ait, et quasi
barbaricam fecerit translationem, tum aristo-
tiles eloquentie non parum studiosus extiterit.
Hic vero qui predicator fuit ostendendum non
est. Cum in hiis que ratione reguntur non quis
sed quid dicat attendendum. Proculdubio tamen

de hoc materia dubitari posset. Cum ordo ille
temporibus Innocentii iii ceperit. et prope illa
tempora partim nostre scripture sint, in quibus
nonnullos textus ethicorum insertos legamus,
nec sit simillimum veritati, in ipso ordinis ortu
sic repente translationem conscriptam, et tam
celeriter ad has partes Hyspanie perductam ut
sic vulgata, sub hyspano ydeomate allegaretur.
Quod si sic est, non contendo, quia nonnulla re-
ta reperiuntur, que veri similia non ferunt. Bo-
ecium tamen illum fuisse, nonnulli sunt qui as-
seruerunt. quod et a maioribus nostris audivimus,
et stilus ipse nos hoc compellit suspicari.
Quisquis tamen ille fuerit, obscuritate argu-
endus non est. cum omnibus fere scientiis tex-
tuum conditores brevitati studuerunt. Nam
sicut alia principem, alia civitatem decet oratio,
et aliter iudicem, aliter advocatum congruit
loqui. sic textuum ac glosarum, non debet similis
esse locutio. nam breviter textus nos docet,
glosule vero quid textus senserit, aperire so-
lent. quod tam in liberalibus artibus, quam in
naturalibus scientiis ac iurium doctrinis se-
pe repertum est, ut hiis sepe solis verbis ple-
rumque contenti sint. Quibus acceptus sensus
includi vix valuit. Adeo quod plerique rudimenta
artium amore brevitatis adinvicem dixerunt.

Non ergo translacionis incusandus est qui
certe intellectus breuibus vniuersa conclusit. P
rculdubio enim in primis aruis quodammodo transla
cio hec defendere se videtur et violenciam legen
tis virilit propulsare. sed cum studiosus ingenio
vel glosarum auxilio quod conceperit pandere
cogitur. si eius dulce fulget eloquium. vt eius
maiestatem mirari cogamur. Et nedum verbum ali
quod sit nec sillabam deficere arbitremur. que
diminuta videbantur extraordinaria sic consequenter cernentes

Sed iam quod greca vocabula capitulum iii
introducta dimiserit. que inetia accusa
cio doctis viris videri debet. cum nedum
in omnibus fere sciencijs et artibus. sed in communi
ac forensi vsu loquendi non paucis vbis vtamur
Quorum nonnulla in tantum communem vsum descenderunt
ut nec solum non greca sed nec latina putentur.

Primo iam tam doctorum quam indoctorum linguis
contracta sub vulgari ydeomate comprehendi cre
dantur. Lege Ciceronem in Achademicis. vel
de finibus bonorum. aut in parradoxa aliisque non
paucis in locis vbi multa disserunt. Lege ysi
dorum in ethymologijs. Reuolue volumen id quod
katholicon vocamus. Audi alios non paucos
nec contempnendi ingenij viros. qui ad fines diu
sos tractarunt. et reperies non dicam omnia
sed magna ex parte latina vocabula ex greca

descendisse radice. Quedam vero ex toto greca
mansisse. nisi quod ad latinas declinationes
deduximus (cuius rei et si probationem necessa-
riam non putem. potissimum tamen argumentum est
Quod tot dictiones latinorum verborum que sunt
cum ad fontem grecum, unde exierunt, verba re-
ducimus. Nunc latina origine sunt Gramati-
ca. Logica. rethorica. philosophia. ac theologia. Qui-
bus iam omnia ora rusticorum utuntur. Nonne
hec penitus greca fuerunt et sunt. sed in nostrum
iam usum conversa. Quod si leges civiles non
in hoc obmittere vis. quorum imperio vita et fa-
cultates humane subiacent. multa preterea greca
in illis verba comperies. ut in titulis Codicis
liberis. per rubra et nigra absque labore
perquirens inveniet. Sicut autem omnibus
pene scienciarum et artium disciplinis greca
nonnulla cum quibus eruditi fuerunt. Quasi
in quoddam solatium et sue memoriam originis
inter viros latinos retinuisse vocabula
seu nobiles virgines. que cum in extra longinquum
nubant secum aliquas ducunt ancillulas
sola moralis philosophia omnia hec ex limitibus suis
per leonhardum deportare cogetur. Non enim la-
tine lingue penuriam accusamus. quod grecas
dictiones. vel etiam de nationibus peregrinos
quosdam alluvionis modo paulatim ad se con-

n

tinue trahit. ymmo hec est eius precipua
preeminencia. hec interminabilis latitudo
quod quasi ab hostibus capta / alienas voces et no-
mina / ex quodam iure gencium. ad proprium domi-
nium adducit. inops namque esset. et prorsus
egena si certis finibus clauderetur. Sed ingens
et pene infinita est potencia eius. Et nedum
a grecis sed a barbaris et vniuersis mundi naci-
onibus quicquid ei libet licet accipere. ¶ Mu-
pietas / quia latina dicimus latinorum a quibus
nomen assumpsit. qui in ytalia priscis seculis anti-
quis regnabant / dicuntur verba sumpsisse
cum manifeste contrarium cernamus ex nostro
et gallicorum ac germanorum aliarumque gencium
ydiomate / multa in latinis vocabulis cognos-
centes. que exprimere non necessarium. nec expe-
diens puto. cum cuique cernenti perspicue pate-
at. Expertus sum ego nonnulla vocabula que
adolescens legista pro obscuris habebam.
post / apud gallicos in vulgaribus reperisse. Quid
ergo inconveniens est / si aliqua verba trans-
lator non sub greco sono dimisit / presertim il-
lis locis vbi proprietas librorum eorum. sub sub-
tili breuitate includi potuit non. ¶ Nonne melius
fuit illa ut iacebant dimittere. ut sub initiis re-
gulis declinata inter latina haberemus / sig-
nificacione eorum per descripciones et sequencia plene

percepta quae singulis dictionibus totius scrip-
ture seriem perturbare. profecto enim Greca
non reperies dimissa nisi illa fere que si-
gna sillabarum brevitate/ etiam significatio-
nis vires habere non poterant. quod studiose
inquirenti patebit. Sed illa nos sola que
uti manifestiora lombardus expressit repe-
timus. ut illorum argumento/ cetera que si-
lentio dimittimus/ cognoscemur. capitulum iiij
Nulla medii inquisitione que circa iocosa est
ferreum hominem vocat. quia pro ioco ludum
dixerit/ et virtute eutrapoliam nominavit. Se-
habundantiam vero bomolochiam. defectum ac
agroichiam ut in greco primo iacebant/ di-
miserit. et eum iniuriose mordet. quia cum
habundarent latina. et ignorancia pre-
missa putavit. Nam pro virtute ut ait
urbanitatem. festivitatem/ comitatem/ aut
iocunditatem/ dicere debuisset/ pro bomolochi-
a scurrilitatem. Hinc autem tam acerbe in-
crepationi patienter. intrepido respondendum est
cum non offendere. sed defendere propositum
nostrum fuerit. Hoc ergo sufficiat dicere
si verba hec ex industria ac sapienter curas-
se translationem nostram monstrabimus. ne er-
ror in rebus esset. non ferreum hominem/ sed
aureum virum dicamus. Nec enim si in phi

verba sine freno laxanda sunt / cum ex nimia
proprietate verborum / etiam ad ipsas res pau-
latim accrescat · Quod ut apertius vide-
as / ex yspanica lingwa in hoc tamen opor-
tuerit testimonium dabo / Scurra proprie est
qui curiam sequens per mensas alienas
discurrit · et risum excitat · ac aliis sola-
cium / sibi utilitatem procurat · Hii tamen
sunt quos nos alinardos dicimus · Hinc
et michol cum saliente dauid coram archa
domini increparet / nudatus est inquit quasi
unus de scurris nudetur · Bomolochus
vero est solacii sectator / et a medio virtutis
discedens · Ridicula vehementer prauum
est enim impetuosus trufator · hic omit-
tit facecias dicere / etiam si ad turpiloquia
declinet / dum tamen habundanter excitentur
ridicula · Ex his autem ut credo illud quod
sequitur vides · ut nec scurra bomolochus ·
nec bomolochus scurra dicatur · Fines enim
diuersi / diuisos habitus reddunt · Noui
ergo nonnullos mediocris fortune viros / et
aliquos altioris / qui risu ultra medium
virtutis letantur · Hos ergo si leonhande ne-
dis / scurras dices / quod peracsurdissimum est · non
enim ea utilitate tenentur · Cicero etiam cum
de oratore disserens / interdum etiam aliqua ri-

ridicula dicere oratorem docet. ut audien-
tes in sententiam suam trahat. Numquid
ergo orator si orator ultra modum ridi-
cula dicat bomolochus. vel si medium
observat eutrapelus est? procul dubio
non. quia non ad finem ridendi. sed per-
suadendi et audientes in sententiam suam tra-
hendi loquitur. Diversitas enim finium di-
versam speciem actibus tribuit. Actus enim
ut plerique maiorum nostrorum dixerunt speciem
sumunt a fine. Videbis ergo qualiter multo
verbo duo claudantur errores. cum nec bomo-
lochus scurra sit. nec scurra bomolochus.
Duplici enim errore teneamur oportet si bo-
molochum vel scurram crediderimus. uno quia
scurra aluerdanus est. et non solatii sed lu-
cri causa iocis insistit. Bomolochum dici-
mus cum longe distet ab illo. alterum quod
superhabundant trufantem et iocosis sola-
tiis ultra condecentiam deditum. qui bomo-
lochus dicitur scurram. et sic aluardini ver-
bum. Cum plerique nobilium et insignite for-
tune virum ad hoc vitium interdum declinet
qui tamen aluardinus nulla questione inveniri.
Nec hiis ideo esse putas quod turpiloquia et
inhonestas facetias sub scurrilitatis verbo
sepe improbamus. quia illud methaforice

et ad detestandu vitiu dici solet / sicut
cu de imprudentia indiscretu hominem in-
i. do stigantez / asynu dicimus. longe tamen ab
asyno distat. Sic inhoneste et excessive io-
cantes corripiendo plerumque scurras vo-
camus / et vehementius erubescunt. et au-
x. dis scurraz estimeant. sed [illegible] eos
longissime differunt / Eutrapoli autem quia
indecenter inurbanos. festivos. iocundos
qz translatam verba ipsa proclamant. Cum
hilaritate iocunditas quandaz demonstret. festivitas
vero vultus et vestiu celebritatem. que ad
vsum sonat infestis et celeberrimis diebus
exhiberi solet. que iocosa garrulitate no-
torie distant. Urbanitas vero humanita-
tem illaz que tam verbis quaz corpore in ho-
noris preventione exhibetur / significare solet
Urbanos enim dicimus illos qui genu flectere
capitia submittere consueverunt. et precedere re-
cusantes / etiam inter equales primas sessiones
si refutant. Hos aut nos curiales vocamus
vel hoc verbum dimitte manus. quia in iure
civili aliter sumitur. et vulgarius loqui deside-
rans. corthesos dicimus. et urbanitatem curi-
alitatem quandam / seu castellano verbo loquen-
do corthesiam vocabimus. que quantum distet
a ioco. tu ipse animaduertis / Comus vero gen-

tiosus iocator est · sed nubis duntaxat
tum aut iocosa nedum verbis · sed gestu et
incessu sepe exercentur · et corpore · et nunc hic
nunc illo risus plerumque excitetur · Et eutro-
polya omnia · que ad iocum pertineant complec-
dat / perfecte in comitatem · verti non potuit · Lon-
ge ergo melius leonhardus fecisset / si facetu
aiet ait Thomas scripsit / graciosum dixisset
cum hec verum comprehendat ut verba · tu tamen
si ius materno uti / denosum vocabis · Discre-
te autem ut arbitror noster translator has
nominis contenciones aufugit / eutropolum di-
mittendo · Ultra hec etiam alia forte motus
racione · quia eutropoloia habitum electiuum
significat · et eutropolus ex habitu et electiue
prudenter iocatur · Hii vero quos nos dicimus
denominacione latinorum verborum / inclinacionem quan-
dam / sed habitum non demonstrant · Cum vero
de virtutibus irreprehensibiliter loqui velit · omnia
hec aduertere debet · Ioci vero et si usitacius
nomen sit ad exprimenda iocosa · ludi tamen vo-
cabulum non adeo remotissimum est · ut in audi-
tu pati exilium debeat · quia ludus genus est
iocus vero species · Et licet verbis iocemur
manibus tamen et gestu ludimus · et risus v-
troque actu ut diximus prouocatur · Quamobrem
hijs sepe promiscue utimur · iocum pro ludo

et ludum pro ioco exprimentes · quia alter-
natione Seneca usus cum dixisset · Summit-
tebis interdum seriis iocos · ¶ Post paucis ad-
didit · et tamen ab aliis luditur · tamen sancti aliquid
honestique tractaverimus · et cicero ipse inter officia
de ioco sic ait · facilis igitur distinctio ingenui
et illiberalis ioci · alter est si tempore fit · aut
si remisso animo homine dignus · alter ne li-
bero quidem si rerum turpitudini et verborum adhi-
betur obscenitas · ludendi etiam est quidam mo-
dus retinendus · ut ne nimis omnia profunda-
mus · elapsique voluptate in aliquam turpitudi-
nem delabamur · quo patet illum de ioco et lu-
do communiter · quasi de quibusdam fratribus here-
ditatem pro indiviso tenentibus putasse · Non
ergo putes insipiente translationem hanc ludi
tamquam generali omnium vocabulo usum · sed illi
iocum certe forsan dicere potuisset · ludi illo
uti maluit · cum ludus iocum includat · nec
saltem iocus pro ludo · et ludus pro ioco ple

Ego michi cap. v. · cumque sumatur
quid in moderem gravioren que videntur
tangamus · ait enim narracionis · aliorum
quos solempnium virorum approbatis verbis observas-
se · et bonum pro honesto · delectacionem pro volupta-
te · tristiciam pro dolore · maliciam pro vicio · pro toto
libri seriem traduxisse · et nedum rusticitatis

ac puerilitatis / sed quam animus arguit / a- .v.
cantatur maiorum quibus verbis / ignorant
ut credit veritatis / deviare. Huius vero quod
respondendum est ipsi primo opprimamque radi-
cem. et an indistinctissimis moralium doctrina-
rum. Cicero ac Seneca / alii ne extiterint / quorum
conceptus litteris vidimus / tanta cum fiducia
sint sequendi discutiamus. Non enim quid
ipsi senserint / sed quid scripture mandaverint
ponderandum est. cum non ex habitibus in-
trinsecis anime. sed ex extrinsecis actibus
et scriptis / doctrine mores quoque antiquorum / quos
non novimus contemplemur. Profecto autem
ut ab omnibus confessum est. sicut inter gre-
cos Demostenes / sic apud latinos eloquen-
tia Cicero precipuum principatum tenuit / ut in
presentem diem quisquam repertus sit / qui illum
nedum superare. sed nec equare oratorium iudi-
cio videatur. satis quoque habunde gratuletur
qui illius eloquentie in oratione sua aliquantu-
lum valeat imitari. Adeo quod antiquum in-
olevit proverbium. Ciceronem Demostenem pre-
ripuisse ne unus maneret. Demostenem Ci-
ceroni ne primus habeatur orator. Insciente
fiera autem virtutum distinctione ac documento-
rum moralium subtili inquisitione. hanc illi pre-
eminentiam concessam non legimus / cum hec illum

.x.

multas in locis polite fateor sed minus ple-
ne tradidisse cernamus. Omittamus enim
tusculanas questiones ac libellum de finibus
bonorum. cetera quoque eius opuscula in quibus
singillatim questiones aliquas luculentissimo
stilo tractatas disposuit. que imperfectionis ar-
guenda non sunt. cum plenam tradicionem non
promiserunt. sed in ipsis officiorum libris in qui-
bus plenius quam alibi moralem philosophiam
se tradituram putauit nec tacuit. Nam hic enim
libros illos appellat. et quicquid Panecius
defecit sese proponit supplere. quot in illis de-
fectus. quot re deuiantes a ueritate doctrine
reperiantur absque testium productione. stu-
dioso lectori patebit. et ut ceteras taceam. cum
intellectuales uirtutes tangere uellet. omnes
sub uerbi inquisitione subiecit. ut nec sapienciam
a sciencia uel intellectu. nec prudenciam ab
arte. nec singulas earum ab inuicem discerne-
re ac segregare per eius doctrinas sciamus. quod
si plenius tradiderit Aristoteles Ethicorum
vi exploratum habemus. Quid etiam cum
premissum contextum librorum continentiam a
uirtute et incontinentiam a malicia nunquam
distinxerit. quod totam fere moralem doctrinam
confundit. procul dubio unum ex precipuis quod
hominum mores componit et habitus eorum dis-

cernit. Hec ipsa subtilis differencia continencie
et perseuerancie. incontinencie et molliciei
ac virtutis et malicie est. quam qui plene
nouerit. et ex theorica impenetrabili sentencia
assercione deduxerit. iustorum suorum cognitor
ac iustus iudex euadet. que omnia et si e-
thicorum septimus discussisset. officiorum libri
non tetigerunt. Quid denique quod mortem
Cathonis ut fortitudinis quendam actum lau-
dat. cum 8° ipsi manus inferre ex puerili im-
becillitate prouenerat. Similia quoque per-
multa reperiuntur. que repetere nec intencio-
nis nec propositi est. quo eueniret ut sepe mirari
cogar. Vir tam acerrimi ingenii si A-
ristotilem vidit. quo ab eius doctrinis tam
purissimis aberrauit. si non vidit. quo il-
lum tam in rethorica quam multis aliis in
locis sepissime allegauit. quod admirari
in hanc sentenciam denique aut Cicero et si ali-
os Aristotilis libros vidisset. librum tamen
ethicorum non vidit. aut officia tamquam quos-
dam actus virtutis extrinsecos pertractans
a virtutis curiosa inquisicione discessit. cum
sepe similes actus intuencium oculis pateant
qui tamen fonte malicie uel virtutis procedunt
Hec enim omnis qui libidini seruiunt iudi-
care facile valeremus. incontinentes inten-

peccati ne sint / ex multis namque circumstanciis
et ex conuersatione diutina / vix clausum ali-
cuius pectoris cognoscimus. Forte ergo officia
Cicero eleganti sermone disserere voluit
vitiorum et virtutis diligentissimas distinc-
tiones scienter studio alteri dimittendo.
Quicquid autem sit illud / tamen indubie con-
stat in huius discussione materie / illum nulla-
tenus prorsus coequari Seneca vero quam dul-
cibus suasionibus et acutissimis increpa-
tionibus nos ad virtutem prouocet. nemo est
qui ignoret. Profecto cum epistolas eius
legimus quas ad Lucillium alios que illius
cuius viros sepissime destinauit. precordia
incitantur. ac viscera contremiscunt. illum
tamquam quedam ingenii timendo. ne alias mihi
salutares illas monitiones legenti animus
moueri videtur. quam si monitus saluber-
rimos audirem. Sic enim quibusdam compunc-
tionis clauis. quod ad mores pertinet intime
ac configere nititur. quod ad contemptum mundi
ad eius confutandas pernicies ac vanita-
tes respuendas. omnes gentilium scriptores
excellit. ac si illi fides catholica adfuit
quam et si scripturis non exprimat. a paulo
tamen suscepisse epistolas eius quas ad illum
direxerat. nonnulli permoti arbitrantur. Son

illum fuisse pie possumus opinari. Na
mores illi / si opera scriptuis equauit /
cum fide catholica iuncti / ad btitudinē
veram / iter meritis peperissent. Sz in hac
inquisitione virtutū. et aliarū scientificā
discussione / quam sumarie se habuerit
quā improprie discussent facillimū ē /
Ut enī epl'as eius alia q3 opuscula ta-
ceam / que oratoriam magis dulcedinem
redolent. etiam cū de quatuor v'tutibus lo-
queretur. quas nos iam Cardinales voca-
mus. ubi magistralius eum locutū fuisse
putant. quanta commixtione confuderit / sub
qua imperfectōe indiscussa reliquerit / aper-
tissimū est. Nam sub prudentia / aliena
non modicam agregauit. continentiā nedū
ī virtutem assumpsit. sed etiam illi liberalita-
tem. alia q3 peregrina / magnanimitati for-
titudinem / ut accessorium quid coniūgendo
ut indubie latius volumen illius libelli
suppletio exigat. quā totus ille tractatus
virtutum consistit. Nec me putes ista di-
xisse / ut hos duos illustres oratores remor-
deam / quorū quemlibet extollendum fore con-
tendo. Sed ut errorem illorū qui quodammodo
surrepere suspicor / in ipso mox ortu ampu-
temus. qui putant sententiā moralem elo-

d · querere subiugandam, cum profecto alacior sit quod nec ipse etiam fons eloquentie Cicero negat, qui oratoriam artem iure quodam modo proprio sibi vendicans, philosophiam aliis se concessisse fatetur. Crede enim michi qui scientie districtissimas conclusiones eloquentie togalis subdere vult, non sapit, cum verba addere ac detrahere ad persuasionis dulcedinem pertinet, quod scientie rigor abhorret. ¶ Multis ergo erroribus pateat oportet qui scientiam sub eloquentia tradere nititur. Sed sapientes viros aliud congruum iudicas sub coartatis et compressissimis verbis, que scientifica sunt, distinguere. Post vero ad elimata documenta et puritatis doctrinas persuadendas verbis eloquentibus acclamare. ¶ Non ergo eius translacio minor mordenda est quod oratorum etiam summorum usitatis verbis discordet, sed in hoc examinanda est an simplicitatem rerum et coartatam proprietatem verborum observet. Sepe enim elegantia sermonum si non strictis iudiciis dirigitur, simplicitatem rerum confundit, quod maxime textuum scientie intellectum perturbat. ¶ Nec iam aliorum nova repetens quos Leonardus interpretes vocavit. Cum illum oratorem sentias qui Ciceronis et Senece verbis placatus se preferre debere arbitratur, sed unum dicere non omittam, si Boetium pro-

no.

ducem volt/ contrarius illi reperietur. ut in-
scripta monstrabunt. Ieronimus vero si de-
nuo intellexit procul dubio testimonium pro
nobis edicet. Quod si forte quemdam Ieron-
imum allegare voluit. quem cicero de finibus
bonorum allegat. hic profecto nec nobis
notus est. nec scimus de qua parte celi hos-
picium habuit. scripta quoque eius nunquam
aput nos claruerunt. Ignoti vero testes qui
re fidei sint/ tu te legisse docebunt. hiis ergo
semotis que suis in locis ad persuadendum
non parve auctoritatis sunt. ea que ad sciam
pertinent. in hiis que subsunt articulis. sub-
traccione ducem/ districtus terminis Prussie proga

Bonum esse quod omnia appetunt capitulum
iam pridem omnes pariter con- sextum
cesserunt. adeo quod in illud omnis hu-
mana voluntas tendit. ac omne ens licet bo-
num et verum dicatur. tamen in genere bonum
obiectum est voluntatis. in genere verum ad intellec-
tum pertineat. cuius racio illa si in memoriam que
sequitur: est/ appetitum inclinacionem appetentis
in aliquid esse constat. Inclinari autem nichil
in aliud potest. nisi sub simile et conveniens reputatur.
Cum igitur omnis res in genere ens et substancia
sit quod bonum/ necessario evenit inclinacionem omnem ibi
referri. Hinc autem aliquantula inter sensitiua et

f sensum non habentia differentia surgit. nam
cum omnis inclinatio consequatur aliquam formam
naturalis appetitus formam consequitur in natura
existentem. nec hoc enim apprehendit. sed inclinatur
in id quod sibi secundum naturam conveniat. Ap-
petitus vero sensitivus vel etiam intellectivus
seu rationalis quem nos voluntatem vocamus
formam apprehensam sequi videtur. Hinc e-
venit quod si appetitus sensitivus vel volunta-
rius tendat in bonum apprehensum. circa
apprehensionem non parum interdum resultant erro-
res. cum bonum sepe putetur quod in veri-
tate non est. Non enim necesse est quod revera sit bo-
num id in quod humana tendit voluntas. sed quod
sub boni ratione apprehendatur oportet. finis
namque humanorum actuum bonum est vel apparens
bonum. Si enim voluntas humana in boni cog-
nitione nunquam erraret. omnes unanimiter stude-
remus virtutibus. nec tanta differentia constitu-
eretur iniquorum et proborum virorum. Sed proh
dolor non sic res se habet. sed ut bonum sepe se-
/. sequimur quimur plerumque nimis ea que a bono longissime
distant. Tum vel affecti voluptate. vel fal-
sa utilitate decepti. illa volumus que bonis vi-
ris nulla ratione conveniunt. Ad huius ergo evi-
S tandum errorem illi sunt electivi habitus ad-
inveniendi. quos nos virtutes morales vocamus

Qui appetitū et voluntatem vertissent · eta/
falsa boni apparentia animū abducentes ad/
bonū veri adducunt · Non ergo aberr inter/
pres noster propter bonū operandum fore consc/
sit quasi mendacem ostentacōm boni excludē
voluerit · Igitur operacōm que in bonū verum
non que in boni falsam apparentiam tendit v/
tuosam recte dicemus · Ex boni autem veri as/
secucione quadam resultat honestas · Nam
cū virtuti honor debeatur et honestas nichil
aliud sit · quam quidam status honoris · Me/
rito omnem virtuosam operacionem · quia honore
digna est · honestam iure dicamus oportet ·
Sic ergo fit ut virtuosus operetur propter bonū
Ex ipsa vero operacione honestū necessario se/
quitur · ut temporis mora ista patitur · sed ea
ipā uno contextu discernit · quod etiam in simili c/
tero ipse demonstrat · Cum omnino honestum
fore pulchrum edixerit · nec pulchritudo ut ritas ab/
honestate separari possit · sed in ordine intellectus
primo consideratur honestas · et ex illa confe/
stim pulchritudo quedam resultat · Hec volo
ut Senece doctrinis terminatus contra hec vi/
tus irrumpas · non enim frustra me premisisse pu/
tavi · hos eloquentissimos viros · cum hec mora/
lis doctrine bases fundant · non esse contra philosophum au/
diendos · nec enim adeo memoria languit · Cu

h. i mentem veniat. Senecam in multis epistolis pre-
sertim tamen quodam in loco cum ad Lucilium
scriberet hunc articulum tangere voluisse. et hone-
sti et boni distinctionem aliquibus verborum intri-
cationibus involuisse; illud tamen in effectu
si me mea ignorancia non fallit dicere volu-
isse. ut honestum primo, deinde bonum conside-
retur. quia bonum ab honesto, non honestum
a bono nascitur. quod si aliud dixisset prorsus
mihi visum fuisset. sed auctoritate vestra con-
victus per absurditatem illi dimitto. conclu-
sionem aut non accepto. plus enim quam ma-
nifestum est, ex bonitate honestatem oriri. Non
enim bonum volumus quia honestum est. sed ho-
nestum querimus quia bonum est. Concordare
his etiam videtur. quod magis scienciis. ac
in quotidiano usu loquendi ad communem ser-
monem iam traximus, hoc illud vel quod extrin-
secam moderacionem sub honestatis verbo laudamus.
Et enim vitam et honestatem clericorum iuxta
Canonica componere voluerunt, quasi aliud pro-
bitas vite. aliud honestas reperiatur. ut hone-
stum enim illum laudare solemus qui incessu
et vestibus condecentibus utens crapulitudine
ciborum et vinum se abstinet. et cum quadam
moderacione extrinseca peragit omnia. Cum vero
hominem ex toto predicare volumus. non tam

dumtaxat honestum. sed bonum verum voca-
mus. quia honestas quedam particula sit bo-
nitatis / non quod tercium honestum dici debere
tuus improbatum est. licet circumscripti actus
virtuti consoni videantur. Non enim hones-
tus est sed videtur. sed quod eclius omnibus hoc
excerpere volui. ut tamen conce quidem ex cotidiano
usu loquendi / apertissime senciatis honestum
ex bono / non bonum ex honesto sequi. Curare
ergo interpretem nostrum intuemini. qui hec
omnia subtiliter providens propter bonum operum
comune esse virtutibus dixit. et amiciciam ve-
ram cum honestum insinuamus / quominus eius-
sis precordiis illud quantum possumus predicamus.
Dum tamen hoc feceretis [?] honestum verum cum
bono certum habere / nec ad rem pertinet. quod
ut Leonardus ait. Epicurei bonum noscebant
quia non ex hoc reprehensi sunt. sed quia vo-
luptatem summum bonum putabant. utile vero
ac delectabile / tum contra bonum honestum dicun-
tur. nec bonum dici potest. licet interdum boni
apparentiam habeat. quod late in officiis Ci-
cero idem prosequitur. Cum hoc quod utile
vocarint / cum a bono honesto seiungatur. nedum
non bonum. sed nec utile manere putant. ut ele-
leganter imperatorum de maioribus nostris
conquereret. qui divicias et similitates bonorum

nomine vocaverunt. Cum longe a bonis dis-
tare putaverunt. Honesti ergo vocabulo Cice-
ro et omnes stoici libere si volunt utantur
qui non virtutes, sed exercitia virtutum si
honesta. Et preter honestum dicit moderni
autem doctrine inquisitores qui visce-
ralibus ista pertractant hoc in vocabulo uti
permittant. Ex hoc enim fonte omnis hone-
statis rivuli fluunt. Sequitur capitulum vii

Delectationis autem honestius ac
probabilius quam voluptatis fore
vocabulum. Nemo est qui ignoret
.k. tum tam sacre doctrine quam monitiones hu-
mane voluptatem simpliciter dictam perenna-
li oblectamento numquam assumpserunt. Quod ut
Boecius contra nos modestum productus ne-
gabat tristes esse voluptatum exitus quas hu-
manarum libidinum reminiscentia demonstrans.
qui etiam subiectis versibus affirmans
omnem hec voluptatem habere ut stimulis
agat fruentes ac nimis tenaci corda feri-
at. ita quod de corporea procul dubio delecta-
tione dixisse constat. Nec enim spiritualia gau-
dia que sub delectationis verbo includuntur an-
xietatem aut penitudinem habent, sed pura
firma ac diuturna sunt cum indefesse oblec-
tamenta contemplationis eius suavitas ac cor

mitas veri, seu ut altius loquar divine es-
sentie, quantum scripturam concedit, humilis ac de-
vota consideratio, nulla sui potestatis peniten-
tiam linquit. Sed animam summa delectatione
permulcet. Operationes quoque virtutum, ut de
activa vita loquamur, virtuosos viros ne-
dum delectabiliter fiunt, sed quamquam in me-
moriam veniunt, mentem non modicum faciunt le-
tari. Bonarum enim actionum memoria summe
delectabilis est. Aut ergo voluptas proprie
sumpta corporea solum oblectamenta signi-
ficat, aut falsum scripsisset Boetius, ut
potius Catho inter manus iam puerorum
contritus. Nomine pauca voluptati debeti
testatur, quod si voluptatis nomine tam latis-
simum est, ut omnem omnino delectationem indu-
dat. Non paucam profecto, sed nimiam perso-
lempnes viros illi exhiberi videmus, cum alii
propter sapientie dulcedinem, alii propter specula-
tiones diversas, quibus admodum letabantur,
omnia terrena cum ipsis voluptatibus magnani-
miter contempserunt. Sed quid nimis calamum ex-
tendo, ad magistros artium, cum tertia artium du-
bitatur tenuiri debere, iuris conditores sanx-
erunt. Tum igitur denominationem proprietate conte-
dimus. Quis melius litem dirimet, quam qui
curiosa investigatione hec pertinentiavit. Lege

.m.

ergo catholicon quem supra allegauimus
et illico respondebit. voluptatem proprie corpo-
rali oblectamento sumendam. Quid ergo ad-
huc egemus testibus, multos et pene infini-
tos adducerem. nisi testium multitudo prescri-
ptionis que nota sunt, auctoritate iuridica im-
probaretur. Sed duobus illis illustribus vi-
ris qui contra nos adducti sunt testimonio fe-
ramur. Quorum vnus Seneca ait. Nec ad
voluptatem sed ad bonum accede. Profecto
autem si voluptatis vox secum admixtam qui-
dam turpitudinem non adduceret, virtuosus il-
le vir illam simpliciter non improbaret. Ac Ci-
cero ille, sicut tuis vexillis hec omnia Leonhar-
dus ausus est, illo in loco ubi grecum vocabu-
lum in voluptatem transduxit, alios sequendo fe-
cit. Quid enim necesse est tamquam meretricem
in matronarum cetum, sic voluptatem in virtutum co-
tum adducere, inuidiosum nomen est infame
suspectum. et paucis intermissis, cum benignius
voluptatem interpretaretur inquit. meo autem
voluptas omnium latine loquentium more ponitur
tunc percipitur ea que sensum aliquem mouent
iocunditas. quod in dubie corporis motum signi-
ficant. Quicumque ergo delicate accipe vel-
lis nunquam voluptatem corporali oblectamento
separabis. nec ad rem pertinet. quod plerumque

voluptatis uerbo aliquibus in locis pro delec- n·
tatione animali seu spirituali gaudio scriptores
utuntur. Quia improprie illud et per methaforam
fit illa utpote per motum ratione. quia cum pauci
spiritualis delectationis dulcedinem / multi vero
ac omnes pene voluptatum vires noverint. ipso
voluptatis nomine excitati ad virtutum delec-
tationem pertransierunt. Que longe superior volupta-
te consistit. Hinc enim est quod omnes peripateti-
ci / pariter et stoici. et utriusque achademie secta-
tores / epicureorum opinionem condempnant. quia in
voluptate summum bonum statuebant. Et Jovinia-
num Jeronimus / quia in dogmatibus suis volup-
tati favebat epicurum vocat. quasi nullo turpiori
nomine eum maculare valeret / ut sicut ille qui
inter phisica temperamenta voluptatis patrona-
tor evaserat / ab universis philosophis improbatus est /
sic iste / qui evangelica iam splendente doctri-
na et illecebras e fidelium cordibus expellente /
voluptatem nuptiarum virginali preferebat mun-
ditie / ab omnibus catholicis dampnari. Que omnia
manifeste demonstrant voluptatis verbum proprie
sumptum / illam dumtaxat delectationis speciem com-
prehendere. que organis corporeis sentitur. non
illam que in parte intellectiva consistit. Pro-
fecto enim si epicurus felicitatem in delectatione
posuisset / non sic ab omnibus vincto impetu venire

o. sius fuisset. Nam et si delectatio ipsa felici-
tas non sit, tamen a felicitate separari non potest.
Beatitudini enim vere quam post temporalia hec
institutum eternitate speramus, delectatio summa
coniuncta est. et hinc felicitati quam philosophi querunt
delectatio semper adheret. Nam sicut iuventutis
pulchritudo non est, sed iuventuti inherere so-
let, sic et felicitas delectatio non est, sed felici-
tati delectatio semper connectitur. Si ergo epicurus
voluptatem pro omni delectatione sumpsisset,
non sic ut turpis et obscenus reputatus fuisset.
Ceteris enim forte, sed nec turpitudinis accusa-
tum impacte honestam delectatio sumi potuisset
sed quia voluptatis verbum de proprietate ser-
monis illa oblectamenta solum includit que
communissima sunt, et in quibus pecudibus partici-
pamus, quos temperantie frenum dirigere debet,
merito ab omnibus grecis pariter et latinis catho-
licis et gentilibus improbatus est. Et hec sufficere
videntur. si vis tamen ut radicem huius ali-
quantulum profundius hauriamus, illud admoni-
tem recolendum est. delectationem tunc causari
cum concupita adipiscuntur. Concupiscere autem du-
pliciter accidit, naturaliter siquidem vel secundum cone
hinc et duplex delectationum genus exortum est
quas alii aliter distinxerunt. Sequi gregorium
nazarenum, sicut alias corporales alias civiles vo-

cernimus. Inprimis autem animalia bruta continent.
Secunde vero ad solos homines pertinent. Ac-
tum hec omnis sub delectationis verbo claudantur,
quelibet tamen species proprium sortita est nomen.
Et delectatio illa que cum ratione fit, gaudium
proprie vocatur; que vero sensualitatem naturam
sequitur, hec est ipsa voluptas. Nec enim animalia
bruta gaudere dicimus, cum strictam verborum sig-
nificationem sequi desideramus. Non enim leo
audita voce hominis proprie gaudet, sed letatur.
Alia vero delectationis nomina ab ipsis effecti-
bus imposita sunt. Leticiam enim dicimus quasi
latitudo, a cordis latitudine derivantes. De-
lectatione namque corda diffluere et admodum
dilatari solent. Exultationem vero et iubilum
ac iocunditatem, et si qua huiusmodi hilaritatis vo-
cabula sunt, ab actibus quos gaudentes exercere
solent, nomen sumpserunt, cum verbis aut factis
signa lete mentis demonstrant. Hinc infans
in utero exultavit, ac deo adiutori nostro exul-
tamus, et iubilamus deo Iacob. Sed delecta-
tionis proprietas sub hiis que diximus verbis in-
cluditur. Quod si interdum voluptatis in spiritualibus
aut gaudii vocabulo in mente quibus utimur, hii
mutuatis ad invicem sermonibus usurpamus. Nec
enim adeo strictam singnificationis verborum attendimus
ut aliud pro alio interdum dicere sacrilegium sit

Sed tu materiam ipsam attenta mente perquiri
tur ad strictam proprietatem verborum retruerimus
Sapientis ergo translatio nostra delectationis
verbo ac generaliori usa est tam corporalia quam
spiritualia pariter continente ut inde cuiusque in
illarum significationem adducatur que materie que
mentanis adaptari queat. non enim parvi cau
sam erroris voluptatis verbum si in morali ma
teria diffunderetur inducere posset. nec huic veri
tati repugnat quod delectatio extrinsecus
ut ait perveniens videtur. illius enim foret si a
verbo formaretur activo. non sic si ab intrinseco
deponenti. Delectamus enim alios sed ipsi nos
delectamur. sic si proprius loquamur tamquam de
ponentis quam impersonalis. quare et prius verbi
activi vox semper quandam intrinsecam gramma
tice ut causative dimittenda est. capitulum viii

Dolorem vero pro labore illo sumi
que tu continuitas carnis dividitur
sentimus. medici qui hoc diligentius
rimatur noverunt. Capit enim ille dicimus do
lore dicimus. tum extrinseca tum intrinseca impul
sione continuitas corporis illius in partibus im
pugnatur. Quod satis non Augustinus invenire
videtur. qui cum de civitate dei dissereret do
lorem incorporalibus tristitiam maxima esse te
statur. sed tantus fuit usus huius abusus est.

quentium virorum qui in suis tractatibus ac
libellis doloris verbo usi sunt. quod sapientes
viros invitos vel ita dicam post se trahentes
dolorem tamquam generali verbo uti coegerit
Sed quoniam ut premisimus non eloquentie sed sane
morem in hoc gerere debemus. ne verborum
volubilitate decepti. ipsis in rebus aberremus
non sic confestim pretendendum est. sed quid rei
veritas habeat circa verbi proprietatem ex-
cipiamus. quam ex delectatione opposita. Sapi-
entium nonnulli consideraverunt. sicut ergo delectatio
que ex ratione consurgit gaudium vocatur. que
vero organis corporis efficitur sub delectationis
verbo remanere dignoscitur. vel voluptatis ut
diximus nomen assumit. sic et molestiam contrariam
gaudio. Que vero secundum tactus sensum nos te-
quiet vel ceteris sensibus concipiatur. tristitiam
vocamus. Illam vero que nos quodammodo ta-
gendo affligit dolorem diximus. Cum ergo se-
cundum hec presupposita dolor et tristitia species dis-
tincte sint. Quarum alia gaudio animali. alia
delectationi corporali contrariatur. principaliori
.i. tristitia. quia ex interiori apprehensione cau-
satur. Interpres noster uti voluit. cum in conside-
ratione virtutum initium potius quam exitum con-
templemur. Profecto enim qui a voluptatibus con-
tinentia abstinet. nullum dolorem sentire videtur

b. sed molestiam quandam · ut cum absentia scenae molles
homines facit dolere · sed molestari / nec ad rem per
tinet · quod interdum doloris verbo improprie uti
mur · Nam de morte amici dolere dicimus / de
adversitate · de infamia / illud enim ad exage
randum tristitiam dicitur · Nam cum dolor sit mor
bi quidam modus tristandi / ut nos vehementer
contristari experiamur · doloris usurpamus voca
bulum · Sapienter ergo translatio vetus tristitie
verbo usa est · Illam namque saepe ex toto expel
lere / interdum moderari · et intra limites bonus
includere debet moralis virtus · sive ex dolore vo
insurgat · sive intra terminos suos manens / mo
lestiam seu torporem quendam importet · Quod si do
loris verbum generalius fore contenderis · ut se
se ad tristitiam sicut genus ad speciem habeat · prout
aliqui voluerunt / quod potius eloquentium virorum quam
veritate vocabuli evenisse puto · inclitus inter
pres praefatus tristitiae verbo recte usus est · ut do
loris illam speciem exprimeret · quam virtus potissi
me refrenare debet · Non ergo lacerandus est
qui non ex tarditate ingenii · ut ille putavit · seu
inadvertentia quadam · sed cautiori industria · haec
omnia profundius animadvertit · Capitulum nonum

c. Onesti autem vocabulum quam ambiguum
quamque periculosum sit / cum moralis materia di
stituitur · Quisque animadvertere vellet facili

coniecturabit. Cum enim quicquid turpe, quicquid
vituperabile est ad vicium pertineat. Unde enim ut
Leonardus ait, nomen assumpsit, quia vitupera-
bile est. Vel ut alii voluerunt a vinciendo, quia
hominem vincit et ligat. Ac inter turpia et vitu-
perabilia, quibus homo sepe ligatur, longissima
est in eodem genere ut delicti. Aliud enim est ex
per impotentiam quandam seu infirmitatem aut ignora-
tiam, aliud si ex certa scientia peccatur. Vel si
vis ut theologorum terminos dimittentes, mora-
lium de quibus loquimur verbis utamur. Longe diversum
est ex electione peccare, ab eo quod committitur propter
passionem; nam illud ad maliciam, istud ad incon-
tinentiam pertinet. Cum ergo bono, ut ait Jeronimus
in Jovinianum, et ipse Leonardus fatetur,
nichil aliud contrarium est nisi malum, et virtus
moralis sit habitus electivus in mediate consistens
quo recte dicitur bonus, necessario concluditur, quod contra-
rium huic, scilicet habitus electivus ad extrema declinans
iure dicetur malus. Et sicut habitus ille est bo-
nitas, sic iste dicetur malitia. Et cum incontinentie
vitium licet deviet a virtute, non tamen est pror-
sus contrarium virtuti, cum incontinens participet r-
atione recta inquantum universale concernit quod est
commune virtuti, licet in particulari propter passionem de-
viet a ratione. Sed qui ex electione peccat, ille per se
contradicat virtuti, cum nedum in particulari, sed

v. in ipsa universali contempnunt rationem. Multa ergo
pravitates confusione moralis doctrina involuentur
si habitus contrarii virtutibus vicia sic in genere
dicentur, cum hoc nomen etiam incontinentie con-
veniat. Et ex hac confusa doctrina forsan ex e-
lectione putarentur incontinentes peccare, quod a-
lienum ab incontinentia est. Non parum ergo pru-
denter translator noster hoc evitare curavit, quod
habitus contrarios virtutibus malitias vocavit
non quod vicia non sint, sed ne legentes, si vitium le-
gerent, generali forsan vocabulo putarent illusi
incontinentes vel molles ex electione peccare, cum
propter passionem peccent. Propensissime ergo assump-
tis vocabulis virtuti malitia, continentie incontinen-
tia, perseverantie mollicia contraria est. Quod si di-
xeris has tres sub uno vocabulo contineri, ultro
fatebor. Sed hoc ideo nimium indiscretam moralium
documentorum traditione illo utendum fuisse contendo,
ne confusione ac generalitate verborum veri intellectus
decernetur. Nec putes me ista sic inconsiderate
dixisse, quasi Augustinum non legerim, qui vicium
qualitatem quamdam secundum quam malus est ani-
mus esse testatur. Ac cum virtus sit qualitas que
facit bonum habentem, necessario ex hoc sequi videtur
vicium contrariari virtuti. Sed Augustini dictum qui
subtilius scrutantur, intelligendum fore dixerunt
cum essentiam virtutis directe vicia se considerandum

Importat enim dispositionem quamdam alicuius secundum
sue nature modum se convenienter habentis. Est ergo
virtus dispositio perfecti ad optimum. Sed cum ergo
sequenti scrutamur illud firmissimum est quod vir-
tus sit bonitas quedam, bonitati autem malicia
opponitur. Cum ergo moralium scrutatores pre-
cipue bonitatem attendunt virtutis, merito virtu-
ti morali maliciam oppositam scripserunt. Quamobrem
si de virtutibus aliis rerum vel corporis que mo-
res humanos non tangunt loquens Leonhardus
vicia eis opposita dixerit, equanimiter vitia feram,
sed hominum mentes inquirens habitum contrarium
moralium virtuti maliciam vocari permittat, ne
incontinentes cum pluris malis subiiciens generalita-
te crudeliter involvamus. Sequitur capitulum X.

Ista sit tibi cursim et succincte perstrinxi non
quod multa alia non sint ymmo plurima in quibus
preeminentiam mee translationis cognosceres, et
verum nonnullos nodulis mentis oculis inspecto-
res, sed intentionis non sint ex ipso volumine quod
demonstraveramus inquirere, sed per ipsa paucissima
in prologo prenotata quid intus iaceant conjec-
tare, sicut et pulsus iudicio, nitidis corporis
parvum, medici valitudinem adversam cognoscunt.
Ipsius etiam que per Leonardum tanta securius
copiosius procul dubio ac protensius scribere potu-
issem. Ipsa enim me materia vocabat que opu-

lentissima profecto ad scribendum ditissima est
Et quanto magis euoluitur tanto ex sese dicendo-
rum vberiorem copiam gignit · et quasi scaturiens
fons dulcium doctrinarum formosas vndas ebul-
lit · sed calamo imperaui ne epistolares terminos
transiliret · Tu vero ex disputatione hac breui
breuem hanc conclusionem assume · vt transla-
tioni antique tum moralia quesieris adhereas
traductionem vero modernam de qua nobis extitit ser-
mo · vt apostillam quamdam illis in locis ubi aliquid
tibi apertius explicare videbitur habeas · interpre-
tum autem non accepteris Explicit liber Al-
fonsi Episcopi Burgensis contra leonardum
invehentem contra libros Ethicorum Ari-
stotilis · Et sequitur alius liber Marci tu-
lij Ciceronis de amicitia secundum hunc modum

Incipit liber Marci
tulii Ciceronis de amicicia

Quintus Mucius augur
sceuola multa
narrare de G. Lelio
socero suo memoriter
et iocunde solebat nec
dubitare illum in omni
sermone appellare sa-
pientem. ego autem a patre meo ita eram de-
ductus ad sceuolam sumpta virili toga ut quoad
possem et liceret a senis latere nunquam di-
scederem. Itaque multa ab eo prudenter dispu-
tata multa etiam breuiter et commode dicta me-
morie mandabam fierique studebam eius pru-
dentia doctior. quo mortuo me ad pontificem sce-
uolam contuli. quem unum nostre ciuitatis et in-
genio et iusticia audeo dicere prestantissimum. Sed
de hoc alias. Nunc redeo ad augurem. Cum
sepe multa narraret tum memini eum domi
in hemiciclo sedentem ut solebat cum essem et ego
una et pauci admodum familiares in eum sermo-
nem illum incidere qui tum al' multis omnibus
fere erat in ore. meministi enim profecto attice
et eo magis quod P. Sulpicio utebare multum
cum his tribunus plebis capitali odio a Quinto Pom-
peyo qui tum erat consul dissideret quo tum

a

b. iucundissime et amantissime vixerat cum
esset Rome uel admiratio uel querela. Ista
quod / tum scevola cum in eam ipsam mencionem
incidisset / exposuit nobis sermonem lelii de
amicicia habitum / et ab illo secum et cum
altero genero G. ffannio Marci filio / pau
cis diebus post mortem affricani / Cuius dispu
tationis sententias memorie mandavi quas
hoc libro exposui arbitratu meo / Quasi enim
ipsos induxi loquentes / ne inquam. et inquit
sepius interponeretur / atque ideo feci / ut tamquam
a presentibus coram haberi sermo videretur. Cum
enim mecum sepe ageres attice / ut de amicicia
aliquid scriberem. digna michi res / tum omnium
cognicione / tum pro nostra familiaritate visa
est. Itaque feci non invitus. ut prodessem mul
tis rogatu tuo / Sed ut in Cathone maiore
feci qui est scriptus ad te de senectute. Cathonem
induxi senem disputantem de senectute. quia
nulla videbatur aptior persona que de illa e
tate loqueretur quam eius / qui et diutissime
senex fuisset. et in ipsa etate pre ceteris floruisset
/ Sic cum accepissemus a patribus maxime me
morabilem. Gay. Lelii. et publii scipionis fa
miliaritatem fuisse / ydonea michi Lelii persona
visa est. que de amicicia ea ipsa dissereret / que
disputata ab eo scevola meminisset. Genus

autem hoc sermonum positum in hominum veterum
auctoritate · et eorum illustrium plus nescio
quo pacto videtur habere gravitatis · Itaque
ipse ego mea legens sic afficior interdum · ut
Cathonem non me loqui estimem · sed ut
tunc ad senem senex de senectute sic in hoc libro
ad amicum amicissimus de amicitia scripsit ·
Tunc est Catho locutus quo erat nemo fere
senior illis temporibus nemo prudentior · Nunc
lelius et sapiens sic enim est habitus et ami
citie gloria excellens de amicitia loquitur ·
Tu velim animum a me parumper avertas
ut lelium ipsum loqui non me putes · Gayus
fannius et quintus mutius ad socerum veniunt
post mortem affricani ab hiis sermo oritur · Re
spondit lelius cuius tota disputatio est de ami
citia · Quam legens tu ipse cognosces · Fan
nius · Sunt ista vera leli · nec enim melior fuit
affricano quisquam nec clarior · Sed existimare
debes omnium oculos in te esse coniectos · Unum te
sapientem et appellant et existimant · Tribu
ebatur hoc nomen marco cathoni hoc modo
Scimus lucilium attilium aput patres nostros
appellatum esse sapientem · Sed uterque alio quodam
modo · Attilius quia prudens esse in civili iu
re putabatur · Catho quia multarum rerum usum
habebat · multa eius et in senatu et in foro vel

plurima prudenter vel acta constanter vel re-
sponsa acute ferebantur. Propterea quasi
cognomen iam habebat in senectute sapientis.
Te autem alio quodam modo non solum natura
et moribus, verum etiam studio et doctrina esse
sapientem existimant. Nec sicut vulgus, sed
ut eruditi solent appellare sapientem, qualem
in reliqua grecia neminem. Nam qui
septem appellantur, eos qui subtilius ista que-
runt, in numero sapientum non habent. Athenis
unum accepimus et eum quidem etiam apollinis
oraculo sapientissimum iudicatum. Hanc sapientiam
esse in te existimant, ut omnia tua in te posita
ducas, humanosque casus virtute inferiores
putes. Itaque ex me querunt, credo ex hoc item
scevola, quonam pacto mortem affricani fe-
ras. Eoque magis quod his proximis nonis
cum in hortos decii bruti auguris commentandi
causa ut assolet fieri venissemus, tu non affu-
isti, qui diligentissime semper illum diem et illud
munus solitus esses obire. Scevola. Querunt
quidem, Gai leli, multi ut dictum est a fan-
nio. Sed respondeo ego id quod animadverti, te
dolorem quem acceperis cum summi viri tum
amicissimi morte ferre moderate nec potuisse
non commoveri nec fuisse id humanitatis tue. Quod
autem his proximis nonis in collegio nostro

non affuisses inbecillitudinem respondeo causam
non mesticiam fuisse Lelius recte tu quidem
Sceuola et vere/nec enim ab isto officio quod semper
vsurpaui cum valerem/abduci incommodo meo
debui/nec ullo casu arbitror hoc constanti homini
posse contingere/ut ulla intermissio fiat offi-
cii. Tu autem Fanni qui michi tantum tribui
dicis quantum nec agnosco nec postulo facis ami-
ce. Sed ut michi videris non recte iudicas de
Cathone. Aut enim nemo quod quidem magis credo
aut si quisquam est ille sapiens fuit. Quo
modo enim ut alia omittam mortem filii tulit.
Memineram paulum. Videram Gayum. sed
caue hos anteponas Cathoni maximo et expec-
tato viro. Quamobrem caue Cathoni antepo-
nas ne istum quidem ipsum Appollo ut ais. Sapien-
tissimum iudicauit. huius enim facta/illius vero
dicta euentaque laudantur. De me autem ut iam
cum vtroque vestrum loquar/sic habetote. Ego
si Scipionis desiderio me moueri negem quam
id recte faciam videant sapientes. Sed certe men-
tiar. Moueor enim tali amico orbatus ut arbi-
tror qualis nemo vnquam erit/utique confirmare
possum nemo certe fuit. Sed non egeo medicina
me ipse consolor. et maxime illo solacio quod eo
eo errore careo/quo amicorum decessu plerique angi
solent/nichil enim mali accidisse Scipioni puto si

quod accidit mihi accidit. Suis autem incommodis
graviter angi non amici sed se ipsum amantis est.
Cum illo vero quis neget actum esse preclare
Nisi enim quod ille minime putabat inmortalita
tem optare vellet. quod non est adeptus. quod
homini phas esset optare. Qui summam spem ci
vium. quam de eo iam puero habuerant continuo
adolescens incredibili virtute superavit. qui con
sulatum petiit numquam. factus est consul bis. pri
mum ante tempus iterum sibi suo tempore rei
publice pene sero. qui duabus urbibus eversis
inimicissimis huic imperio. non modo presencia sed
etiam futura bella delevit. Quid dicam de mo
ribus facillimis. De pietate in matrem liberali
tate in sorores bonitate in suos. iusticia in omnes
nota sunt vobis. Quam autem civitati carus fu
erit merore funeris indicatum est. Quid igitur
hunc paucorum annorum accessio iuvare potest Se
nectus enim quamvis non sit gravis ut memini
Cathonem uno anno antequam mortuus esset
mecum et cum Scipione disserere tamen aufert eam
viriditatem in qua etiam nunc erat Scipio. Quam
obrem vita quidem talis fuit vel fortuna vel
gloria ut nichil posset accedere. Moriendi
autem sensum celeritas abstulit. Quo de genere
mortis difficile dictum est. quid homines suspicen
tur vos videtis. Hoc vere tamen licet dicere pu

ulis sapientem e multis diebus quos in vita ce-
leberrimos letissimosque viderit illum diem cla-
rissimum fuisse. cum senatu dimisso domum reduc-
tus ad vesperum est a patribus conscriptis a populo
romano sociis et latinis pridie quam excessit
e vita. ut ex tam alto dignitatis gradu ad su-
peros videatur deos quam ad inferos pervenisse.
Neque enim assentior hiis. qui hoc nuper disserere
ceperunt cum corporibus simul animos interire
atque omnia morte deleri. Plus apud me anti-
quorum auctoritas valet vel nostrorum maiorum qui
mortuis tam religiosa iura tribuerunt. quod non
fecissent profecto. si nichil ad eos pertinere ar-
bitrarentur. vel eorum qui in hac terra fuerunt
magnamque greciam. que nunc quidem deleta
est. tunc florebat institutis et preceptis suis
erudierunt vel auctoritas eius. qui appollinis
oraculo sapientissimus iudicatus est qui non
tum hoc tum illud. ut plerique solent. sed idem di-
cebat semper animos hominum esse divinos. hiis-
que cum e corpore exissent reditum in celum patere
optimo et iustissimo cuique expeditissimum iter quod
idem scipioni videbatur. qui quidem quasi presa-
giret. per paucis diebus ante mortem cum et
philus et manlius adessent et alii plures tu-
que etiam Scevola mecum venisses triduum disseru-
it de re publica cuius disputationis fuit extremum

h.

fore de immortalitate animorum. Que se in quiete vi-
so ex affricano audisse dicebat id si ita est ut
optimi cuiusque animus in morte facillime evolet
tanquam e custodia vinclis que corporis cui cen-
semus cursum ad deos faciliorem fuisse quam
scipioni. Hoc circa merere hic eius eventu
vereor ne magis sit invidi quam amici. Sint
autem illa veriora ut idem interitus sit animo-
rum et corporum nec ullus sensus maneat ut ni-
chil boni est in morte sic certe nichil mali. Sen-
su enim amisso fit idem quasi non esset natus
omnino. Quem tamen esse natum et nos gau-
demus et hec civitas dum erit letabitur. Quam
obrem cum illo quidem ut supra dixi actum optime
est mecum incommodius quem fuerat equius ut prius
introieram sic prius exire de vita. Sed tamen
recordatione nostre amicitie sic fruor ut beate
vixisse videar quia cum scipione vixerim. Quo
cum michi coniuncta cura de re publica et de pri-
vata fuit quo cum et domus fuit et milicia co-
munis et id in quo est omnis vis amicitie vo-
luntatum studiorum sentenciarum summa consensio.
Itaque non tam ista me sapientie quam modo co-
memoravit fannius fama delectat falsa pre-
sertim quam quod amicitie nostre memoriam spero
sempiternam fore. Idque eo magis est michi cordi
quod ex omnibus seculis vix tria aut quattuor pa-

tia amicorum nominantur quod ingenio sperem me
videar Scipionis et Lelii amiciciam notam po-
steritati fore / Fannius istud quidem Leli ita ne-
cesse est / sed quoniam mentionem amicicie fecisti
/ et sumus ociosi / pergratum michi feceris . spero
item Sceuole / si sic quemadmodum soles de ceteris
rebus que cum ex te queruntur / de amicicia dispu-
taueris quid sentias / qualem existimes / que pre-
cepta des . Sceuola michi vero erit gratum / at
que idipsum cum tecum agere conarer Fannius
anteuertit / Quamobrem vtrique nostrum gratum
admodum feceris / Lelius / ego vero non grauarer
si michi ipse confiderem . nam et preclara
res visa est . et sumus vt dixit Fannius ocio-
si . sed quis ego sum / aut que in me est facultas /
Doctorum enim ista est consuetudo / eaque grecorum
ut hiis proponatur de quo disputent / quamuis
subito / magnum opus est / Eget que exercitatione
non parua . Quamobrem que de amicicia dispu-
tari possumus / ab eis censeo petatis / ut ista pro-
fitentur . Ego vos hortari tamen possum ut a-
miciciam anteponatis omnibus humanis rebus
Nichil est enim tam nature aptum / tamque con-
ueniens ad res secundas / vel aduersas / Sed hoc
primum sencio / nisi in bonis / amiciciam esse non pos-
se . Neque id ad viuum reseco ut illi qui hec sub-
tilius disserunt fortasse vere sed ad communem uti-

k Utilitatem parũ. Negant enim quicquam esse vi
rum bonũ nisi sapientem. Sit ita sane. Sed e
am sapientiam interpretantur quam adhuc mor
talis nemo est consecutus. Nos autem ea que
sunt in usu vitaque communi non que finguntur aut
optantur spectare debemus. Nunquam ego
dicam. Gayum Fabricium. Marcum. Curium.
Tytum Coruncanium quos sapientes nostri ma
iores iudicabant ad istorum normam fuisse sapi
entes. Quare habeant sibi sapientie nomẽ
et invidiosum et obscurum concedant que ut hii
boni viri fuerint. Nec id quidem facient. Ne
gabunt id nisi sapienti posse concedi. Agamus
igitur pingui ut aiunt minerva. Qui ita se
gerunt ita vivunt ut eorum probetur fides in
tegritas liberalitas equalitas. Nec sit in eis
ulla cupiditas nec libido nec avaricia vel au
dacia sitque magna constantia ut hii fuerunt
quos modo nominavi. Hos viros bonos ut ha
biti sunt. sic etiam appellandos putemus qui as
sequantur quantum homines possunt naturam optimam
bene vivendi ducem. Sic enim michi perspicere
videor ita natos esse nos ut inter omnes esset so
cietas quedam. Maior autem esset ut quisque
proxime accederet. Itaque cives potiores quam pere
grini propinqui quam alieni. Cum hiis enim a
micitiam natura ipsa peperit. Sed ea non satis

habet firmitatis. Namque in hoc prestat ami-
cicia propinquitati, quod ex propinquitate benivolen-
cia tolli potest, ex amicicia non potest, sublata
enim benivolencia, amicitie nomen tollitur,
et propinquitatis manet. Quanta autem vis ami-
citie sit ex hoc intelligi maxime potest, quod ex
infinita societate humani generis, quam concili-
auit ipsa natura, ita contracta res est et ad-
ducta in angustum, ut omnis caritas, aut inter
duos aut inter paucos iungeretur. Est enim
amicitia nichil aliud nisi omnium humanarum
diuinarumque rerum cum benivolencia et carita-
te summa consensio. Qua quidem haud scio
an excepta sapiencia, quicquam melius homini
sit a diis immortalibus datum. Diuicias alii pre-
ponunt, bonam alii valitudinem. Alii potenci-
am, alii honores. Multi etiam voluptates
beluarum hoc quidem extremum est. Illa autem
superiora caduca sunt et incerta, posita non
tam in consiliis nostris, quam in fortune teme-
ritate. Qui autem in virtute summum bonum ponunt
preclare illi quidem, sed hec ipsa virtus, amici-
ciam et gignit et continet. Nec sine virtute
amicitia esse ullo pacto potest. Iam virtutem
ex consuetudine vite nostre sermonis que nostri inter-
pretemur. Nec enim eam ut quidam docti verbo-
rum magnificencia metiamur. Viros quoque bonos

eos qui habentur numerentur Paulos Cato
nes Gayos Scipiones phillos his communis
vita contenta est Eos autem obmittamus q
omnino nusquam reperiuntur Tales igitur inter viros
amicitia tantas oportunitates habent quan
tas vix queo dicere Principio quis potest esse
vita vitalis ut ayt Ennius qui non amici
mutua benivolencia conquiescat Quid dul
cius quam habere cum quo sic omnia loqui
audeas ut tecum Quis esset tantus fructus
in prosperis rebus nisi haberes qui illis eq
ac tu ipse gauderet adversas vero res fer
re difficile esset sine eo qui illas gravius
etiam quam tu ferret Denique cetere res que
expetuntur oportune sunt singule fere rebus
singulis divitie ut utare opes ut colare ho
nores ut laudare voluptates ut gaudeas
valitudo ut dolore careas et muneribus fun
dare corporis Amicitia plurimas res conti
net quoquo te verteris presto est Nullo
loco excluditur nunquam intempestiva nunquam
molesta est Itaque non aqua non igne non ae
re ut aiunt locis pluribus utimur quam
amicitia Neque ego nunc loquor de vulgari
amicitia aut de mediocri que tamen ipsa et
delectat et prodest Sed de vera et perfecta
loquor qualis eorum qui pauci nominantur

fuit. Nam et secundas res splendidiores facit
et adversas partiens communicansque leviores.
Cumque plurimas et maximas commoditates ami-
cicia contineat. Tum illa nimirum prestat omnibus
quod bonam spem prelucet in posterum. nec debi- producit
litari animos aut cadere patitur. Verum etiam
amicum qui intuetur, eum tanquam exemplar a-
liquod intuetur sui. Quocirca et absentes ad-
sunt. et egentes abundant. et imbecilles valent
et quod difficilius dictu est. mortui vivunt. Tan-
tus eos bonos memoria desideriumque prosequitur
amicorum. Ex quo beata mors illorum videtur,
horum vita laudabilis. Quod si exemeris ex re-
rum natura benivolentie coniunctionem. nec domus
ulla. nec urbs stare poterit. Nec ager quidem
cultus permanebit. Id si minus intelligitur quan-
ta vis amicitie concordieque sit. ex dissensionibus
discordiisque percipi potest. Que enim domus
tam stabilis. que tam firma civitas est. que non
odiis et discordiis funditus possit everti. Ex quo
quantum boni sit in amicitia iudicari potest. A-
grigentinum quendam doctum virum carminibus
grecis vaticinatum ferunt. que in rerum natura
totoque mundo constarent, queque moverentur. ea
contrahere amiciciam, dissipare discordiam. Atque
hec quidem omnes mortales et intelligunt et
re probant. Itaque si quando aliquod officium

gerat animi imperitus aut adeundis/aut
communicandis. quis est qui id maximis non
efferat laudibus. Qui clamores in tota ca-
uea nuper in hospitis et amici mei Marci pa-
tuuij fuerunt noua fabula/cum ignorante re-
ge/uter horum esset horestes. philades se esse
horestem diceret. ut pro illo necaretur. Ho-
restes autem ita ut erat se horestem perseuerarit
Astantes autem plaudebant in re ficta/quid
arbitramur in vera facturos fuisse. ffacile in-
dicabat ipsa natura vim suam/cu homines
quod facere non possent/id recte fieri in altero
iudicarent. Hactenus michi videor de amici-
cia quid sentirem potuisse dicere. Si qua pre-
terea sunt. credo autem esse multa. ab hijs
si videbitur qui ista disputant querito te fa-
nnius/nos autem a te potius querimus. quam-
quam etiam ab istis sepe quesiui et audiui non
inuitus quidem. sed expetimus aliud quoddam
filum orationis tue Sceuola tum magis id
diceres fanni si nuper in ortis scipionis. cum e
de re publica disputatum adfuisses/qualis tunc
patronus iusticie fuit/contra accuratam ora-
tionem phili Fannius facile id quidem
fuit. iusticiam iustissimo viro defendere Sce-
uola quid amiciciam/non ne facile ei. qui
ob eam summa fide constancia iusticiaque ser-

uata | maximam gloriam ceperit. Lelius. Vim p.
hoc quidem est afferre. Quid enim refert
qua me racione cogatis. Cogitis certe. Stu-
diis autem generorum presertim in re bona
tum difficile tum ne equum est obsistere. Se-
pissime igitur michi de amicitia cogitanti ma-
xime illud considerandum videri solet utrum
propter inbecillitatem atque inopiam deside-
rata sit amicicia ut in dandis recipiendis que
beneficiis quod quisque minus per se ipse pos- nō
set id acciperet ab alio quod vicissim redderet
an esset hoc quidem proprium amicitie. sed
antiquior et pulchrior et magis a natura ip-
sa profecta causa alia est. Amor enim ex
quo amicitia nominata est princeps est ad be-
nivolenciam coniungendam. Nam utilitates
quidem etiam ab his percipiuntur sepe qui si-
mulacione amicitie coluntur et observantur
temporis causa. In amicicia autem nichil est
fictum nichil est simulatum. sed quicquid
est id est verum et voluntarium. Quapropter
a natura videtur michi potius quam ab in-
digentia orta amicicia. Et applicatione magis
animi cum quodam sensu amandi quam cogita-
cione quantum illa res utilitatis esset habitura.
Quod quidem quale sit etiam in bestiis qui-
busdam animadverti potest que ex se natos

ita amant ad quoddam tempus, et ab eis ita
amantur, ut facile earum sensus appareat quod
in homine multo est evidencius. Primum
ex ea caritate que est inter natos et parentes
que dirimi nisi detestabili scelere non potest,
deinde cum similis sensus extiterit amoris, si
aliquem nacti sumus cuius moribus et natu
re congruamus. ita quod in eo quasi lumen
aliquod probitatis et virtutis perspicere vi
deamur. Nichil est enim virtute amabilius
nichil quod magis alliciat ad diligendum, quippe
cum propter virtutem et probitatem etiam eos quos
numquam vidimus, quodammodo diligamus. Quis
est enim qui. Gay. ffabricij. Marci. Curij non
cum caritate aliqua et benivolentia memoriam
usurpet, quos numquam viderit. Quis autem est
qui Tarquinium superbum. qui publium Cassi
um. Spurium Emilium non oderit. Cum duobus
ducibus de imperio in ytalia est decertatum
Pirro et hannibale ab altero propter probita
tem eius nominis, non alienos animos ha
buimus. Alterum propter crudelitatem semper
hec civitas oderit. Quod si tanta vis probi
tatis est, ut eam. vel in eis quos numquam
vidimus. vel quod maius est, in hoste etiam
diligamus. Quid mirum est si animi homi
num moveantur. cum eorum quibus cum usu coniuncti esse

possint · virtutem et probitatem perspicere vide-
antur · quamquam etiam confirmetur amor · et be-
neficio accepto et studio prospecto · et consue-
tudine adiuncta · Quibus rebus ad illum pri-
mum motum animi · et amoris · adhibitis / ad-
mirabilis quedam exardescit benivolentie ma-
gnitudo / Quam si qui putant ab imbecillita-
te proficisci / ut sit talis per quam assequantur
quod quisque desideret / humilem sane relinquunt
et minime generosum · ut ita dicam ortum
amicitie · Quam ex inopia atque indigentia na-
tam esse volunt / Quod si ita esset · ut quibus mi-
nimum virium inesse arbitraretur · ita ad ami-
citiam esset aptissimus · quod longe secus est · Ut
enim quisque sibi plurimum confidit / et quisque
maxime virtute et sapientia sic munitus est
ut nullo egeat / suaque omnia in se ipso posita
iudicet · Ita in amicitiis expetendis · colendis-
que maxime excellit · Quid enim erat Affrica-
nus indigens mei · minime hercule · At nec
ego quidem illius · Sed ego admiratione qua-
dam virtutis eius / ille vicissim opinione for-
tasse non nulla quam de meis moribus habe-
bat me dilexit · Auxit etiam benivolentiam
consuetudo · Sed quamquam utilitates multe
et magne consecute sunt · non sunt tamen ab
earum spe cause diligendi profecte · Ut enim

6. beneficia liberales que sumus · non ut exigamus
graciam · neque beneficium feneremur · Sed natura
sequentes seduli, studiosi, agiles, propensi ad
liberalitatem sumus · sic ad amiciciam non spe
mercedis adducti · sed quia omnis eius fructus
in ipso amore inest · expetendam esse putamus
ab hiis qui pecudum ritu · ad voluptatem omnia
referunt · longe dissencientes · Nec mirum
Nichil enim altum · nichil magnificum ac divi-
num prospicere possunt · qui suas omnes cogita-
tiones · abiecerunt in rem tam humilem tam-
que contemptam · Quamobrem hos quidem ab hoc
sermone removeamus · Nos ipi autem in-
telligamus natura gigni sensum diligendi et
benivolencie caritatem · facta significacione pro-
bitatis · Quam qui appetiverunt · aplicant se
et propius admovent · ut et usu eius quem di-
ligere ceperunt · fruantur et moribus · sintque
pares in amore et equales, propensiores que ad
bene merendum · quam ad reposcendum · Atque
hec inter eos sit honesta concertatio · Sic et uti-
litates ex amicicia maxime capientur · et erit
ortus a natura · quam ab imbecillitate · gravior
et verior · Nam si utilitas amicicias conglu-
tinaret · eadem commutata dissolveret · sed quia
natura mutari non potest · Idcirco vere ami-
cicie sempiterne sunt · Ortum quidem amicicie

videtis · nisi quid ad hec forte vultis Fannius
Tu vero perge o Leli · pro hoc enim qui mi-
nor est natu / meo iure respondeo Sceuo-
la recte tu quidem / quamobrem audiamus
Lelius audite vero optimi viri ea · que se-
pissime inter me et Scipionem de amicitia dis-
serebantur · Quamquam ille quidem nichil
difficilius esse dicebat / quam amiciciam us-
que ad extremum vite diem permanere · Nam
vel ut non idem expediret incidere sepe / vel
ut de re publica non idem semper sentiretur ·
Mutari etiam mores hominum sepe dicebat
alias adversis rebus · alias etate ingrave-
scente · atque earum rerum exemplum ex simili-
tudine capiebat ineuntis etatis · quod summi
puerorum amores sepe una cum pretexta toga
sumpta deponerentur · Sin autem ad adole-
scenciam perduxissent / dirimi tamen interdum
contencione / vel uxorie condicione vel commodi
alicuius quod idem adipisci uterque non posset ·
Quod si qui in amicicia longius provecti
essent / tamen sepe labefactari dicebat · si in
honoris contencionem incidisset · Pestem enim
nullam esse maiorem in amiciciis quam in ple-
risque pecunie cupiditatem · et in optimis qui-
bus que honoris certamen et glorie / ex quo
inimicicias maximas inter amicissimos se-

v. pe extitisse dicebat. Magna etiam dissi-
dia et plerumque iusta nasci/ cum aliquid ab a-
micis quod rectum non esset postularetur/ ut
aut ministri libidinis/ aut adiutores esset
ad iniuriam. Quod qui recusarent quamuis
honeste/ ius tamen amicitie deserere argue-
rentur ab hijs/ quibus obsequi nollent. Illos
autem quicquid ius ab amicis auderent postu-
lare/ postulatione ipsa profiteri omnia se amici
causa esse facturos/ eorum querela inueterata
non modo familiaritates extingui solere. sed
odia etiam sempiterna gigni. Hec etiam itaque mul-
ta quasi fata impendere amicitiis. ut omnia
subterfugere/ non modo sapientie. sed etiam fe-
licitatis diceret sibi videri. Quamobrem id pri-
mum videamus. si placet quatenus amor in ami-
citia progredi debeat. Num si coreliamus ha-
buit amicos/ ferre contra patriam arma illi
cum coreliano debuerunt. Num vetellinum ami-
ci regnum appetentem. num melium iuuare debue-
runt. Tiberium quidem gracchum rem publicam
vexantem a quinto tuberone/ equalibus que ami-
cis derelictum videbamus. At Gayus. cuma-
nus hospes familie vestre Scevola tum a me
quo aderam cum lenate et rupilio consulibus
in consilio deprecatum venisset. hanc ut sibi
ignoscerem causam afferebat quod tanti sibi Titum

Gracchum fecisset ut quicquid ille vellet sibi fa-
ciendum putaret. tum ego etiam ne si te in ca-
pitolium faces ferre volet. numquam inquit
voluisset. sed si voluisset paruissem. Vide-
tis quam nepharia vox et ecce ita fecit vel
plus etiam quam dixit. Non enim paruit
ille tiberii gracchi temeritati. sed prefuit. Nec
se comitem illius furoris sed ducem prebuit.
Itaque hac amentia perterritus nova ques-
tione in asyam profugit. ad hostes se contulit
penas rei publice graves iustasque persolvit
Nulla est igitur excusatio peccati si amici
causa peccaveris. Nam cum conciliatrix
amicicie virtutis opinio fuerit difficile est
amiciciam permanere si a virtute defeceris. Quod
si recte statuerimus vel concedere amicis quic-
quid velint vel impetrare ab his quicquid
velimus perfecta quidem sapientia simus
si nichil habeat res vicii. Sed loquimur de hi-
is amicis qui ante oculos sunt. quos vidimus
aut de quibus memoriam accepimus. quos novit
vita communis. Ex hoc numero nobis exempla
sumenda sunt et eorum quidem maxime qui ad
sapientiam proxime accedunt. Vidimus pau-
lum emilium luscino familiarem fuisse. sic
a patribus accepimus. bis una consules et col-
legas fuisse in censura. tum et cum his et inter

a se iniustissimos fuisse Marcum Curium et Tytum
Corruncanum memorie traditum est. Igitur ne
suspicari quidem possumus quemquam horum ab a
mico quippiam contendisse quod contra fidem
contra iusiurandum contra rem publicam esset
Nam hoc quidem in talibus viris quid atti
net dicere. Si enim contendisset scio impet
raturum non fuisse cum illi sanctissimi fuerint vi
ri. Eque enim nephas est tale aliquid et fa
cere rogatum et rogare. At vero tyberium
gracchum sequebantur Gayus carbo. Gay
us catho et minime tunc quidem Gayus
gracchus frater nunc quidem et idem acerrimus
Hec igitur lex in amicicia sanciatur ut ne
que rogemus res turpes neque faciamus ro
gati. Turpis enim excusacio est et minime
accipienda tum in ceteris peccatis tum siquis
contra rem publicam se amici causa fecis
se fateatur. Etenim eo loco Fanni et Sceuo
la locati sumus ut nos longe prospicere
oporteat futuros casus rei publice. Defle
xit enim iam aliquantulum de spacio curri
culoque consuetudo maiorum. Tyberius grac
chus regnum occupare conatus est vel reg
navit is quidem paucos menses. Numquid
simile populus romanus audierat aut vi
derat. Hunc etiam post mortem secuti amici

et propinqui. quid in publio scipione effece-
rint. sine lacrimis non queo dicere. Nam
carbonem quomodo quoque potuimus propter
recentem penam tyberii gracchi sustinuimus.
de gayo autem gracchi tribunatu quid expec-
tem non libet augurari. Serpit deinde res
que proclivis ad perniciem cum semel cepit la-
bitur. Videtis in tabella iam ante quanta sit
facta labes. Primo gabinia lege biennio
autem post cassia. Videre iam video populum
a senatu disiunctum. et multitudinis arbitrio res
maximas agi. plures enim discent quemadmodum
hec fiant quam quemadmodum hiis resistatur.
Quorsum hec quia nemo sine sociis quicquam
tale conatur. Precipiendum est igitur bonis
ut si in huiusmodi amicicias ignari casu aliquo in-
ciderint. ne existiment ita se alligatos. ut ab
amicis in magnam aliquam rem rei publice
peccantibus non discedant. Improbis autem
pena statuenda est. Nec vero minor hiis
qui secuti sunt alterum. quam hiis qui fuerint
ipsius impietatis duces. Quis clarior in grecia
themistocle. Quis potencior. qui cum imperator
bello persico servitute greciam liberasset. prop-
terque invidiam in exilium expulsus esset ingra-
te patrie iniuriam non tulit. quam
ferre debuit. sed fecit idem quod viginti annis

ante cepit nos fefellit coriolanus. Huius adiutor contra patriam inventus est nemo. Itaque uterque sibi mortem conscivit. Qualis improborum consensio non modo excusatione amicicie tegenda non est. sed omni potius supplicio vindicanda. ut nequis concessum putet vel amicum bellum patrie inferentem sequi. Quod quidem ut res ire cepit haud scio an aliquando futurum sit. Michi autem non minori cure est qualis res publica post mortem meam futura sit quam qualis hodie sit. Hec igitur prima lex amicicie sanciatur. ut ab amicis honesta petamus. Amicorum causa honesta faciamus. Nec expectemus quidem dum rogemur. sed studium semper adsit. cunctacio absit. Consilium verum dare gaudeamus libere. Plurimum in amicicia amicorum bene suadencium valeat auctoritas. eaque adhibeatur ad monendum non modo aperte sed acriter si res postulabit et adhibite auctoritati pareatur. Nam quibusdam quos audio sapientes habitos in grecia placuisse opinor mirabilia quedam. sed nichil est quod illi non persequantur suis argumentis. Partim fugiendas esse nimias amicicias. nec necesse sit unum sollicitatum esse pro pluribus. dicunt enim satis superque satis esse cuique sibi suarum cuique rerum. alienis nimis implicari molestum esse. commodissimum esse quam la-

sissimas habenas habere amicicie, quas vel
adducas cum velis vel remittas. Caput enim
ad beate vivendum esse securitatem, qua frui
animus non possit, si tamquam parturiat unus
pro pluribus. Alios autem dicere aiunt mul-
to etiam inhumanius, quem locum breviter per-
stringi paulo ante, presidii adiumenti que causa
non benivolencie neque caritatis amicicias esse
expetendas. Itaque ut quisque minimum firmi-
tatis haberet minimumque virium, ita amicicias
appeteret maxime, ex eo fieri ut mulier cule
magis amiciciarum presidia querant quam viri
et inopes quam opulenti, et calamitosi quam
hii qui putantur esse beati. O preclaram sa-
pienciam. Solem enim e mundo tollere videntur
hii qui amiciciam e vita tollunt, qua nichil a di-
is immortalibus melius habemus, nichil iocun-
dius. Que est enim ista securitas, specie qui-
dem blanda, sed re ipsa multis in locis repudi-
anda est. Neque enim est consentaneum ullam
honestam rem actionemve, ne sollicitus sis, aut
non suscipere aut susceptam deponere. Quod
si curam fugimus, virtus fugienda est, que
necesse est cum aliqua cura res sibi contrarias
aspernatur atque oderit, ut bonitas maliciam,
temperancia libidinem, fortitudo ignaviam.
Itaque vides rebus iniustis iustos maxime do-

c

lere imbecillibus fortes flagitiosis modestos
Ergo hoc proprium est animi recte constituti et
letari bonis rebus et dolere contrariis Quam
obrem si cadit in sapientem animi dolor qui pro
fecto cadit nisi ex eius animo extirpatam huma
nitatem arbitramur que causa est cur amicici
am tollamus funditus e vita / ne aliquas propter
eam suscipiamus molestias Quid enim interest
motu animi sublato non dico inter hominem
et pecudem sed inter hominem et truncum aut saxum
aut quid vis generis eiusdem Neque enim sunt
au[diendi qui] virtutem duram et quasi ferream
qu[an]dam esse volunt que quidem est cum in
m[ul]tis rebus tum in amicicia tenera atque
tractabilis / ut bonis amici quasi diffundantur /
et incommodis contrahantur Quamobrem angor
iste qui pro amico sepe capiendus est non tantum
valet ut tollat de vita amiciciam non plus quam
virtutes quia non nullas curas et molestias af
ferunt repudientur Cum autem virtus amici
ciam contrahat ut supra dixi si qua significatio vir
tutis eluceat / ad quam se similis animus aplicet
et adiungat id cum contigerit ut amor exoriatur
necesse est Quid enim tam absurdum est quam
delectari multis inanibus rebus ut honore ut
gloria ut edificio ut vestitu cultuque corporis
Animo autem virtute predito / eo qui vel amare

f

uel ut ita dicam redamari possit non admodum
delectari. Nichil enim est remuneratione be-
niuolentie nichil vicissitudine studiorum offi-
ciorumque iocundius. Quod si etiam illud ad-
dimus quod recte addi potest nichil esse quod ad
se rem ullam tam alliciat tamque contrahat quam
ad amicitiam similitudo concedetur profecto verum
esse ut bonos boni diligant ascisantque sibi quasi
propinquitate coniunctos atque natura. Nichil
enim est appetentius similium sui nec rapacius quam
natura quamobrem hoc quidem fanni et sceuo-
la constat ut opinor bonis inter bonos quasi ne-
cessariam beniuolentiam esse que est amicitie
fons a natura profectus. Sed eadem bonitas
etiam ad multitudinem pertinet. Non est enim
inhumana virtus neque immunis neque superba
que etiam populos vniuersos tueri eis que optime
consulere soleat quod non faceret profecto si
a caritate vulgi abhorreret. Atque michi etiam
quidem videtur qui utilitatis causa fingunt
amicitias amabilissimum nodum amicitie tollere
Non enim tam utilitas parta per amicum quam a-
mici amor ipse delectat tumque illud fit quod
ab amico est profectum iocundum si cum stu-
dio profectum est. Tantumque avei veritate ab-
est ut amicitie propter indigentiam colantur ut
hii qui opibus et copiis maximeque virtute

predita · inquam plurimum est presidij · minimeque alterius indigeant / liberalissimi sunt et beneficentissimi · Atque haud sciam · an ne opus sit quidem · nichil umquam omnino de esse amicis · Ubi enim studia nostra viguissent · si numquam consilio · numquam opera nostra nec domi nec milicie Scipio eguisset · Non igitur utilitatem amicicia sed utilitas amiciciam consecuta est · Non ergo erunt homines delicijs affluentes audiendi si quando de amicicia · quam nec usu nec racione habent cognitam · disputabunt · Nam quis est pro deorum fidem atque hominum · qui velit · ut neque diligat quemquam · nec ab ullo ipse diligatur · Quis enim est qui velit circumfluere omnibus copiis / atque in omnium rerum habundancia vivere · Hec est enim tyrannorum vita nimirum · in qua nulla fides · nulla caritas · nulla stabilis benivolencie potest esse fiducia · omnia semper suspecta atque sollicita sunt · et nullus locus esse amicicie potest · Quis enim aut eum diligat · quem metuit · aut eum a quo se metui putet · Coluntur tamen simulacione dumtaxat ad tempus · Quod si forte ut fit plerumque ceciderint · tunc intelligitur quam fuerint inopes amicorum · Quod Tharquinium dixisse ferunt · tunc exulantem se intellexisse · quos fidos habuisset · quos infidos · cum iam neutris graciam referre posset

fuisset quamquam miror illa superbia et impor
tunitate si quemquam amicum habere potuit. Atque
ut huius quem dixi mores veros amicos parare
non potuerunt sic multorum opes prepotentium
excludunt amicitias fideles. Non solum enim
ipsa fortuna ceca est sed etiam eos plerumque ef
ficit cecos quos complexa est. Itaque illi effe
runtur fere fastidio et contumacia nec quicquam
insipiente fortunato intollerabilius fieri potest
Atque hoc quidem videre licet eos qui antea como
dis fuerunt moribus imperio potestate pro
speris rebus immutari sperni ab hiis
veteres amicitias indulgere novis. Quid autem
stultius quam cum plurimum copiis facultatibus
opibus possint cetera parare que parant pe
cunia equos famulos vestem egregiam va
sa preciosa amicos autem non parare optimam
et pulcherrimam ut ita dicam vite supellectilem
Etenim cetera cum parant cui parent nesciunt
nec cuius causa laborent eius enim est istorum quodque
qui vicit viribus. Amicitiarum sua cuique perma
net stabilis et certa possessio ut etiam si illa
maneant que sunt quasi dona fortune tamen
inculta et deserta ab amicis non possit esse io
cunda. Sed hec hactenus. Constituendi autem sunt
qui fines sint in amicitia et qui sint quasi termini
diligendi. De quibus tres sententias ferri.

7 quatenus nullarum prorsus · Unum ut eodem modo er-
ga amicum affecti simus · quo erga nosmetipsos
Alterum · ut nostra in amicos benivolencia est
ita illorum erga nosmetipsos benivolencie pariter
equaliterque respondeat · Tercium ut quanti quis
se ipsum faciat tanti fiat ab amicis · Harum trium
amicitiarum sentenciarum nulli prorsus assenti
or · Nec enim illa prima vera est ut quemad
modum in se quisque sic in amicum sit anima
tus · quam multa enim · que nostri causa nunquam
faceremus · facimus causa amicorum · precari ab
indigno supplicare pro amico · Tum acerbius
in aliquem invehi · insectarique vehemencius · que
in nostris rebus non satis honeste fiunt in amico-
rum fiunt honestissime · Multeque sunt res
in quibus de suis commodis viri boni multa de-
trahunt · detrahique paciuntur · ut hiis amici
potius quam ipsi fruantur · Altera sentencia est
que diffinit amiciciam paribus officiis ac vo-
luntatibus · Hoc est enim nimis exigue et exi-
liter · ad calculos vocare amiciciam · ut par sit
racio acceptorum et datorum · Dicior michi et af-
fluencior videtur vera esse amicicia nec obser-
vare restricte · ne plus reddat quam acceperit
Neque enim hoc verendum est · ne quid excidat
aut ne quid in terram defluat · aut ne quid plus e-
quo in amiciciam congeratur · Tercius vero finis

ille deterrimus est / ut quanti quisque se ipsum fa-
ciat / tanti fiat ab amicis. Sepe enim in quibusdam
aut animus abiectior est. aut spes amplificande
fortune fractior est. Non est igitur amici ta-
lem esse in eum. qualis ille in se est. sed potius
eniti et efficere. ut amici iacentem animum ex-
citet. inducatque in spem. cogitationemque meliorem.
Alius ergo finis vere amicitie constituendus est
si prius quod maxime reprehendere Scipio solitus
est edixero. Negabat ullam vocem amicitie
inimiciorem potuisse reperiri. quam eius. qui
dixisset / ita amare oportere. ut aliquando esset osu-
rus. Nec vero se adduci posse. ut hoc quem
admodum putaretur. a Biante esse dictum crederet
qui sapiens habitus esset. unus ex septem. sed
impuri cuiusdam. aut ambitiosi. aut omnia ad
suam potentiam revocantis esse sententiam. Quo-
nam modo enim quisquam amicus poterit esse ei
cui se putabit inimicum esse posse. Quin etiam
necesse erit cupere et optare. ut quam sepissime
peccet amicus. quo plus sibi det tamquam ansas
ad reprehendendum. Rursus autem recte factis
commodisque amicorum. necesse erit angi. dolere et
invidere. quare hoc quidem preceptum cuiuscumque
est. ad tollendum amiciciam valet. Illud potius
precipiendum fuit. ut eam diligentiam adhiberemus
in amicitiis comparandis. ut nequando amare incipe-

b poteremus amare eum quem aliquando odisse pos-
semus. Quin etiam si minus felices in diligendo
fuissemus. ferendum id scipio potius quam ini-
micitiarum tempus cogitandum putabat. His igitur
finibus utendum arbitror. ut cum emendati mo-
res amicorum fuerint. tum sit inter eos omnium
rerum. consiliorum voluntatum sine ulla excep-
tione communitas. ut enim si qua fortuna acci-
derit. ut minus iuste amicorum voluntates sint
adiuvande. in quibus eorum aut decrepite agatur
aut de fama. declinandum est de via hoc modo
ne summa turpitudo sequatur. Est enim quatenus ami-
citie dari venia possit. nec vero negligenda est
fama. nec mediocre telum ad res gerendas ex-
istimare oportet benivolentiam civium. quam
blandiciis et assentationibus colligere turpe est
sed virtus quam sequitur. Caritas minime
repudianda est. sed sepe enim video ad scipionem
cuius omnis sermo erat de amicitia. querebatur
enim quod in omnibus rebus homines diligentiores
essent. capras et oves quot quisque haberet di-
cere possent. amicos vero quot habere non posset.
Et in illis quidem parandis. adhibere curam in
amicis deligendis negligentes esse. nec habere
quasi signa quedam et singulas notas. quibus eos
qui ad amiciciam essent ydonei iudicarent. Sunt
igitur firmi stabiles. et constantes eligendi ad

ad amicitiam/ cuius generis magna est penuria. Et
iudicare difficile est nisi prius expertum sit. Ex-
periendum autem est in amicitia ipsa. itaque prae-
currit amicitia iudicium tollitque experiendi potestatem/
Est igitur prudentis sustinere ut cursum na-
uis/ sic impetum beniuolentie quo utamur quasi
equis temptatis/ sic amicitiis aliqua ex parte
periclitatis moribus amicorum. quidam sepe in
parua pecunia perspiciuntur quam leues sint et
inconstantes. quidam autem quos parua pe-
cunia mouere non potuit cognoscuntur in mag-
nis. Si vero erunt reperti qui pecuniam pre-
ferri amicitie sordidum existiment/ ubi eos
inueniemus qui honores magistratus im-
peria potestates. opes. amicitie non ante-
ponant. ut cum ex altera parte posita hec
sint. ex altera ius amicitie/ non multo illa
malint. Imbecilla enim natura est ad contem-
nendam potentiam. quam etiam si neglecta ami-
citia consecuti sunt. excusari arbitrantur quia
non sine magna causa sit neglecta amici-
tia/ itaque vere amicitie difficillime reperi-
untur in hiis qui honoribus reque publica ver-
santur. Ubi enim istum [illegible] inuenies qui
honorem amici anteponat suo. Quid ut hec
omittam quam graues quam difficiles plerisque
videntur calamitatum societates. ad quas non

n· est facile inventus qui ascendat/ quamquam. Enni-
us recte inquit. amicus certus in re incerta cer-
nitur. Tamen hec duo vitia levitatis et infir-
mitatis plerosque convincit. aut si in bonis re-
bus contempnunt aut in malis deserunt. Qui igi-
tur utraque in re gravem constantem stabilem se
in amicicia prestiterit. Hunc ex maxime raro
genere hominum iudicare debemus et pene di-
uinum. Firmamentum autem stabilitatis et consta-
ncie est eius. quam querimus in amicicia fides/ ni-
chil est enim stabile. quod infidum est. Simplicem
enim et communem preterea et consentaneum idem
qui rebus isdem moveatur eligi par est que
omnia pertinent ad fidelitatem/ neque enim fidum
potest esse multiplex ingenium et tortuosum. ne-
que vero qui non eisdem rebus movetur. neque
natura consentit aut fidus aut stabilis esse potest
Addendum eodem est ut ne criminibus aut infe-
rendis delectetur amicus/ aut credat oblatis
que omnia pertinent ad eam quam dudum trac-
to constantiam. Itaque fit verum illud quod initio
dixi. amiciciam nisi inter bonos esse non posse
Est enim boni viri. quem eundem sapientem di-
cere licet. hec duo tenere in amicicia. Primum
nequid fictum sit. neve simulatum. aperte enim
vel odisse vel amare/ magis ingenui est quam
fronte occultare sententiam. deinde non solum

ab aliquo oblatas criminationes repellere o.
debet. sed ne ipsum quidem esse suspiciosum
semper aliquid existimantem ab amico esse vio-
latum. Accedat huc suavitas quedam opor-
tet sermonum atque morum haud quaquam
mediocre condimentum amicitie. tristicia autem
et in omni re severitas absit. habet illa qui-
dem gravitatem. sed in amicitia remissior
esse debet. et liberior. et dulcior. et ad om-
nem comitatem felicitatemque proclivior.
nuq Existit autem hoc loco quedam questio sub-
difficilis. num quando amici novi digni a-
micitia. veteribus sint anteponendi. ut equis
vetulis teneros anteponere solemus. Indi-
gna hec est in homine dubitatio. non enim de-
bent esse amiciciarum. sicut aliarum rerum soci-
etates. veterrima queque ut ea vina que ve-
tustatem ferunt esse debent suavissima. ve-
rumque est illud quod dicitur. multos modi- no.
os salis simul edendos esse. ante quam ami-
citie munus expletum sit. Novitates autem
si spem ita afferant ut tamquam in herbis non fal-
lacibus fructus appareat. non sunt ille qui-
dem repudiande. vetustas tamen suo loco con-
servanda est. maxima est enim vis vetusta-
tis et consuetudinis. Unde in ipso equo cuius
modo mentionem feci. si nulla res impediat

p. nemo est qui non eo quo consueverit liben
tius utatur. quia incontinuitatis et novis / nec
vero in hoc solum quod est animal sed etiam in
hiis que sunt inanimata. valet consuetudo /
cum locis ipsis delectemur montuosis et etiam
silvestribus. in quibus diucius commorati sumus
Sed maximum est in amicicia esse parem infe
riori superiorem. sepe enim excellencie quedam
sunt. qualis erat scipionis in nostro ut ita di
cam grege. nunquam se ille philo. nunquam ru
tilio. nunquam mumio anteposuit. nunquam in
ferioris ordinis amicis. Quintum vero maxi
mum fratrem virum egregium. nequaquam sibi omnino
parem. quod is ante ibat etate. tanquam supe
riorem colebat. suos que omnes per se esse posse
ampliores volebat. Quod faciendum imitandum
que est omnibus. ut si quam prestanciam virtutis
ingenii fortune consecuti sunt. imparciant eam
suis. communicent que cum proximis. ut si paren
tibus nati sunt humilibus. si propinquos habe
bant imbecilles. vel animo / vel fortuna / vel glo
ria / eorum augeant opes. eis que honori et digni
tati sint. ut in fabulis dicitur. Qui aliquamdiu
propter ignoranciam stirpis et generis infamula
tu fuerunt / cum cogniti et aut deorum / aut regum
filii inventi sunt. retinent tamen caritatem in pas
tores. quos patres per multos annos esse duxerunt

Quod quidem multo magis in veteribus paribus
certis est faciendum. fructus enim ingenii et vir-
tutis omnisque prestancie tum permaximus
capitur cum in proximum quemque confertur. Ut
igitur hii qui sunt in amicitie coniunctionis que ne-
cessitudine superiores exequare se cum inferi-
oribus debent sic inferiores non debent dolere
se a suis aut ingenio aut fortuna aut dignitate
superari quorum plerique aut queruntur semper
aliquid aut etiam exprobrant eo que magis se
habere putant quod officiose et amice et cum
labore suo aliquo factum esse queant dicere.
Odiosum sane est genus hominum officia expro-
brantium quae meminisse debet is in quem col-
lata sunt non commemorare qui contulit. Quam
obrem ut hii qui superiores sunt submittere
se debent in amicitia sic quodammodo inferiores
extollere. Sunt enim quidam qui molestas a-
micicias faciunt cum ipsi se contempni putant
quod non fere contingit nisi hiis qui etiam con-
tempnendos esse se arbitrantur qui hac opini-
one non modo verbis sed etiam opere levandi
sunt. Tantum autem tribuendum est cuique primum
quantum ipse efficere possis deinde etiam quantum
ille quem diligas atque adiuves sustinere pos-
sit. Non enim tu posses quamvis excellas
quantumvis omnes tuos ad honores amplissimos

perducere ut sepius publius rutilium potuit con-
sulem efficere. fratrem eius lucium non potuit
Quod si etiam possis quid uis ferre ad alterum
videndum est tamen. quid ille possit sustinere.
Omnino enim amicitie corroboratis iam confir-
matis que et ingeniis et etatibus iudicande sunt
Nec si qui ineunte etate aut venandi aut pile
studiosi fuerint. eos decet habere necessarios quos
tum eodem studio preditos dilexerunt. isto enim
modo nutrices et pedagogi iure vetustatis plu-
rimum beniuolentie postulabunt. qui negligendi
quidem non sunt sed alio quodam modo diligendi
aliter enim amicitie stabiles esse non possunt
Dispares enim mores disparia studia sequuntur
quorum dissimilitudo dissociat amicitias. nec ob a-
liam causam ullam boni improbis. improbi bonis
amici esse non possunt. nisi quod tanta est inter eos
quanta maxima potest esse morum studiorumque dis-
tancia. Recte enim precipi potest in amicitiis
ne quis intemperata quadam beniuolentia quod
sepe fit. impediat magnas utilitates amicorum
Neque enim ut ad fabulas redeam troyam ne-
optolemus capere potuisset si licomedem apud
quem erat educatus. multis cum lacrimis iter suum
impedientem audire voluisset. et sepe incidunt
magne res. ut discedendum sit ab amicis quas
qui impedire vult eo quod desiderium non facile

ferat. is infirmus mollis que natura est et ob 6
eam ipsam causam in amicitia parum iustus.
Atque omnino de considerandum est et quid postu-
les ab amico et quid eum paciare a te impetrari.
Est enim quedam calamitas in amiciciis dimitten-
dis non nunquam necessaria. Nam enim a sapientum
familiaritatibus ad vulgares amicicias oratio
nostra dilabitur. Erumpunt sepe vicia amico-
rum tum in ipsos amicos tum in alienos quorum tamen
ad amicos redundat infamia. Tales igitur ami-
citie sunt remissione usus eluande et ut Ca-
thonem dicere audivi magis dissuende quam
distindende nisi quedam admodum intollerabil(is)
iniuria exarserit ut neque rectum neque honestum
sit nec fieri possit ut non statim alienatio dis-
iunctio que facienda sit. Sin autem aut morum
aut studiorum commutatio quedam ut fieri solet
facta erit aut in re publice partibus dissen-
sio intercesserit. loquor enim iam ut paulo
ante dixi non de sapientum sed de communibus a-
miciciis. Cavendum erit ne non amicitie deposite
sed etiam inimicitie suscepte videantur. nichil
enim turpius quam cum eo bellum gerere quo cum
familiariter vixeris. ab amicitia Q. Pompeii meo
nomine se removerat ut scitis Scipio propter disse-
sionem autem que erat in re publica alienatus est
a collega nostro metello. Utrumque egit graviter

t auctoritate et offensione animi non acerba. Ob-
servandum primum danda est opera, ne qua amicorum
dissidia fiant / sin autem tale aliquid evenerit
/ ut extincte potius amicitie quam oppresse videantur /
Cavendum vero est / ne etiam in graves inimici-
tias convertant se amicitie · ex quibus iurgia ma-
ledicta / contumelie que gignuntur · que tamen si
tollerabiles erunt ferende sunt · Et hic honos
veteri amicicie tribuendus est · ut is in culpa sit
qui facit / non is qui patitur iniuriam / Omnino
horum omnium viciorum atque etiam incommodorum
una cautio est · atque una provisio · ut ne nimis
cito diligere incipiant · ne ve indignos / digni
autem sunt amicicia · quibus ipsis inest causa
Cur diligantur / rarum genus enim · et quidem omnia
preclara rara sunt / nec quisquam difficilius / quam
reperire quod sit omni ex parte · in suo genere per-
fectum / Sed plerique · neque in humanis rebus quic-
quam boni norunt · nisi quod fructuosum sit · etiam
eos tamquam pecudes · eos diligunt · potissimum /
ex quibus maximos fructus se sperant esse cap-
turos · itaque illa pulcherrima · et maxime natura-
li carent amicicia / per se et propter se expetenda · nec
ipsi sibi exemplo sunt · hec vis amicitie qualis et
quanta sit · Ipse enim se quisque diligit / non ut
aliquem a se ipso mercedem exigat caritatis sue /
sed quia per se quisque sibi carus est · Quod nisi

idem in amiciciam transferatur / verus numquam
amicus reperietur / est enim is quidem tamquam alter
idem. Quod si hoc apparet in bestiis / volucribus
natantibus / agrestibus / cicuribus / feris / ut se
primum diligant / id enim pariter cum omni animante
nascitur / deinde ut requirant atque appetant ad
quas se applicent eiusdem generis animantes / id
que faciunt cum desiderio et cum quadam similitudine
amoris humani. quanto id magis in homine fit natura /
qui et ipse se diligat et alterum acquirat cuius
animum ita cum suo misceat / ut efficiatur unum pe-
ne ex duobus. Sed plerique perverse ne dicam
impudenter talem amicum habere volunt / quales
ipsi esse non possunt. quaeque ipsi non tribuunt ami-
cis. nec ab hiis desiderant / par est autem primum
ipsum esse virum bonum / tum alterum similem sui que-
rere / in talibus ea quam iam dudum trac-
tabamus stabilitas amicicie confirmari potest /
cum homines benivolencia coniuncti primum cupi-
ditatibus hiis quibus ceteri serviunt imperabunt /
deinde equitate iusticiaque gaudebunt. omniaque
alter pro altero suscipiet / neque quicquam umquam
nisi honestum et rectum. alter ab altero postula-
bit / neque solum colent se inter se ac diligent sed
etiam verebuntur. nam maximum ornamentum ami-
cicie tollit. qui ex ea tollit verecundiam. Itaque per-
niciosus est in hiis error / qui existimant libidinum

x peccatur, quod omnium iniquitatum patere licen-
tiam. Nam virtutum amicitia adiutrix a na-
tura data est, non vitiorum comes, ut quoniam so-
litaria non posset virtus ad ea que summa sunt
pervenire, coniuncta et consociata cum altera perveniret.
Quod si quos inter societas aut est aut fuit aut
futura est, eorum est habendus ad summum nature
bonum optimus beatissimusque comitatus. Hec est
inquam societas in qua omnia insunt que putant
homines expetenda: honestas, gloria, tranquil-
litas animi atque iocunditas, et cum hec adsint be-
ata vita sit et sine his esse non possit. Quod cum
optimum maximumque sit, si id volumus adipisci
virtuti opera danda est, sine qua nec amicitiam
nec ullam rem expetendam consequi possumus.
Ea vero neglecta qui sese amicos habere arbitran-
tur, tum se denique errasse sentiunt cum eos gravis
aliquis casus experiri cogit. Quocirca dicendum
est enim sepius: cum iudicaris diligere oportet, non
cum dilexeris iudicare. Sed cum multis in rebus di-
ligentia plectimur, tum maxime in amicis dili-
gendis et colendis. Preposteris enim utimur
consiliis et acta agimus, quod vetamur fieri
veteri proverbio. Nam implicati ultro et citro
vel usu diuturno vel etiam officiis, repente in
medio cursu amicitias exorta aliqua offensi-
one dirrumpimus, quo etiam magis vituperan-

da est vel maxime necessarie tamen materia.
Una est enim amicicia in rebus humanis de cuius
utilitate omnes uno ore consenciunt. quamquam
a multis virtus ipsa contempnitur et vendica-
cio quedam atque ostentacio esse dicitur. Multi
divicias despiciunt quos parvo contentos te-
nuis victus cultusque delectat. Honores vero
quorum cupiditate quidam inflammantur quam mul-
ti ita contempnunt ut nichil esse levius nichil i-
nanius existiment. Itemque cetera que quibus-
dam mirabilia videntur permulti sunt qui pro
nichilo putent. De amicicia omnes ad unum
idem senciunt. et hii qui ad rem publicam se con-
tulerunt. et hii qui rerum cognicione doctrina
delectantur. Et hii qui suum negocium gerunt
ociosi. Postremo qui se totos tradiderunt
voluptatibus sine amicicia vitam esse nullam
senciunt si modo velint aliqua ex parte libera-
liter vivere. Serpit enim nescio quomodo per om-
nium vitas amicicia nec ullam etatis degende raci-
onem patitur esse expertem sui. Quin etiam
siquis asperitate eam est et inmanitate
nature consecutus ut societatem hominum fu-
giat atque oderit qualem fuisse Athenis
Thimonem nescio quem accepimus tamen is
pati non possit ut non acquirat aliquem a-
pud quem evomat virus acerbitatis sue

8. At hoc maxime iudicaretur. si quid tale pos/
set contingere/ ut aliquis nos deus ex hac
hominum frequentia tolleret/ et in solitudine
uspiam collocaret/ atque ibi suppeditans om/
nium rerum. quas natura desiderat habundan/
ciam/ et copiam/ hominis vero omnino aspi/
ciendi potestatem eriperet/ quis tam esset
ferreus. qui eam vitam ferre posset. cuique non
auferret fructum voluptatum omnium solitu/
do. Verum ergo illud est. quod est Atha/
rentino archita ut opinor dici solitum. no/
stros senes commemorare audiui. ab aliis se/
nibus auditum/ si quis in celum ascendisset
naturamque mundi. et pulchritudinem siderum
perspexisset. insuavem illam admiracionem
sibi fore. que iocundissima fuisset. si aliquem
cui narraret habuisset. Sic natura nil so/
litarium amat. semperque ad aliquid tanquam
ad adminiculum annititur. quod in amicissimo quoque
dulcissimum est. Sed cum tot signis eadem
natura declaret. quid velit. aut quid
querat/ ac desideret. tamen absurdescimus
nescio quo modo/ nec ea que ab ea mo/
nemur audimus. Est enim varius et multiplex
usus amicicie. multe cause suspicionum et of/
fensionum dantur. quas tum evitare. tum ele/
vare. tum ferre sapientis est. Una illa sub/

levanda est offensio, ut utilitas maneat et fides retineatur. Nam et amici sepe monendi sunt et obiurgandi, et hec accipienda sunt amice, cum benivole fiunt. Sed nescio quomodo verum est, quod in andria familiaris meus Terentius dicit: obsequium amicos, veritas odium parit. Molesta siquidem est veritas, si quidem ex ea nascitur odium, quod est venenum amicitie; sed obsequium est multo molestius, quod indulgens precipitem amicum ferri sinit. Maxima autem culpa est eius, qui et veritatem aspernatur, et in fraudem obsequio impellitur. Omni igitur hac in re habenda est ratio et diligentia. Primum ut monitio acerbitate, deinde ut obiurgatio contumelia careat. In obsequio autem, quoniam terentiano verbo libenter utimur, comitas adsit; assentatio vitiorum adiutrix procul amoveatur, que non modo amico, sed nec libero quidem digna est. Aliter enim cum tyranno vivitur. Talis autem aures clause veritati sunt, ut ab amico verum audire nequeat, huius salus desperanda est. Scitum est illud Catonis proverbium: multo melius de quibusdam acerbos inimicos mereri, quam eos amicos, qui dulces videntur; illos sepe verum dicere, hos numquam. Atque illud absurdum est, quod hii qui monentur eam molestiam, quam debent capere

a. non capiunt / cum capiunt · que debent vacare /
peccasse enim se non anguntur · obiurgari mo-
leste ferunt / quod contra oportebat / delicto do-
lere / correctione gaudere. Ut igitur et monere
et moneri · omnino proprium est vere amicitie /
et alterum libere facere · non aspere · et alterum
patienter accipere / non repugnanter · sic habendum
est · nullam in amicitiis pestem esse maiorem quam
adulationem · blanditias / assentationes · quam-
vis enim multis nominibus est hoc vitium notandum
levium hominum · atque fallacium · ad voluntatem loqu-
entium omnia · nichil ad veritatem · Cum autem omni-
um rerum simulatio viciosa est · tollit enim iudicium
veri · id quod adulterat / tum amicitie repugnat ma-
xime · delet enim veritatem / sine qua nomen ami-
citie valere non potest. Nam cum vis amici-
tie sit in eo · ut unus quasi animus fiat ex plu-
ribus · qui id fieri poterit si non in uno qui-
dem quoque unus animus erit / idemque non semper
sed varius commutabilis et multiplex · Quid enim
potest esse tam flexibile / tam devium / quam animus
eius · qui ad alterius / non modo sensum · ac volun-
tatem / sed etiam vultum atque nutum convertitur ·
Negat quis / nego / ait aio / postremo imperavi
egomet omnia michi assentari ut ait idem Ter-
entius · sed ille in Gnathonis persona · loquitur
quod amicitie genus omnino levitatis est adhibere /

Multi enim gnathonum sunt similes cum sint loco
fortuna fama superiores. horum est assentatio mo-
lesta cum ad vanitatem accessit auctoritas. Secerni
autem blandus amicus a vero et internosci tam
potest adhibita diligentia quam omnia fucata
et simulata a sinceris et veris. Contio que enim ex im-
peritissimis constat tamen iudicare solet quid
intersit inter popularem id est inter assentato-
rem et levem civem et inter constantem sever-
et gravem quibus blanditiis Gayus papirius
nuper influebat in aures contionis cum ferret
legem de tribunis plebis reficiendis. dissuasimus
nos sed nichil de me de scipione dicam libentius
quanta illi dii inmortales fuit gravitas quanta
in oratione maiestas ut facile ducem romani
populi non comitem diceres sed affuistis et est
in manibus oratio. itaque lex popularis suffragi-
is populi repudiata est. atque ut ad me redeam me-
ministis Q. maximo fratre scipionis et lelio
mancinio consulibus quam popularis lex de sa-
cerdotiis Gay licinii crassi videbatur. Coop-
tatio enim collegiorum ad populi beneficium trans-
ferebatur. Atque id primus instituit in forum
versus agere cum populo. tamen illius vendi-
bilem orationem religio deorum inmortalium nobis
defendentibus facile vincebat. atque id actum est
pretorem me populi romani quinquennio ante

f

quam consul factus sum. Itaque res magis quam
summa auctoritate causa illa defensa est. Quod
si in scaena id est in contione in qua rebus fictis
et adumbratis loci plurimum est, tamen verum valet
si modo id patefactum et illustratum est quid in
amicitia fieri oportet que tota veritate perpen-
ditur. In qua nisi ut dicitur apertum pectus vi-
deas animumque tuum ostendas nichil fidum ni-
chil exploratum habeas nec amare quidem aut
amari poteris tum id quam vere fiat ignores
Quamquam ista assentatio quamvis perniciosa sit
nocere tamen nemini potest nisi ei qui eam re-
cipit atque ea delectatur. Itaque fit ut hijs asse-
ntatoribus patefaciat aures suas maxime qui
ipse sibi assentetur et se maxime ipse delectet
Omnino est amans sui virtus optime enim se
ipsa novit quamque amabilis sit intelligit ego autem
non de virtute nunc loquor sed de virtutis opinione
Virtute enim ipsa non tam multi prediti esse quam
videri volunt. Hos delectat assentatio hijs fic-
tus ad ipsorum voluntatem sermo cum adhibetur
orationem illam vanam testimonium laudum suarum
esse putant. Nulla est igitur hec amicitia
cum alter verum audire non vult alter ad menti-
endum paratus est. Nec parasitorum in comediis
assentatio faceta nobis videtur nisi essent mili-
tes gloriosi. Magnas vero gratias agere michi

thonis · satis erat respondere magnas · ingentes in- ·5·
quit · semper auget assentator id · quod is · cuius ad
voluntatem dicitur · vult esse magnum · Quamobrem
quamquam ista blanda vanitas apud eos valet
qui ipsi illam allectant sibi et invitant · tamen
etiam graviores constantioresque admonendi
sunt · ut animadvertant ne callida assentatione
capiantur · Aperte enim adulantem nemo non
videt · nisi quis admodum est excors · Callidus
enim et occultus ne se insinuet studiose cavendum
est · nec enim facillime agnoscitur · quippe qui et
adversando sepe assentetur · et litigasse se si-
mulans blandiatur · atque ad extremum det ma-
nus suas · vincique se patiatur · ut is · qui illu-
sus sit plus vidisse videatur · Quid autem tur-
pius quam illudi · quod vero ne accidat ma-
gis cavendum est · ut est illud parum si hodie
me adverseris · ante omnes comicos meos stul-
tos senes illustres · atque ut iusseris lautissime
faciam · hec enim etiam in fabulis stultissima
persona est improvidorum et credulorum senum ·
Sed nescio quo pacto ab amicitiis perfectorum hominum
id est sapientium · de hac dico sapientia · que vi-
detur in hominem cadere posse · ad leves amici-
tias defluxit oratio nostra · Quamobrem ad
illam primam redeamus · eamque ipsam conclu-
damus aliquando · Virtus inquam Gay Fanni

h. et tu · Q · muci et conciliat amicitias et con
seruat · Namque enim est conuenientia rerum in ea
stabilitas · in ea constantia · que cum se extulit
et ostendit lumen suum · et idem aspexit · agnouit
que in alio · id ad se admouet uicissimque accipit
illud · quod in altero est · ex quo exardescit siue
amor siue amicitia · utrumque enim dictum est ab
amando amare autem nichil est aliud · quam
eum ipsum diligere quem ames · nulla indigentia
nulla utilitate quesita · que tamen ipsa efflore
scit ex amicitia etiam si tu eam minus secutus
sis · Hac nos adolescentes beniuolentia senes
illos · Lelium · Paulum · Marcum · Cathonem · Ga
yum · Gallum · Publium · Nasicam · Tytum
Gracchum · scipionis nostri socerum · dileximus · Hec
etiam magis elucet inter equales · ut inter me
et scipionem · Lelium · Furium · Publium · Rutilium
Spurium Mummium · uicissim autem senes in adolescen
tium caritate acquiescimus · ut in uestra · ut in
Q · tuberonis · et quidem etiam admodum adole
scentis · Publii · Rutilii · Lelii · Virginii · fami
liaritate delector · Quoniam quidem ratio ita
composita est uite nature que nostre · ut alia e
tas oriatur · maxime quidem optandum est · ut cum
equalibus possis · quibus tamquam e carceribus emis
sus sis · cum eisdem ad calcem ut dicitur peruenire pos
sis · Sed quoniam res humane fragiles caduce

que sunt semper aliqui exquirendi sunt quos
vere diligamus et a quibus diligamur. Ca-
ritate enim benivolentiaque sublata omnis
e vita sublata est iocunditas. Michi quidem
Scipio quamquam est subito ereptus vivit
tamen semperque vivet. Virtutem enim semper
amaui illius viri que extincta non est. Nec
michi soli versatur ante oculos qui illam
semper in manibus habui, sed etiam posteris e-
rit clara et insignis. Nemo unquam animo
aut spe maiora suscipiet qui non sibi illius
memoriam atque ymaginem preponendam pu-
tet. Equidem ex omnibus rebus quas michi
aut natura aut fortuna tribuit nichil ha-
beo quod cum Scipionis amicitia possum com-
parare. In hac quidem michi de re publica
consensus, in hac rerum privatarum consilium,
in eadem requies plena oblectationis fuit. E-
go nunquam illum ne minima quidem re
offendi quod quidem senserim. Nichil enim
audivi ab eo ipso quod audire nollem. V-
na domus erat nobis, idem victus, isque com-
munis, nec solum militia sed peregrinationes
rusticationesque communes. Nam quid ego
de studiis dicam cognoscendi semper aliquid atque
discendi in quibus remoti ab oculis populi
omne ociosum tempus contrivimus. Quorum

k. rerum recordatio ac sua memoria si una
cum illo occidisset/desiderium coniunctissimi
atque amantissimi viri ferre nullo modo pos
sem. Sed neque illa extincta sunt/aluntur que
potius et augentur cogitatione et memoria
mea/ Et si illis plane orbatus essem magnum
tamen afferret michi etas ipsa solatium. Di
utius enim iam in hoc desiderio esse non pos
no. sum. Omnia autem brevia tollerabilia es
se debent/ etiam si magna sint. Hec habui de
amicitia que dicerem/ Vos autem hortor
ut ita virtutem locetis sine qua amicitia esse
non potest/ ut ea excepta nichil amicitia presta
bilius esse putetis/ Explicit liber tullii Ci
ceronis de amicicia Incipit Marci Tullii
Ciceronis maior Catho seu de senectute li
ber incipit feliciter secundum hunc modum



O Tite siquid ego adiuto curam
ve levasso. Que nunc te co
quit et versat in pectore fixa
Et quid erit premii. Licet enim michi
isdem te affari versibus At
tice/quibus affatur Flamininum
ille vir haud magna cum re
sed plenus fidei. quamquam certe scio non ut Fla
mininum sit sollicitum te Attice noctes que dies que

L.

Noui enim moderationem animi tui et equi-
tatem te q; non solum nomen athenis deportas-
se sed humanitatem et prudentiam intelligo Et
tamen suspicor isdem rebus te quibus meipsum
interdum grauius commoueri quarum consolatio
et maior est et in aliud tempus differenda
Nunc autem michi visum est de senectute aliquid
ad te conscribere Hoc enim onere quod michi
tecum commune est aut iam vrgentis aut certe
aduentantis senectutis et te et meipsum leuare
volo Et si te quidem id modice ac sapienter sicut
omnia et ferre et laturum esse certe scio
Sed michi cum de senectute vellem aliquid scri-
bere tu occurrebas dignus eo munere quo vt-
erque nostrum communiter vteretur Michi quidem ita
iocunda huius libri confectio fuit ut non modo
omnes absterserit senectutis molestias sed effe-
cerit mollem et etiam iocundam senectutem
Nunquam igitur satis digne laudari poterit philoso-
phia qui pareat omne tempus etatis sine moles-
tia possit degere Sed de ceteris et diximus
multa et sepe dicemus Hunc librum ad te de
senectute misimus Omnem autem sermonem tribu-
imus non tithono ut Aristotheus ne parum
auctoritatis esset in fabula sed Marco Ca-
thoni seni quo maiorem auctoritatem haberet
oratio Aput quem lelium et scipionem facimus

admirantes · quod is tam facile senectutem ferat
hijs eum verentem / Qui si eruditius videbitur
disputare quam consueverit in suis libris · attri-
buito hoc litteris grecis · quarum constat eum
perstudiosum fuisse in senectute / Sed quid opus
sit plura · iam enim ipsius Cathonis sermo ex-
plicabit omnem nostram de senectute sententiam
Scipio Sepe numero admirari soleo cum hoc
Gayo Lelio tum ceterarum rerum tuam excellen-
tem Marce Catho perfectamque sapientiam / tum
vel maxime quod numquam senectutem tibi gravem
esse senserim / que plerisque senibus sic odiosa
est · ut onus se ethna gravius dicant sustinere /
Catho Rem haud sane Scipio et Leli diffici-
lem admirari videmini · Quibus enim nichil
est in se ipsis opis ad bene beateque vivendum /
hijs omnis etas est gravis / Qui autem omnia
bona a se ipsis petunt · hijs nichil potest malum
videri quod nature necessitas afferat · Quo in genere
est imprimis senectus · quam ut adipiscantur
omnes exoptant / eandem accusant · adepti · Tan-
ta est stulticia inconstancia atque perversitas · Ob-
repere aiunt eam citius / quam putavissent · Pri-
mum quis cogit eos falsum putare / Qui enim ci-
tius adolescentie senectus quam pueritie ado-
lescentia obreperet · Deinde qui minus gravis esset
hijs senectus · si octingesimum annum quam oc-

tuggesimum agerent. Preterita enim etas quam-
uis longa nulla cum effluxisset consolacione
permulcere posset stultam senectutem. Quocirca
si sapientiam meam admirari soletis. que uti-
nam digna esset opinione vestra nostroque cognomine.
In hoc sumus sapientes quod naturam optimam
ducem tamquam deum sequimur et ei paremus.
A qua non verisimile est cum cetere partes eta-
tis bene descripte sint. extremum actum tamquam
ab inerti poeta esse neglectum. Sed tamen neces-
se fuit aliquid esse extremum. et tamquam in ar-
borum bachis. terreque frugibus maturitate
tempestiua quasi uictum et caducum quod feren-
dum est molliter sapienti. Quid est enim aliud
more gigantum modo bellare cum diis. nisi na-
ture repugnare. Lelius. Atqui Catho gratissimum
nobis ut etiam pro Scipione pollicear feceris.
si quod quoniam speramus et uolumus quidem certe
fieri senes. multo ante a te didicerimus. quibus
facillime racionibus ingrauescentem etatem
ferre possimus. Catho. Faciam vero Leli pre-
sertim si utrique vestrum ut dicis gratum futurum est.
Lelius. Volumus sane nisi molestum est Marce
Catho tamquam aliquam longam viam confece-
ris. quam nobis quoque ingrediendum sit. istuc quo
peruenisti videre quale sit. Faciam ut potero le-
li. Sepe enim interfui querelis equalium meorum.

pares autem cum paribus veteri proverbio facillime congregantur. Et novi ea que gayus salinator, que Gayus Albinus homines consulares nostri fere equales deplorare solebant tum quod voluptatibus carerent sine quibus vitam nullam putarent tum quod spernerentur ab hiis a quibus essent coli soliti. Qui non id videbantur michi accusare quod esset accusandum. Nam si id culpa senectutis accideret eadem michi usu venirent omnia reliquisque omnibus maioribus natu, Quorum ego multorum cognovi senectutem sine querela qui se et libidinum vinculis laxatos non moleste ferrent nec a suis despicerentur. Sed omnium huius modi querelarum in moribus culpa est non in etate. Moderati enim et non difficiles nec inhumani senes tollerabilem senectutem agunt. Importunitas autem et inhumanitas omni etati molesta est.

Lelius Est ut dicis Catho, sed fortasse dixerit quispiam tibi propter opes et copias et dignitatem tuam tollerabilem senectutem videri, id autem non posse multis contingere. Catho Est istud Leli quidem aliquid, sed nequaquam in isto sunt omnia ut Themistocles fertur Seriphio cuidam in iurgio respondisse. Cum ille dixisset eum non sua sed patrie gloria splendorem assecutum. &c

hercule inquit si ego seriphius essem ignobilis nec si tu Atheniensis esses clarus umquam fuisses. Quod eodem modo de senectute dici potest. Nec enim in summa inopia levis esse senectus non potest. Nec sapienti quidem nec insipienti etiam in summa copia gravis. Aptissima omnino sunt Scipio et leli arma senectutis artes exercitationesque virtutum que in omni etate culte cum diu multumque vixeris mirificos efferunt fructus non solum quia numquam deserunt ne extremo quidem tempore etatis. Quamquam id quidem maximum est. Verum etiam quia conscientia bene acte vite multorumque beneficiorum recordatio iocundissima est. Ego Quintum maximum eum qui Tharentum recepit senem adolescens ita dilexi ut equalem. Erat enim in illo viro comoditate condita gravitas nec senectus mores mutaverat quamquam eum colere cepi non admodum grandem natu sed tamen iam etate provectum. Anno enim post consul primum fuerat quam ego natus sum. Cumque eo quartum consule adolescentulus miles ad Capuam profectus. Quintoque anno post ad Tharentum questor deinde edilis. Quadriennio post factus sum pretor quem magistratum gessi consulibus. Tuditano et Cethego. Cum quidem ille admodum senex suasor legis Cinthie

honoribus et muneribus fuit. Hic et bella ge/
rebat ut adolescens cum plane grandis esset et
hanibalem iuueniliter exultantem paciencia
sua molliebat. De quo preclare familiaris noster
Ennius Unus homo nobis cunctando restituit
rem. non enim rumores ponebat ante salute.
Ergo magis magis que viri nunc gloria claret
Tharentum vero quia vigilancia quo consilio
recepit cum quidem me audiente Saliuatori
qui amisso opido fugerat in arcem inaniter
glorianti atque ita dicenti mea opera Quin/
te fabi tharentum recepisti certe inquit ridens
Nam nisi tu amisisses nunquam recepissem. Nec
non in armis prestancior quam in toga. Qui con/
sul iterum spurio carvillo collega quiesce/
te. Gayo flaminio tribuno plebis quoad potuit re/
stitit agrum picenetum et gallicum viritinum con
senatus auctoritatem dividenti. Augur que cum
esset dicere ausus est optimis auspiciis ea
geri que pro rei publice salute gererentur. Que
contra rem publicam ferrentur ea contra auspi/
cia ferri. Multa vero in eo viro preclara
cognovi. Sed nichil est admirabilius quam
quo ille mortem Marci filii tulit clari viri
et iam consularis. Est in manibus laudatio quam
cum legimus quem philosophum non contempnimus
Nec non ille in luce modo atque oculis civium

magnus · sed intus domique prestantior · Qui
sermo · que precepta · quantum que notitia an-
tiquitatis · scientia iuris augurii · multe etiam
ut in homine romano littere · Omnia memo-
ria tenebat · non domesticam solum · sed etiam
externa bella · cuius sermone ita cupide frue-
bar · tunc quasi iam divinarem id quod evenit
illo siquidem extincto fore unde discerem ne-
minem · Quorsum igitur hec tam multa de
maximo · quia profecto videtis nephas esse dic-
tu · miseram fuisse talem senectutem · Nec
tamen omnes possunt esse Scipiones aut ma-
ximi · ut urbium expugnationes · ut pedestres
navales ve pugnas · ut bella a se gesta · ut
triumphos recordentur · Est etiam quiete et
pure atque eleganter acte etatis placida et le-
nis senectus · Qualem platonis senectutem
qui uno et octogesimo anno scribens mor-
tuus est · Qualem se socrates qui cum librum
qui panthanaicus inscribitur · quarto et nonage-
simo anno scripsisse dicit · Vixit que quinquennium
postea · Cuius magister leonthynus Gorgias cen-
tum et septem complevit annos · Nec umquam
in suo studio atque opere cessavit · Qui cum ex
eo quereretur · cur tam diu vellet esse in vita · Nichil
inquit habeo quod accusem senectutem · Pre-
clarum responsum · et docto homine dignum

.6. Sua enim vicia insipientes et suam culpam
in senectutem transferunt quod non faciebat
is cuius modo mentionem feci Ennius. Sicut
i fortis equus spacio qui sepe supremo vicit in
olimpia nunc senio confectus quiescit. Equi
fortis et victoris senectuti comparat suam.
Quem quidem probe meminisse potestis. Anno
enim vicesimo post eius mortem hii consules
Titus flamminius et Marcus Atilius facti
sunt. Ille autem Scipione et Philippo iterum
consule mortuus est. Cum ego quinque et sexa-
ginta annos natus legem Voconiam magna
voce et bonis lateribus suasissem annos se-
ptuaginta natus tot enim vixit Ennius ita
ferebat duo que maxima putantur onera pau-
pertatem et senectutem ut eis pene delectari videretur.
.no. Etenim cum complector animo quatuor repe-
rio causas cur senectus misera videatur unam
quod avocet a rebus gerendis alteram quod corpus
faciat infirmius tertiam quod privet fere omnibus
voluptatibus Quartam quod haud procul absit
a morte. Earum si placet causarum quanta quamque sit ius-
ta una quaque videamus. A rebus gerendis Capitulum
c. prima vitupa° senectus abstrahit quibus an hiis que iuven-
tute geruntur et viribus Nulle ne igitur res
sunt seniles que vel infirmis corporibus animo tamen
administrentur Nichil ergo agebat Titus

Maximus · nichil lelius paulus pater tuus
Scipio socer optimi viri filii mei · Ceteri senes
fabricii · Curii · Coruncani · cum rem publicam
consilio et auctoritate defendebant nichil a-
gebant · Ad appii Claudii senectutem accede-
bat · etiam ut cecus esset · tamen is cum sententia
senatus inclinaret ad pacem cum pirrho fe-
dus que faciendum / non dubitavit dicere illa que
versibus · Ennius persecutus est · Quo vobis
mentes recte que stare solebant · ante hac de-
menti tendunt se flectere vium · Ceteraque gra-
vissima · Notum enim vobis carmen est · Et tamen
ipsius appii extat oratio · Atque hec ille egit se-
ptem decem annos post alterum consolatum · cum
inter duos consolatus anni decem interfuissent
censorque ante consolatum superiorem fuisset ·
Ex quo intelligitur pirrhi bello grandem sane
fuisse / et tamen sic a patribus accepimus · Ni-
chil igitur afferunt qui in re gerenda versari
senectutem negant · similes sunt · ut si quis gub-
ernatorem in navigando nichil agere dicat · cum
alii malos scandant · alii per foros cursitent
· alii sentinam exhauriant · Ille autem clavum
tenens quietus sedebat in puppi · senex non faci-
at ea que iuvenes / at non multa maiora et me-
liora facit · Non viribus / aut velocitatibus
aut celeritate corporum / res magne geruntur

v. sed consilio / auctoritate sententia. Quibus
nō modo nō orbari / sed etiam augeri senectus
solet. Nisi forte ego vobis qui et miles et
tribunus et legatus et consul versatus sū
in vario genere bellorum cessare nūc videor cū
bella non gero. At senatui que sunt gerenda
prescribo. Et quō Carthagini male iam diu
cogitanti bellum inferatur. multo anī denun-
cio. de qua vereri non ante desinam quā illā
excisam esse cognovero. quam palmam utinā
dij immortales Scipio tibi reservent. ut avi
reliquias persequare. Cuius a morte tercius hic
et tricesimus annus est. Sed memoriam illius
viri omnes excipient anni consequentes. an-
nō ante me censorem mortuus est. novem an-
nos post meū consulatū. cum simul consul
iterū me consule creatus esset. Num igitur
si ad centesimū annū vixisset senectutis eum
sue peniteret. nec enim excursione nec saltu. nec
eminus hastis / aut comminus gladiis uteretur
sed consilio. racione sententia. Que nisi es-
sent in senibus / nō summū consiliū maiores nrī
appellassent senatum. apud Lacedemonios qui-
dem hij qui amplissimū magistratum gerunt
ut sunt sic et nominant senes. Quod si lege
aut audire volueritis externa / maximas res-
publicas ab adolescentibus labefactas / esse

mnibus sustentatas et restitutas repperies. Cedo
qui vestram rempublicam tantam amisistis tam
cito. Sic enim percunctantur ut est in Nevii poe
te ludo. Responderunt et alia et hec in primis
proveniebant oratores novi stulti adolescentuli
Temeritas est videlicet florentis etatis pruden
cia senectutis. At memoria minuitur. Credo ni
eam exerceas aut etiam si sis natura tardior
Themistocles omnium civium nomina perceperat. Num
igitur eum censetis cum etate processisset qui Ari
stides esset Lisimacum salutare solitum. Equidem
non modo eos novi qui sunt sed eorum patres eti
am et avos. Nec sepultura legens vereor quod
aiunt ne memoriam perdam. His enim ipsis
legendis in memoriam redeo mortuorum. Nec quis
quam non senem audivi oblitum quo loco the
saurum obruisset. Omnia que curant meminerunt
vadimonia constituta qui sibi cui ipsi debeant
Quid iuris consulti quid pontifices quid au
gures quid philosophi senes quam multa meminerunt
Manent ingenia senibus modo permaneant studia
et industria. Neque ea solum in claris et ho
nestatis viris sed in vita etiam privata et qui
eta. Sophocles ad summam senectutem tragedi
as fecit qui propter studium cum rem familiarem
negligere videretur a filiis in iudicium vocatus
est. Ut quemadmodum nostro more male rem

a gerentibus patribus bona interdici solent. Sic
illum quasi despicientem a re familiari removerent
iudices. Tunc senex eam fabulam dicitur quam
in manibus habebat et proxime scripserat Edi
podem Coloneum recitasse iudicibus quesisse
que num illud carmen hominis dispicientis vi
deretur. quo recitato sententiis iudicum est li
beratus. Num igitur hunc. num Homerum. num
hesiodum Symonidem Stesichorum. num quos
ante dixi Socraton Gorgiam. num phylosophorum prin
cipem Pythagoram Democritum. num plato
nem Xenocraten. num Zenocratem. num postea
Zenonem Cleantem. aut eum quem etiam nos
Rome vidistis Dyogenem Stoycum cogit in
suis studiis obmutescere senectus. An in omni
bus his studiorum agitacio vite equalis fuit. A
ge ut divina studia obmittamus possum nomina
re ex agro Sabino rusticos romanos vicinos
et familiares meos. quibus absentibus numquam
fere magis ulla maiora opera fiunt. non seren
dis. non percipiendis. non condendis fructibus
quamquam in aliis minus hoc mirum est. Ne
mo enim est tam senex qui se annum non posse
vivere putet. Sed idem in hiis elaborant que
sciunt nichil ad se omnino pertinere. Serit arbo
res que alteri seculo prosunt. Ut ait Sta
cius noster in synephebis. nec vero dubitat

b.

Agricola quamvis senex sit querenti cui serat re-
spondere diis immortalibus qui me non accipere
modo hec a maioribus voluerunt sed etiam po-
steris prodere. Melius Cecilius dixit de sene
alteri seculo prospiciente quam illud idem. Ede-
pol senectus si nichil quicquam aliud vicii apor-
tes tecum cum advenenis unum id satis est quod diu vi-
vendo multa que non volt videt et multa fortas-
se que volt. Atque in ea que non volt sepe etiam
adolescencia incurrit. Lelius illud vero idem Ceci-
lius viciosius dixit. Nam equidem in senecta hoc
deputo miserrimum sentire ea etate se esse odio-
sum alteri. Catho iocundum potius quam odi-
osum. Ut enim adolescentibus bona indole pre-
ditis sapientes senes delectantur levior quod est se-
nectus eorum qui a iuventute coluntur et diligun-
sic adolescentes senum preceptis gaudent quibus
ad virtutum studia ducuntur. Nec minus intel-
ligo me vobis quam in vos esse iocundos. Sed
videtis ut senectus non modo languida atque iners
non sit verum etiam sit operosa et semper agens
aliquid et moliens tale scilicet quale cuiusque stu-
dium in superiore vita fuit. Quid qui etiam addis-
cunt aliquid ut et Solonem versibus gloriantem
videmus qui se cottidie aliquid addiscentem
dicit senem fieri ut ego feci qui litteras grecas

senex didici quasquidem sic avide arripui q(ua)si
diuturnam sitim explere cupiens · ut ea ip(s)a
michi nota essent · quibus me nu(n)c exemplis v
ti videtis · Quod cum fecisse Socratem in fidi
bus audirem · vellem equidem etiam illud
discebant enim fidibus antiqui · sed in litteris
Ne nunc Cap(itulu)m q(ua)rtu(m) · certe elaborarem
quidem desidero vires adolescentis ·
is enim erat locus alter de vicijs se
nectutis non plus quam adolescens tauri vi
res aut elephantis desiderabam · Quod est
naturale insitum hominj eo decet uti · et quicq(ui)d
agas age pro viribus · Que enim vox potest e(ss)e
contemptior quam Milonis Crothoniate · q(ui)
cum iam senex esset · athletas q(ue) se exercentes
in curriculo videret · aspexisse lacertos suos dici(tur)
illacrimans q(ue) dixisse · at hij quidem iam mor
tui sunt · Non vero tam isti q(ua)m tu ipse nuga
tor · neq(ue) enim ex te unquam es nobilitatus · sed
ex lateribus et lacertis tuis · nichil Sextus em
lius tale nichil multis annis ante Titu(m) Co
runcanius nichil m(od)o Publius Crassus a qui
bus iura civibus p(re)scribebant(ur) · quor(um) usq(ue) ad
extremum sp(iritu)m est p(ro)vecta prudentia · Orator me
tuo · ne languescat senectute · Est enim munus
eius · n(on) ingenij solum sed laterum etiam et
virium · Omnino canor(um) illud i(n) voce splendescit

2ª vitu
peratio

etiam nescio quo pacto in senectute. Quas equidem
adhuc non amisi, et videtis annos meos.
Sed tamen est decorus senis sermo quietus
et remissus, facitque persepe ipsa audientiam sibi
diserti senis composita et mitis oratio. Quam si
ipse exequi nequeas, possis tamen Scipioni precipere
et Lelio. Quid est enim iocundius senectute
stipata studiis iuventutis? An ne has quidem
vires senectuti relinquimus, ut adolescentes doceat,
instituat, ad omne officii munus instruat?
Quo quidem opere quid potest esse preclarius? Michi
vero et C. N. et P. Scipiones et avi tui
duo Lelius Emilius et P. Affricanus comitatu
nobilium iuvenum fortunati videbantur. Nec
illi bonarum artium magistri non beati putandi, quamvis
consenuerint vires atque defecerint. Et si ista
defectio virium adolescentie viciis efficitur
sepius quam senectutis. Libidinosa enim et intemperans
adolescentia effetum corpus tradit senectuti.
Cyrus quidem apud Xenophontem eo sermone
quem moriens habuit, cum admodum senex
esset, negat se unquam sensisse senectutem
suam imbecilliorem factam quam adolescentia
fuisset. Ego Lelius Metellum memini puer,
qui cum quadriennio post alterum consulatum pontifex
maximus factus esset, viginti et duos annos
ei sacerdotio prefuit, ita bonis esse viribus

extremo tempore etatis · ut adolescentiam non
inquinavit · Nichil necesse est de me ipso in
dicere quamquam est id quidem senile · etati que no-
stre conceditur · Videtis ne ut apud homerum
sepissime · Nestor de virtutibus suis predicet ·
Terciam iam etatem hominum videbat · nec erat
ei verendum · ne vera predicans de se nimis
videretur / aut insolens · aut loquax · Et enim
ut ait homerus / ex eius lingua dulcior melle
fluebat oratio · qua ad suavitatem nullis e-
gebat corporis viribus · et tamen dux ille grecie
numquam optabat ut ayacis similes decem habe-
ret · Gayus · ut · Nestoris · Quod si sibi accide-
rit / non dubitat quin brevi troya sit peritura
Sed redeo ad me · Quartum ago annum et octua-
gesimum · vellem equidem id posse gloriari quod
Cyrus · Sed tamen hoc queo dicere · non me qui-
dem hiis esse viribus · quibus aut miles bel-
lo punico / aut questor eodem bello · aut consul
in hyspania fuerim · aut quadriennio post cum
tribunus militaris depugnavi apud Ther-
mophilos · Marco · Atilio · Glabrione · consule
Sed tamen ut vos videtis · non plane me ener-
vavit / neque afflixit senectus · non curia vires
meas desiderat · non rostra non amici · non clien-
tes · non parentes · non hospites · Nec enim
umquam sum assensus veteri illi laudatoque

proverbio · quod monet te mature fieri senem
si diu velis senex esse · Ego vero me minus diu
senem esse mallem · quam esse senem antequam essem
Ista nemo adhuc me convenire voluit · quin fue-
rim occupatus · At minus habeo virium quam vestrum
utervis · Ne vos quidem · T. ponti · Centu-
rionis vires habetis · num idcirco est ille pre-
stantior / Moderatio vero virium adsit / et tantum
quantum potest quisque nitatur · ne ille magno deside-
rio tenebitur virium · Olympie per stadium ingres-
sus est / Milo dicitur cum humeris sustineret bo-
vem vivum · Utrum igitur has corporis an pytha-
gore tibi malis ingenii vires dari · Denique is-
to bono utare dum adsit · cum absit ne requiras
nisi forte adolescentes pueritiam paululum etate
progressi / adolescentiam debent requirere · Cursus
est certus etatis · et una via nature / eaque simplex
Suaque cuique parti temperitas etatis est data
Ut enim infirmitas puerorum / et ferocitas iuvenum
etiam que gravitas iam constantis etatis · sic senec-
tus maturitas · naturale quoddam habet quod suo
tempore percipi debeat · Audisse te arbitror Scipio
hospes tuus habitus Massinissa que faciat ho-
die nonaginta natus annos · cum ingressus iter
pedibus sit · in equum omnino non ascendere · cum autem
equo · ex equo non descendere / nullo imbre · nullo
frigore adduci / ut capite operto / sic summam esse

f

ineos corporis necessitatem. Ista q3 omnia exequi
regis officia et munera. Potest igr exercitatio
et temperantia etiam in senectute conservare aliqd
pristini roboris. Non desenectute vires nec
postulent quid vires a senectute. Ergo et legi
bus et institutis vacat etas nostra muneribus
hiis que non possunt sine viribus sustineri. Ista q3
non modo qd possumus. sed ne qntum possumus
quidem cogimur. At multi sunt ita imbecilles
senes. ut nullum offi aut omnino vite munus ex
equi possint. At id quidem non proprium senectutis
vicium e sed commune valitudinis. Quam fuit im
becillus. P. Affricani filius is qui te adop
tavit. quam tenui et nulla potius valitudine. Q
ni ita fuisset alterum illud extitisset lumen civi
tatis. Ad paternam em magnitudinem animi doc
trina uberior accesserat. Quid mirum igr in seni
bus si infirmi sint aliquando. cum id ne adolesce
tes quidem effugere possint. Resistendum Leli
et Scipio senectuti est. eius q3 vicia diligentia
compescenda sunt. Pugnandum namq3 tamq
contra morbum. sic contra senectutem habenda ratio
valitudinis. Utendum exercitationibus modicis.
Tm cibi et potus adhibendum. ut reficiant vires
non opprimant. Nec vero corpori solum subve
niendum e sed menti atq animo multo magis.
Nam hec quoq nisi tamquam lumini oleum

instilles · extinguntur senectute · et corpora qui
dem exercitationum defatigatione ingrauescunt
Animi vero sese exercendo leuantur. Nam
quos ait Cecilius comicus stultos senes hos
significat credulos obliuiosos dissolutos · que
vicia non sunt senectutis · sed inhertis ignaue
sompniculose senectutis · Vt petulancia · ut
libido magis est adolescentium · quam senum · nec
tamen omnium adolescentium · sed non proborum
Sic ista senilis stulticia · que deliratio appel
lari solet · senum leuium est non omnium · Qua
tuor robustos filios · quinque filias · tantam do
mum · tantas clientelas · Appius regebat et ce
cus et senex · intentum enim animum tamquam ar
cum habebat · nec languescens succumbebat
senectuti · Tenebat enim non modo auctoritatem
sed etiam imperium in suos · Metuebant serui
verebantur liberi · carum omnes habebant ·
Vigebat in illa domo patrius et disciplina
Ita enim senectus honesta est · si se ipsa de
fendit · si ius suum retinet · si nemini manci
pata est · si usque ad ultimum spiritum dominatur
in suos · Vt enim adolescentem in quo seni
le aliquid est senem in quo est aliquid ado
lescentis probo · quod qui sequetur corpore
senex esse poterit · animo numquam erit · Septi
mus mihi liber originum est in manibus · omnia

antiquitatis monumenta colligo. Causarum
illustrium quascumque defendi nunc quia ma
xime conficio orationes. Ius augurum ponti
ficum civile tracto. multum etiam grecis
litteris utor. Pithagoreorumque more exer
cende memorie gratia. quid quo die dixerim
audierim. egerim commemoro vesperi. Hec
sunt exercitationes ingenii. hec curricula men
tis in his desudans atque elaborans corporis
vires non magnopere desidero. Adsum ami
cis. venio in senatum frequens. ultro que affe
ro res multum et diu cogitatas. easque tueor
animi non corporis viribus. Que si exequi
nequirem. tamen me lectulus meus oblectaret
ea ipsa cogitantem. que iam agere non possem
Sed ut possim facit acta vita. Semper enim in his
studiis laboribusque viventi non intelligitur
quando obrepat senectus. Ita sensim sine
sensu etas senescit. nec subito frangitur. sed
diuturnitate extinguitur. Sequitur tertia vituperatio
senectutis quod eam carere dicunt voluptatibus

O preclarum munus etatis siquidem id aufert a nobis quod est in a Cap
dolescentia vitiosissimum. Acci viii
pite enim optimi adolescentes veterem ora
tionem. Archite Tharentini magni in primis
et preclari viri que michi tradita est. cum esse

adolescens tarenti cum quinto maximo. Nul- k.
lam capitaliorem pestem quam voluptatem
corporis hominibus dicebat a natura datam
Cuius voluptatis avide libidines temere et
effrenate adoptandum et adpotiendum in-
citarentur. Hinc patrie prodiciones. hinc
rerum publice eversiones. hinc cum hostibus
clandestina colloquia nasci. nullum denique sce-
lus. nullum malum facinus esse. Ad quod
suscipiendum non libido voluptatum impelleret
Stupra vero et adulteria. et omne tale fla-
gicium nullis aliis illecebris excitari nisi vo-
luptatis. Cumque homini sive natura sive quis
deus nichil mente prestabilius dedisset. huic
divino muneri atque dono nichil esse tam in-
imicum quam voluptatem. Nec enim li-
bidine dominante temperancie locum esse Nec
omnino in voluptatis regno virtutem posse
consistere. Quod quo magis intelligi posset
fingere animo iubebat tanta incitatum ali-
quem voluptate corporis. quanta percipi pos-
set maxima. Nemini censebat fore dubium
quin tam diu dum ita gauderet. nichil agi-
tare mente vel racione vel cogitatione conse-
qui posset. Quocirca nichil esse tam detes-
tabile tamque pestiferum quam voluptatem. Si-
quidem ea cum maior esset atque longinquior

l.

omne animi lumen extingueret. Hec cum C. Pon-
tio Samnite patre eius a quo Caudino prelio
Spurius Posthumius T. Veturius consules
superati sunt locutum architam ne archius te-
rentinus hospes noster populi ro. permanserat
se a maioribus natu accepisse dicebat. cum quidem
ei sermone interfuisset platho atheniensis. quem
tharentum venisse Lelio Emilio Appio Clau-
dio consulibus reperio. Quorsum hec ut intel-
ligamus si aspernari voluptatem racione et sapi-
encia non possemus. magnam habendam senec-
tuti graciam que efficeret ut id non liberet quod
non oporteret. Impedit enim consilium volup-
tas racioni inimica ac mentis ut ita dicam pre-
stringit oculos. nec habet ullum cum virtute co-
mercium. Invitus feci ut fortissimi viri T. fla-
minij fratrem Lelium flaminium e senatu eicerem se-
ptem annis postquam consul fuisset. Sed nota-
dam putavi libidinem insignem. Ille enim cum
esset consul in Gallia exhortatus in convivio
a scorto est ut securi feriret aliquem eorum
qui in vinculis essent dampnati capitalis rei
hic Tyto fratre suo censore. qui proximus ante
me fuerat elapsus est. Michi vero et flacco
ne unquam probari potuit. tam flagiciosa et tam
perdita libido. que cum probro coniungeret imperij
dedecus. Sepe audivi a maioribus natu. qui se

porro pueros a senibus audisse dicebat mirari
solitum C. Fabricium quod cum apud Pirrum regem
legatus esset audisse a Thesallo civem esse quen-
dam athenis qui se sapientem profiteretur eumque
dicere omnia que faceremus ad voluptatem esse
referenda. Quod ereo audientes M. Curium
et T. Corruncanium optare solitos ut id Samni-
tibus ipsique Pirro persuaderent ut facilius vin-
ci possent cum se voluptatibus vixerint. M. Cu-
rius cum P. decio qui quinquennio ante eum
consulem se pro re publica quarto consulatu
devoverat. Norat eundem fabricius norat
Cornucanius qui cum ex sua vita tum ex eius
quidem dicti P. decii facto iudicabant esse per-
fecto aliquid in natura pulchrum atque precla-
rum quod sua sponte peteretur quodque spreta
et contempta voluptate optimus quisque sequeretur.
Quorsum igitur tam multa de voluptate quia
non modo vituperatio nulla sed etiam summa
laus senectutis est quod ea voluptates nullas
magnopere desiderat. Caret epulis extructisque
mensis et frequentibus poculis. Caret ergo
vinolentia et cruditate et insompniis. Sed si a-
liquid dandum est voluptati quoniam eius blandi-
ciis non facile obsistimus. Divine enim plato
escam malorum appellat voluptatem quod ea vide-
licet homines capiuntur ut hamo pisces. Quam

quam imoderatis epulis caret senectus · modicis
tamen conviviis delectari potest · C · duillium marci
filium · qui poenos primus classe devicerat re-
deuntem a cena · senem sepe videbam puer/ delec-
tabatur cerbro funali et tybitine/ que sibi nullo
exemplo privatus sumpserat · tantum licencie da-
bat gloria · Sed quid ego alios · ad me ipsum revertar
Primum habui semper sodales · Sodalitates autem
me questore constitute sunt · sacris ydeis magne
matris acceptis / Epulabar igitur cum sodalibus omnino
modice · Sed erat quidam fervor etatis quo pro-
grediente omnia fiunt eciam indies miciora · Ne-
que enim ipsorum conviviorum delectacionem volupta-
tibus corporis / magis quam cetu amicorum · et ser-
monibus metiebar · Bene enim maiores nostri
accubitacionem epularum amicorum · quia vite coniuncti-
onem haberet · convivium nominaverunt / melius quam
greci · qui hoc idem tum compotacionem tum con-
cenacionem vocant · Ut quod in eo genere minimum
est · id maxime probare videantur · Ego vero propter
sermonis delectacionem / tempestivis conviviis
quoque delector · nec cum equalibus solum · qui pau-
ci admodum restant · sed cum vestra eciam etate
atque vobiscum habeo quoque senectutis magnam
graciam · que michi sermonis aviditatem auxit /
potionis et cibi sustulit · Quod si quem eciam ista
delectant · ne omnino bellum indixisse videar

voluptati / cuius est fortasse quidam naturalis
motus / non intelligo ne inmunes quidem volup
tatibus ipsis carere sensu senectutem. Me vero
et magisteria delectant a maioribus instituta /
et is sermo qui more maiorum a summo magistro
adhibetur in poculo et pocula · sicut in sympho
sio xenofontis est contra minuta · atque rora
nta delectant me et refrigeratio estate et vicis
sim aut sol. aut ignis hibernus / que quidem
in locis etiam Sabinis persequi soleo / Conviui
um quoque vicinorum quottidie compleo. quod ad mul
tam noctem quam maxime possumus vario ser
mone producimus. At non est voluptatum tan
ta i iuuenibus quasi titillatio in senibus credo /
sed ne desideratio quidem. Nichil autem est
molestum. quod non desideres. Bene Sopho
cles cum ex eo quidam iam affecto etate que
reret. Uteretur ne rebus veneriis · nec ne. Di
meliora inquit. Ego libenter uero istinc sic
a domino agresti ac furioso profugi. Cupi
dis enim rerum talium odiosum fortasse et mo
lestum est carere. Saciatis vero et expletis
iocundius est carere / quam frui / quamquam
non caret is qui desiderat. Ergo hoc non de
siderare / dico iocundius. Quod si istis volup
tatibus bona etas fruitur / libentius primum
parvulis fruitur rebus ut diximus. Deinde

his quibus etiam senectus si non habunde potitur
non omnino caret turpitudine ambiuius magis
delectatur qui in prima cavea spectat. Delectatur
tamen etiam qui in ultima. Sic adolescentia vo-
luptates prope intuens magis fortasse letatur
Sed delectatur etiam senectus procul eas spectans
tantum quantum satis est. At illa quanti sunt que
delectant animum tamquam emeritis stipendiis
libidinis ambicionis contencionum inimiciciarum
cupiditatum omnium secum esse secumque ut di-
vivere. Si vero habet aliquid tamquam pabuli
studii atque doctrine nichil est ociosa senectute
iocundius. Mori videbamus in studio dime-
tiendi pene celi atque terre Gallum familiarem
patris tui Scipio quociens illum lux noctu ali-
quid describere ingressum quociens nox oppressit
cum mane cepisset quam delectabant eum defec-
tiones solis et lune multo ante nobis predicere
Quid in levioribus studiis sed tamen acutis quam
gaudebat bello suo punico nevius quam trucu-
lento plautus quam pseudulo. Vidi etiam se-
nem livium qui cum septem annis antequam ego
natus sum fabulam docuisset centone tu di-
tanoque consulibus usque ad adolescentiam meam
processit etate. Quid de publio licinio cras-
si et pontificii et civilis iuris studio loquar
aut de huius P. Scipionis qui his paucis di-

Crassus pontifex maximus factus est. Atque eos
omnes quos commemoravi hiis studiis flagran-
tes senes vidimus. M. vero Cethegum quem
recte sua demedulla dixit. Ennius quanto stu-
dio exerceri in dicendo videbamus etiam senem.
Que sunt igitur epularum aut ludorum aut scortorum
voluptates cum hiis voluptatibus comparande.
Atque hec sunt quidem studia doctrine que quidem
prudentibus et bene institutis pariter cum etate
crescunt. Ut honestum illud Solonis sit quod
ait versiculo quodam ut ante dixi senescere se
multa in dies addiscentem qua voluptate animi
nulla certe potest esse maior. Se. capitulum vi

NEnio nunc ad voluptates agricolarum
quibus ego incredibiliter delector que
nec ulla impediuntur senectute et mihi
ad sapientis vitam proxime videntur accedere.
Habent enim rationem cum terra que numquam
recusat imperium nec umquam sine usura red-
dit quod accepit sed alias minore plerumque
maiore cum fenore. Quamquam me quidem
non fructus modo sed etiam ipsius terre vis ac
natura delectat que cum gremio mollito et
subacto sparsum semen excepit. Primum id
occecatum cohibet ex quo occatio que hoc effi-
cit nominata est. Deinde tepefactum vapore
et compressu suo diffindit et elicit erbescen-

tem ex eo viriditatem que enixa fibris stirpium
sensim adolescit culmo erecta geniculato va-
ginis iam quasi pubescens includitur. e qui-
bus cum emersit fundit frugem spice ordine
structam et contra avium minorum morsus munit
vallo aristarum. Quid ergo vitium ortus satus
incrementa commemorem. satiari delectatione non
possum. ut mee senectutis requiem oblectamen-
tumque noscatis. Omitto enim vim ipsam omni-
um que generantur e terra. que ex fici tantulo
grano aut ex acino vinacio aut ex ceteri-
arum frugum aut stirpium minutissimis semini-
bus tantos truncos ramosque procreet. Mal-
leoli plante. sarmenta. radices. vites propa-
gines nonne ea efficiunt ut quemvis cum admi-
ratione delectent. Vitis quidem que natura
caduca est. et nisi fulta est. fertur ad terram.
Eadem ut se erigat claviculis suis quasi manibus
quicquid est nacta complectitur. quam serpentem
multiplici lapsu et erratico ferro amputans
cohercet ars agricolarum ne silvescat sarmen-
tis. et in omnes partes nimia fundatur. Itaque
ineunte vere in his que relicte sunt existit
tamquam ad articulos sarmentorum ea que gem-
ma dicitur. a qua oriens uva sese ostendit.
que et suco terre et calore solis augescens
primum est peracerba gustatu. deinde maturata

dulcescit. Vestitaque pampinis nec modi- 6
co tempore caret et nimios solis defendit ardo-
res. Qua quid potest esse cum fructu letius, tum
aspectu pulchrius. Cuius quidem non utilitas
me solum ut ante dixi sed etiam cultura et ipsa
natura delectat. Adminiculorum ordines ca-
pitum iugatio, religatio et propagatio vi-
tium sarmentorum et ea quam dixi aliorum am-
putatio aliorum immissio. Quid ergo irrigatio-
nes, quid fossiones agri repastinationesque
proferam quibus fit multo terra fecundior.
Quid de utilitate loquar stercorandi. Dixi
in eo libro quem de rebus rusticis scripsi de
qua doctus Hesiodus ne verbum quidem
fecit cum de cultura agri scriberet. At Ho-
merus qui multis ut michi videtur ante se-
culis fuit Laertem lenientem desiderium quod
capiebat e filio colentem agrum et eum ster-
corantem facit. Nec vero segetibus solum
et pratis et vineis et arbustis res rustice
lete sunt sed etiam ortis et pomariis tum
pecudum pastu tum apium examinibus florum
omnium varietate. Nec consitiones modo de-
lectant sed etiam insitiones quibus nichil in-
venit agricultura sollertius. Possum persequi
permulta oblectamenta rerum rusticarum sed
ea ipsa que dixi fuisse sentio longiora. Ignos-

factus autem iam et studiis rerum rusticarum
provectus sum et senectus est natura loqua-
cior ne ab omnibus eam vitiis videatur vendi-
care. Ergo in hac vita M. Curius cum de sa-
mnitibus de Sabinis de pirrho triumphasset con-
sumpsit extremum tempus etatis. Cuius quidem
ego villam contemplatus. Abest enim non
longe a me. admirari satis non possum. Vel
hominis ipsius continenciam vel temporum disci-
plinam. Curio ad focum sedenti magnum auri
pondus samnites cum attulissent repudiati sunt
Non enim aurum habere preclarum sibi videri
dixit. sed his qui aurum habent imperare. Po-
terant ne tantus animus non iocundam efficere
senectutem. Sed venio ad agricolas ne a me
ipso recedam. In agris erant tunc senatores
id est senes. Siquidem aranti lelio quinto
cincinato nunciatum est eum dictatorem esse fac-
tum. cuius dictatoris iussu magister equitum C.
Servilius Alanus spurium melium regnum
appetentem occupatum interemit. A villa tunc
in senatum accersebantur et Curius et ceteri
senes. Ex quo qui eos accersebant viatores no-
minati sunt. Num igitur eorum senectus
miserabilis erat qui se agri cultione oblec-
tabantur. Mea quidem sententia haud scio
an nulla beatior possit esse vita. neque solum

officio quod hominum generi universo cultura agro-
rum est salutaris, sed etiam delectatione quam
dixi et saturitate copia que rerum omnium que ad
victum hominum ad cultum etiam deorum pertinet
Et quoniam hec quidam desiderant, in gratiam iam
cum voluntate redeamus. Semper enim boni et as-
sidui que domini referta cellaria vinaria mel-
laria olearia etiam penaria est villa que tota
locuplex est habundat porco edo agno gallina
lacte caseo melle. Nam ortum ipsi agricole suc-
cidiam appellant alteram. Condiciora facit hec
super vacanei etiam operis aucupium atque vena-
cio. Quid de pratorum viriditate aut arborum or-
dinibus aut vinearum olivetorum ve specie plura
dicam brevi precidam. Agro bene culto nihil
potest esse nec usu uberius nec specie ornatius
ad quem fruendum non modo retardat verum e-
tiam mutat atque allectat senectus. Ubi enim
potest illa etas calescere melius aut aperta-
cione vel igni aut vicissim umbris aquis ve
refrigerari salubrius. Sibi habeant igitur arma sibi
equos sibi hastas sibi clavam et pilam sibi na-
taciones atque cursus. Nobis senibus ex lusi-
onibus multis talos relinquant et tesseras. Id
ipsum utrum libebit quoniam sine hiis beata esse senectus
potest. Multas ad res perutiles Xenofontis li-
bri sunt quos legite queso studiose ut facitis

x

quam copiose ab eo agricultura laudatur in eo libro qui est de re tuenda familiari qui oeconomicus inscribitur. Atque etiam ut intelligatis nichil ei tam regale videri quam studium agri colendi Socrates in eo libro loquitur cum Critobolo. Cyrum minorem persarum regem prestanti ingenio virum atque imperii gloria cum Lisander lacedemonius vir summa virtute venisset ad eum sardis et ei que dona a sociis attulisset et ceteris in rebus communem Lysandrum atque humanum fuisse et ei quendam conseptum agrum diligenter consitum ostendisse. Cum enim admiraretur Lysander et proceritates arborum et directos et in quinquencem ordines et humum subactam atque puram et suavitatem odorum que afflarentur e floribus tunc eum dixisse mirari se non modo diligentiam sed etiam sollertiam eius a quo essent illa dimensa atque descripta et ei Cyrum rendisse. Atque ego ista sum omnia dimensus mei sunt ordines mea descriptio multe etiam istarum arborum manu mea sunt sate. tunc Lysandrum intuentem purpuram eius et nitorem corporis ornatum que persicum multo auro multis que gemmis dixisse. Recte vero Cyre beatum te ferunt quoniam virtuti tue fortuna coniuncta est. Hac igitur frui licet senibus nec etas impedit quo minus et ceterarum rerum et in primis agri colendi

lendi studia teneamus usque adultimum tempus
senectutis. M. quidem valerium Corvinum acce
pimus adcentesimum annum perduxisse. Cum esset
iam exacta etate in agris eos que coleret. Cuius inter
primum et sextum consulatum sex et quadraginta
anni interfuerunt. Ita quantum spacium etatis ma
iores nostri ad senectutis initium esse voluerunt tan
tus illi cursus honorum fuit. Atque huius extrema
etas hoc beatior quam media quia auctoritatis plus
habebat laboris minus. Apex est senectutis
auctoritas quanta fuit in lucio Cecilio metel
lo quanta in A. Atilio Calatino in quem illud elo
gium unicum plurime consenciunt gentes dictum
populi primatum fuisse virum. Notum est car
men incisum in sepulcro. Iure igitur gravis cuius
de laudibus omnium esset fama consentiens. Quem
virum nuper P. Crassum pontificem maximum
quem postea M. lepidum eodem sacerdocio predi
tum vidimus. Quid de paulo et Affricano lo
quar aut iam ante de maximo. Quorum non ante
in sententia solum. sed etiam in nutu residebat
auctoritas. Habet presertim honorata senectus
tantam auctoritatem ut ea pluris sit quam omnes
adolescencie voluptates. Sed in omni oratione me
eam senectutem laudare que fundamentis ado
lescencie constituta sit. Ex quo efficitur id quod ego
magno quondam cum assensu omnium dixi mise

b. tiam esse senectutem · que se oratione defendet
Non tam nec ruge repetente auctoritate auf/
ferre possint · sed honeste acta superior etas
fructus capit auctoritatis extremos · Hec enim
ipsa sunt honorabilia que videntur esse levia atque
communia salutari · appeti · recedi · assurgi · dedu/
ci · reduci · consuli · que et apud nos et in aliis ci/
vitatibus · ut queque optime morata / ita dilige/
tissime observantur · Lysandrum lacedemonium
cuius modo feci mencionem · dicere aiunt solitum / la/
cedemonie esse honestissimum domicilium senectutis
Nusquam enim tantum tribuitur etati · nusquam
est senectus honoracior / cum etiam memorie
proditum est / Cum athenis in ludis in theatrum
grandis natu venisset in magno consensu loco
ei nusquam datum a suis civibus · Cum autem
ad lacedemonios accessisset qui legati cum essent
certo in loco consederant / consurrexisse omnes
illi dicuntur et senem sessum recepisse · Quibus
cum a cuncto consessu plausus esset multiplex
datus · memorie traditum est dixisse ex hiis quen
dam / athenienses scire que recta essent · sed fa/
cere nolle · Multa in nostro collegio preclara
sunt · Sed hoc de quo agimus in primis · quod ut quis
que etate antecedit / ita sententie principatum tene
at · neque solum honorem antecedentibus · sed etiam
hiis qui cum imperio sunt maiores natu augures

anteponit. Que sunt igitur voluptates corporis c
cum auctoritatis premiis comparande. quibus qui
splendide usi sunt. hii michi videntur fabulam e-
tatis peregisse nec tamquam inexercitati hystriones
in extremo actu corruisse. Aut sunt morosi et
anxii et iracundi et difficiles senes. Si querimus
etiam avari. Sed hec morum vicia sunt non senectu-
tis. At morositas tamen et ea vicia que dixi habent
aliquid excusationis non illius quidem iuste
sed que probari posse videatur. Contempni se
putant despici illudi. preterea in fragili corpore
odiosa est omnis offensio. Que tamen omnia dulci-
ora fiunt et moribus bonis et artibus. Id tum
in vita tum in scena intelligi potest ex hiis fratribus
qui in adelphis sunt. quanta in altero diritas. in
altero comitas. Sic se res habet. ut enim non om-
ne vinum. sic non omnis etas nature vetustate con-
cescit. Severitatem in senectute probo et eam sic
modicam acerbitatem nullo modo. Avaricia vero
senilis quid sibi velit non intelligo. Potest enim
quicquam esse absurdius. quam quo minus vie
restet eo plus viatici querere. Quarta restat
causa que maxime angere atque sollicitam
habere nostram etatem videtur appropinquatio mortis
que certe a senectute non potest longe abesse.

O miserum senem qui mortem contem- d.
nendam esse in tam longa etate non vide-

vit· que aut plane negligenda est· si omnino
extinguit animum / aut etiam optanda· si aliquo
eum deducit / ubi futurus sit eternus· Atqui
tertium certe nichil inveniri potest· Quid igitur
timeam / si aut non miser post mortem / aut be-
atus sum etiam futurus· Quamquam quis est
tam stultus quamvis sit adolescens / cui sit explo-
ratum se ad vesperum esse victurum· Quin etiam
etas illa multo plures / quam nostra mortis ca-
sus habet· Facilius incidunt in morbos adolescen-
tes / gravius egrotant· tristius curantur· Itaque
pauci veniunt ad senectutem / quod nisi ita accideret
melius et prudentius viveret· Mens enim et
ratio et consilium in senibus est / qui si nulli fuis-
sent· nulle omnino civitates fuissent· Quod est·
Sed redeo ad mortem impendentem· Quod est
illud crimen senectutis / cum id videatis / cum ado-
lescentia esse commune· Sensi ego cum in optimo
filio meo· tu in expectatis ad amplissimam dig-
nitatem fratribus tuis Scipio / mortem omni
etati esse communem· At sperat adolescens diu
se victurum / quod sperare idem senex non potest
At si sperat insipienter sperat· Quid enim est stul-
tius· quam incerta pro certis habere· falsa pro
veris· Senex vero quod speret / quidem habet· At est
eo meliore condicione quam adolescens· cum id quod
ille sperat· hic consecutus est· Ille vult diu vi-

f

uere : hic diu vixit. Quamquam o dii boni quid
est in hominis vita diu. da enim supremum tempus. Ex
pectemus thartesiorum regis etatem. fuit enim ut
scriptum esse video. Agarthonius quidam gadita
nus qui octoginta regnavit annos centum et
viginti vixerat. Sed michi ne diuturnum quicquam
videtur in quo est aliquid extremum. Cum enim id
advenit extremum tunc id quod preterit effluxit. tantum
remanet quod virtute et recte factis consecutus
sis. Hore quidem cedunt et dies et menses et
anni nec preteritum tempus umquam revertitur. ut quod
sequatur sciri potest. Quod cuique temporis ad
vivendum datur eo debet esse contentus. Nec
enim hystrioni ut placeat peragenda est fabula
modo in quocumque fuit actu probetur. neque sapienti
usque plaudite vivendum est. Breve enim tempus e
tatis satis longum est ad bene beate que vivendum
Sin processeris longius non magis dolendum est
quam agricole dolent. Preterita vero tem
poris suavitate estatem autumpnum que venisse. Ver
enim tamquam adolescentiam significat ostendit
que fructus futuros. Reliqua tempora demeten
dis fructibus et percipiendis accomodata sunt. Fru
ctus autem senectutis est ut sepe dixi ante par
torum bonorum memoria et copia. Omnia vero que
secundum naturam fiunt sunt habenda in bonis.
Quid est autem tam secundum naturam quam senibus

emori. Quod idem contingit adolescentibus ad
uersitate et repugnante natura. Ita quod adole
scentes michi emori sic videntur ut cum aque
multitudine flamme vis opprimitur. Senex autem
sicut sua sponte nulla adhibita vi consumptus
ignis extinguitur. Et quasi poma ex arboribus
si sunt cruda vi auelluntur si matura et cocta
decidunt. Sic vitam adolescentibus vis aufert
senibus autem maturitas. Que quidem michi
tam iocunda est ut quo propius accedo ad mor
tem quasi terram videre videar aliquando et in
portum ex longa nauigatione esse venturus. Sene
ctutis autem nullus est certus terminus. Recte
que in ea viuitur quoad munus officii exequi
et tueri possis et tamen mortem contempnere. Ex quo
fit ut animosior et senectus sit quam adolescen
tia et fortior. Hoc illud est quod pisistrato ty
ranno a Solone responsum est cum illi querenti qua
tandem spe fretus sibi tam audacter obsisteret
respondit senectute. Sed viuendi est finis optimus
cum integra mente certis que sensibus opus
ipsa suum eadem que coagmentauit natura dis
soluit. Ut nauem ut edificium idem destruit
facillime qui construxit. Sic hominem eadem op
time que conglutinauit natura dissoluit. Nam
omnis conglutinatio recens egre inueterata fa
cillime diuellitur. Ita fit ut illud breue vite

reliquum nec auide appetendum senibus nec sine h.
causa deserendum sit. Vetat pytagoras iniussu
imperatoris id est dei idem fieri scilicet de presidio
et statione vite decedere. Solonis quidem sapi
entis eulogium est quo se negat velle suam mor
tem dolore amicorum et lamentis vacare. Vult cre
do se esse carus suis. Sed haud scio an melius
Ennius dicat. Nemo me lacrimis decoret ne
funera fletu faxit. Non censet Ennius lu
gendam esse mortem quam immortalitas conseq
tur. Nam sensus moriendi si aliquis esse potest
usque ad exiguum tempus durat presertim seni.
Post mortem quidem sensus aut optimus aut
nullus est. Sed meditatum hoc ab adolescentia de
esse mortem ut negligamus sine qua meditati
one tranquillo esse animo nemo potest. Morien
dum enim certe est et id incertum an eo ipso die.
Mortem igitur omnibus horis impendentem timens
quis potest animo consistere. De qua non ita lon
ga disputatione opus esse videtur cum recorder
non timuisse mortem Lelius. Brutum qui in li
beranda patria est interfectus non duos decios
qui ad voluntariam mortem equorum cursu incita
uerunt. Non Marcum Attilium qui ad supplicium
est profectus ut fidem hosti datam conseruaret.
Non duos Scipiones qui iter penis vel corpori
bus suis obstruere voluerunt. Non avum tuum

Lelius Paulum qui morte sua luit college
in Cathinensi ignominia temeritatem. Quid
M. marcellum cuius corpus interitum nec cru-
delissimus quidem hostis honore sepulture
passus est. Sed legiones nostras quas scripsi in
originibus in eum locum sepe profectus alacri
animo et erecto. Unde se numquam redituras
arbitrarentur. Quod igitur adolescentes et hii
quidem non solum indocti sed etiam rustici
contempnunt id docti senes extimescent. Omnino
quidem ut michi videtur rerum omnium sacie-
tas vite facit sacietatem. Sunt pueritie certa stu-
dia. num igitur ea desiderant adolescentes. Sunt
et ineuntis adolescentie. num constans ea iam
requirit etas que media dicitur. Sunt eius
etatis ne ea quidem queruntur a senectute. Sunt
extrema studia quedam senectutis. Ergo ut
superiorum etatum studia occidunt sic etiam se-
nectutis. Quod cum evenit sacietas vite tem-
pus futurum mortis affert. Equidem non video
cur quid ipse senciam de morte non audeo vo-
bis dicere. Quod eo cernam melius michi
videtur quod ab ea propius absum. Ego ve-
stros patres P. scipio tuque o leli viros cla-
rissimos michi et amantissimos vivere arbi-
tror et eam quidem vitam que est sola vita
numeranda. Nam dum sumus inclusi

k

in his compagibus corporis munere quodam
necessitatis et gravi opere perfungimur. Est enim
animus celestis ex altissimo domicilio depressus
et quasi demersus in terram id est divine nature
eternitatique contrarium. Sed credo deos immortales
sparsisse animos in corpore humano ut essent
qui terram intuerentur quique celestium ordinem
contemplarentur imitarentur eum vite modo atque
constantia. Nec me solum ratio ac disputa
tio impulit ut ita crederem sed etiam nobili
tas summorum philosophorum et auctoritas. Audiebam
pythagoram pythagoreos incolas pene nostros
qui essent ytalici philosophi quondam nominati numquam
dubitasse quin ex universa mente divina deli
batos animos haberemus. Demonstrabantur
michi preterea que Socrates supremo vite die
de immortalitate animorum disseruisset is qui esset
sapientissimus appollinis oraculo iudicatus.
Quid multa sic michi persuasi sic sentio
cum tanta celeritas animorum sit tanta memo
ria preteritorum futurorumque prudentia tot ar
tes tante sciencie tot virtutes tot inventa
non posse eam naturam que res ipsas conti
neat esse mortalem. Cumque semper animus
agitetur nec principium motus habeat quia
ipse se moveat nec finem quidem habiturum mo
tus esse quia numquam se ipse sit relicturus

.l. Quia cum simplex animi natura esset nec ha-
beret in se quicquam admixtum dispar sui atque dis-
simile non posse eum dividi. Quod non posset
non posse interire. Magnoque argumento esse ho-
mines scire pleraque antequam nati sint quod iam
pueri cum artes difficiles discant ita celeriter
res innumerabiles arripiant ut eas non tunc primum
accipere videantur sed reminisci et recordari.
Hec plathonis sunt fere. apud xenofontem mo-
riens. Cyrus maior hec dicit. Nolite arbitra-
ri. O michi carissimi filij me cum a vobis disces-
sero nusquam aut nullum fore. Nec enim dum
eram vobiscum animum meum videbatis. sed eum
esse in hoc corpore ex hijs rebus quas gerebam
intelligebatis. Eum igitur esse creditote. etiam si
nullum videbitis. Nec vero clarorum virorum post
mortem honores permanerent. si nichil eorum
ipsorum animi efficerent. quo diutius memoriam
sui teneremus. Michi quidem numquam persua-
deri potuit animos dum in corporibus essent morta-
libus vivere. cum exissent ex hijs. emori. Nec
vero tunc animum esse insipientem. cum ex insipienti
corpore evasisset. Sed cum omni admixtione corporis
liberatus. purus et integer esse cepisset. tunc esse
sapientem. Atque etiam cum hominis naturam morte
dissolvit ceterarum rerum perspicuum est. quo quaeque
discedant. Abeunt enim illuc omnia unde orta

sunt. Animus autem solus nec tum adest nec cum m
discedit apparet. Iam vero videtis mihil esse mor-
ti tam simile quam somnum. Atqui dormientium
animi maxime declarant divinitatem suam. Mul-
ta enim cum remissi et liberi sunt futura prospiciunt.
Ex quo intelligitur quales futuri sint cum se plane
corporis vinculis relaxaverint. Quare si hec ita
sunt sic me colitote inquit ut deum. Sin una
est interiturus animus cum corpore vos tamen deos
verentes qui hanc totam pulchritudinem tuentur
et regunt memoriam nostri pie inviolateque ser-
vabitis. Cyrus quidem hec moriens. Nos si
placet nostra videamus. Nemo umquam mihi Sci-
pio persuadebit aut patrem tuum Paulum aut duos
avos Paulum et Affricanum aut Affricani patrem
aut patruum aut multos prestantes viros quos
numerare non est necesse tanta esse conatos que
ad posteritatis memoriam pertinent nisi animo
cernerent posteritatem ad se pertinere. An
censes ut de me ipso aliquid more senum glorier
me tantos labores nocturnos diurnosque domi-
militieque suscepturum fuisse si eisdem finibus gloriam
meam quibus vitam essem terminaturus. Non-
ne melius multo fuisset otiosam etatem quie-
tam sine ullo aut labore aut contentione tra-
ducere. Sed nescio quomodo animus erigens se
posteritatem semper ita prospiciebat quasi cum exces-

n

[disces]sisset de vita, tunc demum victurus esset. Quod
quidem ni ita se haberet, ut animi immortales
essent, haud animus cuiusque optimi maxime ad
immortalitatem gloriam niteretur. Quid quod sapien-
tissimus quisque equo animo moritur, stultissimus
iniquissimo. Nonne vobis videtur is animus qui
plus cernat et longius videre se ad meliora
proficisci. Ille autem cuius optusior sit acies
non videre. Equidem efferor studio patres no-
stros quos colui et dilexi videndi. Neque vero
eos solum convenire habeo quos ipse cogno-
vi, sed illos etiam de quibus audivi et legi
et ipse conscripsi. Quo quidem me proficiscen-
tem haud sane quis facile retraxerit, nec tam-
quam retrocesserit peliam. Et si quis deus michi
largiatur, ut ex hac etate repuerescam et in
cunis vagiam, valde recusem. Nec vero velim
quasi decurso spatio ad carceres a calce revo-
cari. Quid enim habet vita roiundi. Quid non
potius laboris. Sed habeat sane, habet tamen certe
aut satietatem aut modum. Non libet enim
michi deplorare vitam, quod multi et sepe in-
docti fecerunt. Neque me vixisse penitet, quoniam i-
ta vixi ut non natum frustra me existimem,
et ex vita ista discedo tamquam ex hospicio, non
tamquam ex domo. Commorandi enim natura di-
versorium nobis non habitandi dedit. O preclarum


diem cum in illud diuinorum animorum concilium ce-
tumque proficiscar cumque ex hac turba et colluui-
one discedam proficiscar enim non ad eos solum
viros de quibus ante dixi Verum etiam ad
Cathonem meum quo nemo vir melior natus est
nemo pietate prestantior cuius a me corpus est
crematum quod contra debuit ab illo meum
Animus vero non me deserens sed respectans
in ea profecto loca discessit quo michi ipse cer-
nebat esse veniendum Quem ego meum casum
fortiter ferre visus sum non quod equo animo
ferrem sed me ipse consolabar existimans non
longinquum inter nos digressum et discessum
fore His michi rebus Scipio id enim te cum
Lelio admirari solere dixistis levis est sen-
tus nec solum non molesta sed etiam iocunda
Quod si in hoc erro qui animos hominum immor-
tales esse credam libenter erro nec michi hunc
errorem quo delector dum vivo extorqueri vo-
lo Sin mortuus ut quidam minuti philozophi
censent nichil sentiam non vereor ne hunc erro-
rem meum philosophi mortui irrideant Quod
si non simus immortales futuri tamen extingu-
ere homini suo tempore optabile est Nam
habet natura ut aliarum omnium rerum sic vi-
vendi modum Senectus autem etatis est per-
actio tamquam fabule cuius defatigationem fu-

gere debemus presertim adiuncta societate. Hec
habui de senectute que dicerem, ad quam utinam per
veniatis, ut ea que ex me audistis re experti pro
bare possitis. Explicit liber Marci Tullii Ci
ceronis maior Catho seu de senectute. Liber
explicit feliciter. / Hospodyne wssemohuci

Incipit liber primus Annei Senece de
providencia divina

[Q]uesiui
sti a me Lucilli quid ita si pro
videncia mundus ageretur mul
ta bonis viris accidere mala.
Hoc commodius in contextu operis
redderetur, cum posse universis pro
videnciam probaremus et interesse deum. sed
quoniam a toto particulam revelli placet et unam con
dictionem manente lite integra solvere faci
am rem non difficilem causam deorum agam.
Supervacuum est in presencia ostendere non sine
aliquo custode tantum quantum est iste mundus
opus stare, nec hunc syderum certum discursu
fortuiti impetus esse. Et que casus incitat se
pe turbari et cito adventare. Hanc inoffensam
velocitatem procedere eterne legis imperio
tantum rerum terra mari que gestantem. Tantum
clarissimorum luminum et ex dispositione lucencium

Quesiuit Lucillus a Seneca, si verum est quod prouidencia diuina iste mundus regatur, quare deus est tam iniquus, et bonis viris multa mala permittat accidere que non meruerunt. Cui respondet Seneca in hoc libello. Et primo quia Lucillum de hoc dubitare non credat, presupponit esse certissimum, et etiam probat, quod tota mundi machina dei prouidencia gubernatur. 2o ibi Itaque. ad questionem respondet dicens quod deus ideo permittit bonos affligi quia ipsos diligit, et ipsos sic desiderat eos per labores et tribulaciones exercendo roborari. Sicut pater ad labores studii cogit filium, seruum autem lasciuire permittit. 3o ibi Sed tamen. probat quod aduersitates bonorum, que mala videntur, non sunt mala sed pocius bona, tam ipsis quam aliis, quia eis cedit ad bonum. Sicut et adustio carnis et incisio et multa huiusmodi que mala videntur, bona sunt plerumque, videlicet cum pro grauiori morbo curando corporibus adhibentur. 4o ibi Inter multa. probat quod qui aduersa sustinent non sunt dicendi miseri, sed illi pocius dicendi sunt infelices, quibus nichil unquam euenit aduersi, hos enim videtur fortuna contempsisse velud vilissimos et quasi indignos certare cum ea, probissimos autem aggreditur ut probet eos. Quod innuit pluribus exemplis. Ultimo ibi Aduertite. probat quod nec aduersa sunt mala nec prospera dicenda bona, et ideo contempnenda sunt prospera, et aduersa hilariter tolleranda.



non esse materie erratis. Hunc ordinem neque temere cogerunt tanta arte pendere ut terrarum gravissimum pondus sedeat inmotum et circa se properantis celi fugam spectet ut infusa vallibus maria molliant terras nec ullum incrementum fluminum sentiant. Ut ex minimis seminibus nascantur ingentia. Nec illa quidem que videntur confusa et incerta pluvias dico nubesque et elisorum fluminum iactus et incendia ruptis montium verticibus effusa tremores labentis soli aliaque que tumultuosa pars rerum circa terras movet sine ratione quamvis subita sint accidunt. Sed suas et illa causas habent non minus quam que alienis locis conspecta miracula sunt ut in mediis fluctibus calentes aque et nova insularum in vasto exilientium mari spatia. Iam vero si quis observaverit nudari littora pelago in se recedente eademque intra exiguum tempus cooperiri credet ceca quadam volutatione modo contrahi undas et introrsum agi modo erumpere et magno cursu repetere sedem suam cum ille interim portionibus crescunt et ad horam ac diem subeunt ampliores minoresque prout illas lunare sydus elicuit ad cuius arbitrium occeanus exundat suo ista tempori reserventur. Eo quidem magis

quo tu non dubitas de providentia. sed quereris
.x. In gratiam te reducam cum diis. adversus opti-
mos optimus sis. neque enim rerum natura patitur
ut umquam bona bonis noceant. Inter bonos
viros ac deum amicitia est. conciliante virtu-
te. amicitiam dico. ymmo etiam necessitudo et
similitudo. Quoniam quidem bonus tempore tantum
a deo differt. discipulus eius. emulatorque. et
vera progenies. quem parens ille magnificus vir-
tutum. non levis exactor. sicut severi patres
2a ps. Itaque cum videris capitulum durius educat ij
bonos viros acceptosque diis laborare. sudare
per arduum escendere. malos autem lascivire
et voluptatibus fluere. cogita filiorum nos mo-
destia delectari. et vernularum licentia. Illos dis-
ciplina tristiori contineri. Horum ali auda-
ciam. Idem tibi de deo liqueat. bonum virum
in deliciis non habet. experitur. indurat (roborat) sibi
illum preparat. ij Quare multa bonis viris
adversa eveniunt. nichil accidere bono viro po-
test mali. non miscentur contraria. Quemad-
modum tot amnes tantorum superne deiectorum ym-
brium. tanta mediterraneorum vis fontium. non
mutant saporem maris. neque remittunt. quod ita
adversariorum impetus rerum viri fortis non
mutat animum. manet in statu. et quicquid evenit
in suum colorem trahit. Est enim omnibus externis

vir virtuosus
potentior. Nec hoc dico, non sentit illa, sed 6
l. alis vincit. alioqui quietus placidusque contra incur-
rentia attollitur, omnia adversa exercitationes
putat. Quis autem vir modo erectus ad
honesta non est laboris appetens iusti et ad
officia cum periculo promptus. Cui non industri-
o otium pena est. Athletas videmus quibus
virium cura est cum fortissimis quibusque confli-
gere et exigere ab hiis per quos certamina pre-
parantur, ut totis contra ipsos viribus utantur.
cedi vexarique patiuntur. et si non inveniunt sin-
gulos pares pluribus simul obiciuntur. Mar- no.
cet sine adversario virtus. tunc apparet quanta
sit. quantum quoque polleat, cum quid possit patien-
tia ostendit. Scias licet idem viris bonis esse
faciendum, ut dura ac difficilia non reformident
nec de fatis querantur. quicquid accidit bonum
consulant, in bonum vertant. Non quid sed quem-
admodum feras interest. Non vides quanto
aliter patres, aliter matres indulgeant. Illi
excitari iubent liberos ad studia obeunda ma-
ture. feriatis quoque diebus non patiuntur esse
ociosos. et sudorem illis et interdum lacrimas
excutiunt. At matres fovere in sinu, contine-
re in umbra volunt, numquam flere, numquam contri-
stari, numquam laborare. Patrium deus
habet adversus bonos viros animum, et illos for-

t

titer amat et operibus inquit doloribus et
dampnis exagitentur ut verum colligant
robur. Languerent per inertiam saginata nec
labore tantum sed motu et ipso sui honere de-
ficiunt. Non fert ullum ictum illesa felici-
tas. At ubi assidua fuit cum incommodis su-
is rixa callum per iniurias ducit nec ulli
malo cedit. Sed etiam si cecidit de genu pug-
nat.

l. duricies pedum

Miraris tu si deus ille capitulum iii bonorum amantissimus quos quam opti-
mos esse atque excellentissimos spectet
fortunam illis cum qua exerceantur assignat
Ego vero non miror si aliquando impetum capi-
unt. Spectant dii magnos viros colluctantes
cum aliqua calamitate. Nobis interdum
voluptati est si adolescens constantis animi
irruentem feram venabulo excipit si leonis
incursum interritus pertulit tanto que spec-
taculum est gratius quanto id honestius fecit
Non sunt ista que possint deorum in se vultum
convertere. Hec puerilia et humane oblecta-
menta levitatis. Ecce spectaculum dignum ad quod
respiciat intentus operi suo deus. Ecce par
deo dignum. Vir fortis cum fortuna mala com-
positus utique et si provocavit. Non video
inquam quid habeat in terris Iupiter pulchri-
us si convertere animum velit quam ut spectet

l. s. spectaculum

i. quamvis eam sponte provocasset

Cathonem. Iam partibus non semilibus v.
fractus quam stantem nichilominus inter ruinas c. cesaris
publicas rectum. Licet inquit omnia in unius
condicione concesserint. custodiantur legionibus
terre. classibus maria. Cesarianus portas
miles obsideat. Catho qua exeat habet. Una
manus latam libertati viam faciet. ferrum
istud etiam civili bello purum et innoxium
bonas tandem ac nobiles edet operas. li-
bertatem quam patrie non potuit Cathoni
dabit. Aggredere anime diu meditatum opus.
Eripe te rebus humanis. Iam petreius et
iuba concurrerunt. Iacent quam alter alterius
manu cesi. fortis et egregia fati conventio. Sed
que uos deceat magnitudinem nostram. tam tur-
pe est cathoni mortem ab ullo petere quam
vitam. Liquet michi cum magno expectasse
gaudio deos. quomodo ille vir acerrimus sui instruit
iudex. aliene saluti consulit. et instruit disce-
dencium fugam. Dum studia etiam nocte ultima
tractat. dum gladium sacro pectori infigit.
dum viscera spargit. et illam sanctissimam ani-
mam. indignamque que ferro contaminaretur
manu educit. Unde crediderim fuisse parum
certum et efficax vulnus. non fuit dominus immor-
talibus satis spectare cathonem semel reten-
tam ac revocata virtus est. ut in difficiliore

· x · parte se ostenderet. Non enim tam magno
animo mors initur quam repetitur. Quidni i. non
libenter spectarent alumnum suum tam claro
ac memorabili exitu evadentem. Mors illos
consecrat quorum exitum etiam qui timent lau-
dant.

Sed iam procedente oratione cap. iiij
· 3ª ps · ostendam quam non sint que videntur
mala. Nunc illud dico, ista que tu vo-
cas aspera, adversa et abhominanda, primum
pro ipsis esse quibus accidunt, deinde pro uni-
versis, quorum maior est diis cura quam sin-
gulorum. Post hec volentibus accidere ac
dignos malo esse si velint. His adiciam fato
ista sic ire et recte eadem lege bonis evenire quam
sunt boni. Persuadebo deinde tibi ne umquam
boni viri miserearis; potest enim miser dici, non
potest esse. Difficillimum ex omnibus que proposui
videtur quod primum dixi, pro ipsis esse quibus
eveniunt ista que horremus et tremimus.
Pro ipsis est inquis in exilium mitti, in e-
gestatem deduci, liberos et coniugem eidem
auferri, ignominia affici, debilitari. Si mi-
raris hoc pro aliquo esse, miraberis quosdam
igne et ferro curari, nec minus fame et siti.
Sed si cogitaveris tecum quibusdam et radi
ossa et legi et extrahi venas et quedam am-
putari membra que sine totius pernicie cor-

potius ferre non potuerunt. Hoc quoque pacie- a
tis probavi tibi quedam incommoda pro his esse
quibus accidunt, tam me hercules quam que- /.i. perfecto
dam que laudantur et appetuntur contra eos esse
quos delectaverunt simillima cruditatibus et
ebrietatibus ceterisque que necant per voluptatem. tercia pars.

Inter multa magnifica demetrii capitulum a.
nostri et hec vox est. aqua recens sum et so- /.i. refrigeatus
nat adhuc et vibrat in auribus meis. Ni- nichil
chil michi inquit videtur infelicius eo cui num-
quam evenit adversi. Non licuit enim illi
se experiri, ubi ex voto illi fluxerint omnia
ut ante votum. male tamen de illo dii iudicave-
runt. Indignus visus est a quo vinceretur ali-
quando fortuna. que ignavissimum quemque re-
fugit. quasi dicat. quid ergo istum michi adversarium
assumam. statim arma summitteret. non opus
est in illum tota potentia mea. levi commina-
tione pelletur. Non potest sustinere vultum
meum. Alius enim conspiciatur cum quo
conferre possimus manum. Pudet congre-
di cum homine vinci parato. Ignominiam iu-
dicat gladiator cum inferiore componi. et
scit eum sine gloria vinci qui sine periculo
vincitur. Idem facit fortuna fortissimos sibi
pares querit. quosdam fastidio transit. Con-
/.i. fortissimum tumacissimum quemque et rectissimum aggredi-

b. adversus quem suam vim intendat. Ignem
experitur in Mucio, paupertatem in Fabri-
cio, exilium in Rutilio, tormenta in Regulo,
venenum in Socrate, mortem in Cathone. Mag-
num exemplum nisi mala fortuna non invenit. In-
felix est Mucius quod dextera ignes hostium
premit et sibi ipse exigit erroris sui penas?
Quod regem quem armata manu non po-
tuit, exusta fugat? Quid ergo felicior esset
si in sinu amicitie foveret manum? Infelix
est Fabricius quod rus suum quantum a re publica
vacavit fodit? Quod bellum tam cum Pirro quam
cum divitiis gerit? quod ad focum cenat il-
las ipsas radices et herbas quas in repurgan-
do agro triumphalis senex evulsit? Quid er-
go felicior esset si in ventrem suum longinqui
litoris pisces et peregrina aucupia conge-
reret? Si conchiliis superi atque inferi ma-
ris pigritiam stomachi nauseantis erigeret? i. desfacientis
Si ingenti pomorum strue cingeret prime
forme feras captas multa cede venantium?
Infelix est Rutilius quod qui illum dampna-
verunt causam dicerent omnibus seculis? quod
equiore animo passus est se patrie eripi quam
sibi exilium? quod Sille dictatori solus aliquid
negavit et revocatus non tantum retrocessit
sed longius fugit? Viderint, inquit, hoc isti

quos Rome deprehendit felicitas tua · videat
largum in foro sanguinem et super Servilia-
num lacum · id enim proscriptionis Sillane spo-
s. i. depredacio liarium est senatorum · capita et passim vagan-
tes per urbem percussorum greges · et multa milia
civium Romanorum · uno loco post fidem · ymo
per ipsam fidem trucidata · videant ista qui ex-
ulare non possunt · Quid ergo felix est Lucius
Silla · quod illi descendenti ad forum · gladio su-
s. sed populus movetur · quod capita consularium virorum patitur
ostendi · et precium cedis per questorem · ac ta-
bulas publicas numeret · et hec omnia fa-
cit ille ipse qui legem [Silla] Corneliam tulit Cap. vi

Veniamus ad Regulum · quid illi fortu-
na nocuit quod illum documentum fidei
documentum patientie fecit · figunt cutem
clavi · et quocumque fatigatum corpus reclinavit
vulneri incumbit · in perpetuam vigiliam · suspensa
sunt lumina · Quanto plus tormenti · plus erit
glorie · Vis scire quam non peniteat hoc pre-
cio extimasse virtutem · refice illum et mitte
in senatum · Eandem sententiam dicet · Felicio-
rem ergo Mecenatem putas · cui amoribus
anxie et morose uxoris · quottidiana repudia
deflenti · somnus per symphoniacorum cantum ex lon-
ginquo leve resonantium queritur · mero se licet
sopiat · et aquarum fragoribus avocet · et mille

d

voluptatibus mentem anxiam fallat. tam
vigilabit in pluma. quam ille in cruce. Sed
illi solatium est pro honesto dura tollerare.
et ad causam a paciencia respicit. Hunc volup
tatibus marcidum. et felicitate nimia laborantem.
magis his que patitur vexat causa pa
ciendi. Non usque eo in possessionem generis
humani. vicia venerunt. ut dubium sit an e
lectione fati data. plures nasci reguli quam
mecenates velint. aut si quis fuerit qui au
deat dicere mecenatem se quam regulum na
sci maluisse. Idem iste taceat. licet nasci
se therenciam maluisset. Male tractatum So
cratem iudicas quod illam pocionem publice mix
tam. non aliter quam medicamentum inmortali
tatis obduxit. et de morte disputavit usque
ad ipsam. Male cum illo actum est quod gela
tus est sanguis. aut paulatim frigore indu
cto venarum vigor constitit. Quanto magis hu
ic invidendum est quam illis quibus gemma mi
nistratur. Quibus exoletus omnia pati do
ctus exsecte virilitatis aut dubie suspensam
auro nivem diluit. Hii quicquid biberint
vomitu remecientur tristes. et bilem suam re
gustantes. At ille venenum letus et libens
hauriet. Quod ad Cathonem pertinet satis
dictum est. summam quod illi felicitatem contigisse

Margin notes: i. meretrix — remitio ut ne ipse & iterum inse ... ferat — i. amaritudinem

catthone
consensus hominum fatebitur. Quem s. verum
paratum delegit cum quo metuenda collidet.
Inimicitie potentium graves sunt. opponatur
simul Pompeio Cesari et Crasso. Grave
est a deterioribus honore anteiri. Vatinio postfe
rant. Grave est civilibus bellis interesse
toto terrarum orbe pro causa bona tam infeli
citer quam pertinaciter militet. Grave est ma
nus sibi afferre. faciat. Quid per hec consequar
ut omnes sciant non esse hec mala. Quibus
ego dignum cathonem putavi. capitulum vij

Prospera sed in plebem et vilia inge
nia deveniunt. At calamitates ter
roresque mortalium sub iugum mit
tere proprium magni viri est. Semper vero esse
felicem et sine morsu animi transire vitam
ignorare est rerum nature alteram partem.
Magnus es vir. sed unde scio. si tibi for
tuna non dat facultatem exhibende virtutis
Descendisti ad olimpia. si nemo preter te. Oly
piam coronam habes. victoriam non habes
Non gratulor tamquam viro forti. sed tam
quam preturam adepto honore auctus es. Idem
dicere et bono viro possum. si illi nullam occa
sionem difficilior casus dedit. In qua una
vim animi ostenderet. Miserum te iudico
quod numquam fuisti miser. Transisti sine adver

Margin notes: e — .i. cui adversabatur Catho et est sceleratus ho[mo] — .i. locus fuit ad quem pro exercitio militie romani conveniebant — .i. digni[tate] — al' primi[?]

f

facio vitam. Nemo sciet quid potueris, ne
tu quidem ipse. Opus est enim ad noticiam sui
experimento. Quid alius quidem quisque posset nisi
temptando non didicit. Ita quidam ultro se ces-
santibus malis obtulerunt et virtuti iture
in obscurum occasionem per quam enitesceret
quesierunt. Gaudent inquit magni viri ali-
quando rebus adversis non aliter quam for-
tes milites belli triumpho. Ego mirmillone
sub G. Cesare de raritate munerum audivi
querentem: Quam bella inquit etas perit.
Avida est periculi virtus et quo tendit non
quid passura sit cogitat. Quoniam etiam et
quod passura est glorie pars est. Militares
viri gloriantur vulneribus, leti fluentem melio
ri casu sanguinem ostentant. Idem licet fe-
cerint qui integri revertuntur ex acie, magis
spectatur qui saucius redit. Capitulum viii. De-
us his inquam deus consulit quos esse quam
honestissimos cupit, quotiens illis materiam
prebet aliquid animose fortiterque faciendi,
ad quam rem opus est aliqua rerum difficul-
tate. Gubernatorem in tempestate, in acie mi-
litem intelligas. Unde possum scire quantum
adversus paupertatem tibi animi sit, si divi-
tiis diffluis. Unde possum scire quantum ad-
versus ignominiam et infamiam odiumque po-

[Margin notes: .i. virtuosi · milites · .i. spoliorum · q. d. doleo querentem adolescentem sub exercitu durit]

pulare constantie habeas. si inter plurimos 5.
denestis inexpugnabilis et inclinatione iumen
i. deflex9 mentum primus fraude sequitur. Unde scio
quam equo animo laturus sis orbitatem si
s filios
superstites filios tuos cunctos vides. Audivi te cum
alium consolareris. tunc conspexissem si te
ipsum consolatus esses. si te ipse dolere vetu
isses. Nolite obsecro vos expavescere is
ta. que dii immortales velut stimulos admo
vent animis. Calamitas virtutis occasio est.
Illos merito quis dixerit miseros. qui nimi
a felicitate torpescunt. quos velut in mari
lento tranquillitas iners detinet. Quicquid
illis inciderit novum veniet. Magis urgent
seva inexpertos. Grave est tenere cervi nomis miles
cibus iugum. Ad suspicionem vulneris tiro
pallescit. Audacter veteranus cruorem suum
spectat. qui scit se sepe vicisse post sangui
nem. Hos itaque deus quos probat. quos
amat. indurat. recognoscit. exercet. Eos autem
quibus indulgere videtur. quibus parcere
molles venturis malis servat. Erratis enim
ab adversitate
si quem iudicatis exceptum. Veniet ad illum
adversitatis
diu felicem sua portio. Quisquis videtur
dimissus esse dilatus est. Se. capitulum. iv.

Quare deus optimum quemque aut
mala valitudine. aut luctu. aut in

.h.

commodis afficit. Quare in castris quoque pe-
riculosa fortissimis imperantur? Dux lectissi-
mos mittit qui nocturnis hostes aggrediantur
insidiis aut explorent iter aut presidium
loco deiciant. Ne iudicauit. Idem dicat
quicumque iubentur pati timidis ignauisque fle-
bilia. Digni visi sumus deo in quibus expe-
riretur quantum humana natura posset pa-
ti. Effugite delicias, fugite eneruatam felici-
tatem qua animi permadescunt, et ubi ali-
quid interuenit quod humane sortis ad-
moneat, velut propria ebrietate sopiti. Quem
specularia afflatu semper vendicauit, cuius pe-
des inter fomenta subinde mutata tepue-
runt, cuius cenationes subditus et parietibus
circumfusus calor temperauit, hunc leuis
aura non sine periculo stringit. Cum omnia
que excesserunt modum noceant, peri-
culosissima felicitatis intemperantia est. Mo-
uet cerebrum, in vanas mentes imagines
euocat, multum inter falsum et verum
uere caliginis fundit. Quid ne his sa-
tius sit perpetuam infelicitatem aduocata vir-
tute sustinere quam infinitis atque inmo-
dicis bonis rumpi? Leuior ieiunio mors e-
cruditate dissiliunt. Hanc igitur rationem
dii sequuntur in bonis viris quam in discipulis

Nemo eorum qui exeunt dicit male de me imperator meruit sed bene iudicauit

situs preceptores qui plus laboris ab hijs ex-
igunt in quibus certior spes est. Numquid
tu invisos esse lacedemoniis liberos suos cre- (i. odio habitos)
dis quorum experiuntur indolem publice ver-
beribus admotis. Ipsi illos patres adhor-
tantur ut ictus flagellorum fortiter perferant
et laceros ac semianimos rogant perseverant (i. afflictos)
vulnera prebere vulneribus. Quid mirum
si dure generosos spiritus deus temptat. Num-
quam virtutis molle documentum est. Ver-
berant nos et lacerant fortuna patimur non
est sevitia. Certamen est quo sepe adierimus
fortiores erimus. Solidissima pars est cor-
poris quam frequens usus agitavit. Pre-
bendi fortune sumus ut contra illam ab
ipsa duremus paulatim nos sibi pares fa-
ciat. Contemptum periculorum assiduitas peri-
clitandi dabit. sic sunt nautis corpora Offe-
rendi mari dura. Agricolis manus terre
A Ad excutienda tela militares lacerti valent
Agilia sunt membra cursoribus. id in quo-
que solidissimum est quod exercuit. Ad contemp-
nendam potentiam malorum animus patientia per-
venit que quid in nobis efficere possit scies
si aspexeris quantum nationibus nudis et in-
opia fortioribus labor prestet. Omnes consi-
dera gentes in quibus romana pax desinit

i. qui non subsunt romano imperio

k. Germanos dico et quicquid est circa histrum [fluvium] vagorum gentium occursat. Perpetua illos hiemps, triste celum premit, maligne solum sterile sustentat, ymbrem culmo aut fronde defendunt, super durata glacie stagna persultant, in alimentum feras capiunt. Miseri tibi videntur? Nichil miserum est quod in naturam consuetudo perduxit. Paulatim enim voluptati sunt que necessitate ceperunt. [i. ad volup(tatem) pervenit?] Nulla illis domicilia nulleque sedes sunt nisi quas lassitudo in diem posuit. Vilis et hic querendus manu victus, horrenda iniquitas celi, intecta corpora. Hoc quod tibi calamitas videtur tot gentium est. Quid miraris bonos viros ut confirmentur concuti? Non est arbor solida nec fortis nisi in quam frequens ventus incursat. Ipsa enim vexatione constringitur et radices certius figit. Fragiles sunt que in aprica valle creverunt. [apricis i. delectabilis sine frigore] Pro ipsis enim bonis viris est ut esse interriti possint ut multum inter formidolosa versari et equo animo ferre que non sunt mala nisi male sustinenti. X.

·4a ps·

l. Adicite nunc quod pro omnibus est cap[illegible] optimum quemque ut ita dicam militare et edere operas. Hoc est propositum deo quod sapienti viro ostendere hec que vulgus appetit, que reformidat, nec bona esse

nec mala. Apparebunt autem bona esse,
si illa non nisi bonis viris tribuerit, et ma-
la esse, si malis tantum irrogaverit. Detes-
tabilis enim cecitas, si nemo oculos perdide-
ret nisi cui eruendi sunt. Itaque careant lu- vel eruendi
ce Appius et Metellus. Non sunt divitie
bonum. Itaque habeat illas et Elius leno, ut
homines pecuniam cum in templis consecrave-
rint videant et in fornice. Nullo modo
potest magis deus concupita transducere i. declarare
quam si illa turpissimis defert, ab optimis a-
bigit. At iniquum est virum bonum debilitari
aut configi aut alligari, malos integris
corporibus solutos ac delicatos incedere.
Quid porro non est iniquum fortes viros arma
sumere et in castris pernoctare, et pro vallo
obligatis stare vulneribus, interim in urbe
securos esse precisos et professos impudici-
tiam. Quid (deinde) porro non est iniquum nobilis-
simas virgines ad sacra facienda noctibus
excitari, altissimo somno inquinatas frui.
Labor optimos citat. Senatus per totum diem
sepe consulitur, cum illo tempore vilissimus quis-
que aut in campo ocium suum oblectet aut in po-
pina lateat aut tempus in aliquo circulo te- i. coquina
rat. Idem in hac magna re publica fit. Boni
viri laborant, impendunt et impenduntur. Nec

p(ro) agone

m sentes quidem non terrebunt ad fortunam. Sed ut
illam et aequant gradus si fecissent ante tessi
sent. Hanc quoque animosam Demetrii for
no tissimi viri vocem audisse me memini. Hoc
unum inquit de vobis dii immortales queri pos
sum quod non ante michi voluntatem vestram no
tam fecistis. prior enim ad ista venissem. ad que
nunc vocatus adsum. vultis liberos sumere. in
vobis illos sustuli. Vultis aliquam partem
corporis sumite. non tam magnam promitto
cito totum relinquam. Vultis spiritum. Quid
ni nullam moram faciam quominus recipiatis
quod dedistis. a volente feretis quicquid petie
ritis. Quid ergo est. maluissem offerre quam
tradere. Quid opus fuit auferre. accipere
potuistis. Sed nec nunc quidem auferetis. quia ni
chil eripitur nisi retinenti. Nichil cogor
nichil patior invitus. nec servio deo. sed as
sentior. Eo quidem magis quod scio omnia cer
nota predestinacionem ta et in eternum dicta lege decurrere. Fata nos du
cunt et quantum cuique temporis restet prima nascen
cium hora disposuit. Causa pendet ex causa pri
vata ac publica. longus ordo rerum trahit
Ideo fortiter omne patiendum est. quia non ut
putamus incidunt cuncta sed veniunt. Olim con
stitutum est. quid gaudeas. quid fleas. et quam
vis magna videatur varietate singulorum vita

i. in divinam ordinationem

distingui, summa minima venit. Accepimus pe- n
ritura perituri. Et sequitur Capitulum xi.

Quid ita indignamur? quid querimur? ad hoc
parati sumus. Nos leti ad omnia et for-
tes cogitemus nichil perire de nostro.
Quid est boni viri? prebere se fato. Grande
solacium est cum universo rapi. Quicquid est quod
nos sic vivere, sic mori iussit, eadem necessitate
et deos alligat. Irrevocabilis humana pariter
ac divina cursus vehit. Ille ipse omnium condi-
tor et rector scripsit quidem fata, sed sequitur.
Semper paret, semel iussit. Quare tamen deus tam
iniquus in distributione fati fuit ut bonis vi-
ris paupertatem et vulnera et acerba funera a-
scriberet? Non potest artifex mutare mate-
riam. Hec passa est. Quedam separari a quibus-
dam non possunt. Coherent individua sunt.
i. delirantia Languida ingenia et in somnum itura aut in
vigiliam somno simillimam inertibus nectun- homines virtuosi
tur elementis. Ut efficiatur vir cum cura dicen-
dus, fortiore fato opus est. Non erit illi virtuoso
planum iter. Sursum oportet ac deorsum eat, fluc-
tuetur, ac navigium in turbido regat. Contra
fortunam illi tenendus est cursus. Multa acci- i. pariaz
dent dura, aspera, sed que molliat et conplanet
ipse. Ignis aurum probat, miseria fortes viros.
Vide quam alte escendere debeat virtus: scies

illi non perfectum vadendum est. Ardua prima
via est et quam vix mane recentes Enituntur
equi medio est altissima celo. Unde mare et
terras ipsi mihi sepe videre sit timor et pavi
da trepidet formidine pectus. Ultima prona
via et eget moderamine certo. Tunc etiam que
me subiectis excipit undis. Ne ferar in preceps
thetis solet ipsa vereri. Hec cum audisset ille
generosus adolescens. Placet inquit via. e
scendo est tanti per ista ire casuro. Non de
sinit acrem animum terrere. Utque viam te
neas nulloque errore traharis. Per tamen ad
versi gradieris cornua thauri. Hemoniosque
arcus violentique ora leonis. Post hec ait.
Iunge datos currus his quibus deterreri
me putas incitor. libet illic stare. ubi ipse sol
trepidat. Humilis et inertis est tuta secta
ri per alta virtus est. Sequitur capitulum vi
Queritur quare tamen bonis viris patitur
aliquid mali deus fieri. Ille vero non patitur.
Omnia mala ab illis removet. scelera et fla
gitia et cogitationes improbas et avida con
silia et libidinem cecam et alieno imminentem
avaritiam. Ipsos tuetur ac vindicat. Numquid
hoc quoque a deo aliquis exigit ut bonorum
virorum etiam sarcinas servet. Remittunt ipsi hanc
deo curam externa contemnunt. Democritus

diuicias proiciant. homines illas bone mentis ex-
timans. Quid ergo miraris si id deus bono
accidere patitur quod vir bonus aliquando vult
sibi accidere. Filios amittunt viri boni. quid ni
cum aliquando et ipsi eos occidant. in exilium
mittuntur. Quid ni cum aliquando ipsi patriam
non repetituri relinquant. Occiduntur. Quid
ni cum aliquando ipsi sibi manus afferant. Qua-
re quedam dura patiuntur. ut alios pati doceant
nati sunt in exemplar. puta itaque deum
dicere. quid habetis quod de me queri possitis
vos quibus recta placuerunt. aliis bona fal-
sa circumdedi. et animos inanes velud longo
fallacique sompnio lusi. auro illos et argento et
ebore adornavi. Intus nichil boni est. Istos quos
pro felicibus aspicitis si non qua occurrunt sed
Figura parie qua latent videritis. miseri sunt. sordidi tur-
pes ad similitudinem parietum suorum extrinsecus
culti. Non est ista solida et sincera felici-
tas crusta est equidem tenuis. Itaque dum
illis licet stare et ad arbitrium suum ostendi
nitent et imponunt. Cum inciderit aliquid quod
disturbet ac detegat tunc apparet quantum al-
te ac vere feditatis alienus splendor abscon-
derit. Vobis dedi bona certa mansura quan-
to magis versaverit aliquis et undique inspe-
xerit meliora maioraque. permisi vobis metu-

q·

enda contempne· cupiditates fastidire· ¶ Non
·/· i· non pollutus terreno affectu fulgetis extrinsecus· Bona vestra introrsus obuer
sa sunt / sic mundus / exteriora contempsit specta
culo sui letus· Intus omne posuit bonum· ¶ Non
egere felicitate / felicitas vestra est· ¶ At multa
incidunt tristia· horrenda / dura tolleratu· quia ·/· subtrahere
non poteram vos istis subducere / animos vestros
adversus omnia armaui· ferte fortiter· Hoc
est deum ante cedatis· Ille extra pacienciam
malorum est· nos supra pacienciam capitulum xiij

Contempnite paupertatem· nemo tam
pauper viuit quam natus est· Contemp/
·nō· nite dolorem· aut soluetur· aut soluet·
Contempnite mortem que nos aut finit aut trans/
fert· Contempnite fortunam· ¶ Nullum illi te/
lum quod feriret animum dedi· Ante omnia caui ·i· feriendo dedi
ne quis nos teneret invitos· patet exitus· si pu/
gnare non vultis· licet fugere· Ideo ex omnibus
rebus· quas esse nobis necessarias volui· nichil
feci facilius· quam mori· prono animam loco
posui· trahitur· Attendite modo et videbitis
quam breuis ad libertatem et quam expedita du/
cat via· ¶ Non tam longas in exitu nobis quam
intrantibus posui moras· Alioquin magnum in
nos regnum fortuna tenuisset· si homo tam
tarde moreretur quam nascitur· Omne tempus
omnis nos locus doceat· quam facile sit re/

nunciare nature et munus suum illi impin x.
gere. Inter ipsa altaria et solemnes sacrifi l. neca
cantium ritus dum optatur vita mortem con tenere
discite. Corpora opima taurorum exiguo con
cidunt vulnere et magnorum virium animalia
humane manus ictus impellit tenui ferro
ligatura nectiva commissura cervicis abrumpitur et cum arti
culus qui caput collumque committit incisus
est tamque illa moles corruit. Non in alto
latet spiritus nec utique ferro eruendus est. Non
sunt vulnere impresso scrutanda precordia.
in proximo mors est. Non certum ad hos
ictus extimavi locum. Quacumque pervium
est. Ipsum illud quod vocatur mori. Quo anima al' brevior.
discedit a corpore. brevius est quam sentiri
tanta velocitas possit. sive fauces nodus eli
sit. sive spiramentum aqua preclusit. sive
in caput lapsum subiacentis soli duricia co
minuit. sive estus ignis cursum anime
remeantis interscidit. Quicquid est pro
perat. et quid erubescitis. quod tam cito fit
timetis diu. Explicit primus liber An
nei Senece de providentia divina

Incipit liber secundus quod sapiens
nec in iniuriam cadit Rubrica

.6.

Stoyci in tam alto vertice sapientem locaverunt, quod nulla iniuria ipsum attingere potest, quia virtus est super omnem fortunam eminet. Alii philosophi minus alte, qui dicebant, quod sapiens potest incipere iniurias sed non succumbit per eas.

Tantum inter Stoicos serene et ceteros sapientiam professos interesse, quantum inter feminas et mares non immerito dixerim. Cum utraque turba ad vite societatem tantundem conferat, sed altera pars ad obsequendum, altera imperio nata sit. Ceteri sapientes et molliter et blande ut fere domestici et familiares medici egris corporibus non qua optimum et celerrimum est medentur sed qua licet. Stoyci virilem ingressi viam non ut amena ineuntibus videatur cure habent, sed ut quam primum nos eripiant et in illum editum verticem educant, qui adeo extra omnem teli iactum surrexit ut supra fortunam emineat. At ardua per que venimus et confragosa sunt. Quid enim plano aditur excelsum? Sed nec tam abrupta quidem sunt quam quidam putant. Prima tantum pars saxa rupesque habet et invii speciem. Sicut plera que exlongo speculantibus abscisa et coniuncta videri solent, cum aciem longinquitas fallat, deinde propius adeuntibus eadem illa que in unum congesserat error oculorum paulatim

a Stoicis · alterorum philosophorum

. forma dicendi, scilicet iactum

. via sapientis est excelsa sed additur plano

. scilicet undique inclinata et curvata

. inicium ad sapientes

In hoc libro Seneca commendat sectam Stoycorum, eam preponens sapientie aliorum philosophorum eo quod ipsi Stoici ad summum virtutis verticem per viam arduam et rigidam nos perducunt, cum nos doceat ob voluptates et voluptates contempnere. 2º ibi: Nunc probat quod iniuria illata sapienti non debet ipsum turbare, sed ipse contempnere, ad quod inducit exemplum Catonis et reddit rationem quod sapiens non recipit iniuriam, quod probat rationibus et exemplis. 3º ibi: Cum potentem probat idem de contumeliis quod in sapientem non cadat, nec ipsum afficiat, et potest dividi ·/·

ad casum

adaperiuntur. tum illis que precipitia cominus +
vallo apparebant, reddit leve fastigium. C. ij.
Nuper cum incidisset mentio marci .2a ps.
cathonis indigne ferebas, sicut es
iniquitatis impaciens, quod cathonem
etas sua parum intellexisset, quod supra pom
peyos et Cesarem surgentem, infra vatinios · quidam Romani ita
posuisset. Et tibi indignum videbatur, quod dicti, qui erant
illi dissuasuro legem, toga in foro esset erep adversarii cathonis.
ta. Quodque a rostris usque ad arcum fabianum
per seditiose factionis manus traditus, vo
ces improbas, et sputa, et omnes alias insa
ne multitudinis contumelias pertulisset, tunc
seneca ego respondi, habere te quod rei publice nomine
movereris, quam hinc publius Clodius, hinc
vatinius ac pessimus quisque venundabat, et ce
ca cupiditate corrupti, non intelligebant se,
venundi
dum vendunt, et venire. Pro ipso quidem
cathone securum te esse iussi. Nullum enim sa
pientem, nec iniuriam accipere, nec contume
liam posse. Cathonem autem certius exem
plar sapientis viri, nobis deos immortales
dedisse, quam Ulixem et Herculem prioribus
seculis. Hos enim stoyci nostri sapientes pro
nunciaverunt, invictos laboribus, et contemp
tores voluptatis, victores omnium terrorum. Ca
tho non cum feris manus contulit, quas con

% contumeliarum species, quas docet racionibus et exemplis penitus
decidendas usque in finem libri. Et scribit hunc librum
ad Serenum amicum suum.

N.

secerat/ vincentibus aggressus est. Nec mon-
stra/ igne ac ferro persecutus est. nec in ea tem-
pora incidit/ quibus credi posset: celum unius
humeris inniti. Excussa iam antiqua credulita-
te/ et seculo ad summam perducto sollertiam. cum
ambitu congressus/ multiformi malo/ et cum po-
tentie immensa cupiditate/ quam totus orbis in
tres divisus/ saciare non poterat. adversus vi- ./. sub pedibus
cia civitatis degenerantis. et pessimi sua mole
cadentis. stetit solus. et cadentem rem publicam
quantum modo una retrahi manu poterat re-
tinuit. donec vel abreptus vel abstractus comi-
tem se diu sustentate ruine dedit. simul quod ex-
./. s. respu. et libertas. tincta sunt. que nephas erat divi/ neque enim
catho post libertatem vixit. Nec libertas
post cathonem. Huic tu putas iniuriam fieri po-
tuisse a populo. quod aut preturam illi detraxit
aut togam. quod sacrum illud caput purgamen- sputis
tis oris aspersit. Consequitur Secundum capitulum iii. summa

Tutus est sapiens. nec ulla affici aut
s. opinio est Stoycorum contumelia potest. Videor michi intu-
eri animum tuum incensum. et efferves-
centem paras et clamare. Hec sunt que aucto-
ritatem preceptis nostris detrahant. magna pro-
mittitis. et que non optari quidem. nedum cre-
di possunt. Deinde ingentia locuti. cum pauperem
negastis esse sapientem. non negatis solere illi

et servum vel vestem et tectum et cibum deesse,
tum sapientem negastis insanire non negastis
et alienari et parum sana verba emittere et
quicquid vis morbi cogit audere, tum sapientem
negastis servum esse et idem non ita infitiam
et venire et imperata facere et domino suo
servilia prestare ministeria, ita sublato al
te supercilio in eadem que ceteri descenditis, mu
tatis rerum nominibus, tale itaque aliquid et in hoc
esse suspicor quod prima specie pulchrum atque
magnificum est, nec iniuriam nec contumeliam
accepturum esse sapientem. Multum autem
interest utrum sapientem extra indigna
tionem an extra iniuriam ponas. Nam si
dicis illum equo animo laturum nullum habet
privilegium contingit illi res vulgaris et que
discitur ipsa iniurie assiduitate patientia,
si negas accepturum iniuriam id est neminem
illi temptaturum facere, omnibus relictis nego
tiis stoycus fio. Ego vero sapientem non
imaginario honore verborum exornare con
stitui sed eo loco ponere quo nulla per
mittatur iniuria. Quid ergo nemo erit qui
lacessat qui temptet, nichil in rerum natura tam
sacrum est quod sacrilegium non inveniat. Sed
non ideo divina minus in sublimi sunt si exis
tant qui magnitudinem multum ultra se positam

i. humane corruptionis — i. vendi posse — i. ego sere'

i. non poterit attingere

a. non tactur, appetat. Invulnerabile est non
quod non feritur, sed quod non leditur. Ex hac
tibi nota sapientem exhibeo. Numquid du-
bium est, quin certius robur sit, quod non vin-
citur, quam quod non lacessitur, cum dubie sint
vires inexperte. At merito certissima fir-
mitas habeatur, que omnes incursus re-
spuit. Sic tu sapientem melioris scito nature,
si nullius illi iniuria nocet, quam si nulla
fit. Et illum fortem virum dicam, quem bella
non subigunt, nec admota vis hostis exter-
ret, non cui pugne otium est inter desides
populos. Hoc igitur sapientem dico nulli esse
iniurie obnoxium. Itaque non refert, quam
multa in illum coniciantur tela, cum sit nulli
penetrabilis. Quod quorundam lapidum inexpu-
gnabilis ferro duritia est, nec secari adamas
aut cedi aut teri potest, sed incurrentia ul-
tro retundit. Quemadmodum quedam non pos-
sunt igne consumi, sed flamma circumfusa
i. formam — rigorem suum habitumque conservant. Que-
admodum proiecti in altum scopuli mare fran-
gunt, nec ipsi ulla sevicie vestigia tot verbe-
·/· saeculis — rati sceleris ostentant. Ita sapientis animus
solidus est, et id roboris collegit, ut tam tu-
tus sit ab iniuria, quam illa que retuli. Quid
ergo? non erit aliquis, qui sapienti facere

temptet iniuriam temptabit · sed non perveniet
ad eum / maiore enim intervallo et a contactu
inferiorum abductus est · quam ut ulla vis no-
xia · usque ad illum vires suas perferat · etiam
cum potentes · et imperio editi · et consensu ser-
vientium validi / nocere intendent · tam citra sa-
pientiam · omnes eorum impetus deficient ·
quam que nervis tormentis vel in altum expri-
muntur · cum extra visum exilierint · citra
celum flectuntur · Quid tu putas cum stoli-
dus ille rex multitudine telorum diem obscu-
rasset · ullam sagittam in solem incidisse · aut
dimissis in profundum cathenis neptunum potuis-
se contingere · Ut celestia humanas manus
effugiunt · Et ab his qui templa diruunt
aut simulacra conflant · nichil divinitati
nocetur / · Ita quicquid fit in sapientem pro-
terve · petulanter · superbe / frustra temptatur · At
satius erat neminem esse · qui facere vellet /
Rem difficilem optas humano generi inno-
centiam · et non fieri eorum interest · qui fac-
turi sunt · non eius / qui pati · Ne si fiat quidem
potest · ymmo nescio / an magis vires sapien-
tia ostendat tranquillitatis · inter lacessen-
tia · sicut maximum argumentum est Imperato-
ris / si armis · viris que pollentis / tuta secu-
ritas · hostium terrore sit / Et sequitur cap. iiii

Liber secundus

Dividamus si tibi videtur Serene in-
iuriam a contumelia. Prior illa na-
tura gravior est. Hec levior tamen de-
licatis gravis, qua non leduntur sed offenduntur.
Tanta est tamen animorum dissolutio et vanitas.
ut quidam nichil acerbius putent. Sic invenies
servum qui tam flagellis quam colaphis cedi
malit. et qui mortem aut verbera tollerabiliora
credat quam contumeliosa verba. Ad tantas in-
eptias perventum est, ut non dolore tantum sed
doloris opinione vexemur. More puerorum quibus
metus incutit umbra et personarum deformi-
tas et depravata facies. Lacrimas vero evocant
nomina parum grata auribus et digitorum mo-
tus. et alia que impetu quodam erroris impro-
vidi refugiunt. Iniuria propositum hoc habet
aliquem malo afficere. Malo autem sapientia
non relinquit locum. Unum enim malum ille est
turpitudo. que intrare eo ubi iam virtus ho-
nestumque est non potest. Iniuria ergo ad
sapientem non pervenit. Nam si iniuria ali-
cuius mali patientia est. sapiens autem nullius
mali est patiens. nulla ad sapientem iniuria
pertinet. Omnis iniuria diminutio eius est in
quem incurrit. Nec potest quisquam iniuriam
accipere sine detrimento aliquo. vel dignitatis
vel corporis. vel rerum extra nos positarum. Sa-

i. quam contumelia pati

i. cum nominant nominibus displici-
bilibus.

piens autem nichil perdere potest · omnia in se d
reposuit / nichil fortune credit / bona sua in soli- i. totaliter
dum habet · contentus virtute · que fortuitis
non indiget · Ideo quod nec augeri / nec minui potest. scilicet bonis sint
Nam et in summa perducta [virtus] incrementi non habent
locum · et nichil eripit fortuna · nisi quod dedit ·
virtutem autem non dat · Ideo nec detrahit · Li-
bera est inviolabilis · immota · sic contra casus
indurat · ut ne inclinari quidem · ne dum vinci
possit · Adversus apparatus terribilium · rectos
oculos tenet · nichil ex vultu mutat · sive illi
dura · sive secunda ostendantur · Itaque nichil
perdet · quod perire sensurus sit · Unius enim
in possessione virtutis est · ex qua depelli numquam
potest · Ceteris precario utitur / Quis autem
iactura movetur aliena · Quod si iniuria ni-
chil ledere potest ex his · que propria sapientis
sunt · quia virtute sua salva sunt · iniuria sa-
pienti non potest fieri · Megarum demetrius
ceperat · cui cognomen poliorcetes fuit · ab hoc
Stilbonus philosophus interrogatus · num
aliquid perdidisset · nichil inquit · omnia enim
mecum sunt · Atqui et patrimonium eius in pre-
dam cesserat · et filias rapuerat hostis · et pa-
triam violaverat · At ille illi victoriam excus-
sit · et se urbe capta / non invictum tantum · sed in-
dempnem esse testatus est · Habebat enim

secum vera bona in que non est manus iniectio. At
ea que dissipata et direpta ferebantur non iudi
cabat sua, sed adventicia et nutum fortune sequentia
Ideo ut non propria dilexerat. omnium enim
extrinsecus effluentium lubrica et incerta pos
sessio est. Cogita nunc an huic fur aut calum
pniator aut vicinus potens aut dives ali
quis regnum orbe senectutis exercens iniuri
am facere possit, cui bellum et hostis ille e
gregiam artem quassandarum urbium professus (Demetrius)
eripere nichil potuit. Inter micantes usque
gladios et militarem in rapina tumultum
inter flammas et sanguinem stragemque in
pulse civitatis inter fragorem templorum
et super deos suos cadentium uni homini

Non est itaque quod capitulum viii
audacem iudices promissum cuius tibi
si parum fidei habeo sponsorem da (Stilbo)
bo. Vix enim credis tantum firmitatis in hominem
aut tantam animi magnitudinem cadere. sed
si prodit in medium qui dicat non est quod du
bites an attollere se homo natus supra humana
possit an dolores dampna ulcerationes vul
nera magnos motus rerum circa se fremen
tium securus aspiciat et dura placide ferat
et secunda moderate nec illis cedens nec illis
fretus unus idem que inter diversa sit nec quicquam

(margin: scilicet quod sponsori probabile in sapientem non cadere iniuriam)

i. ex omni parte

f

suum nisi se putet esse quoque ea parte qua me-
lior est. Tamen adsum hoc uobis probaturus
(i. demetrius) sub isto tot ciuitatum euersore munimenta in-
(i. aries instrumentum ferri quo destruuntur muri) cussu arietis labefieri et turrium altitudinem
cuniculis ac latentibus fossis repente desidere
et equaturum editissimas arces aggerem crescere
at nulla machinamenta posse reperiri que be-
ne fundatum animum agitent. Erepsi modo e ru-
(i. Stilbonis dicti supra) inis domus et incendiis undique relucentibus
flammas per sanguinem fugi. filias meas quis
(i. ego stilbon) casus habebat an peior publico nescio. Solus
et senior et hostilia circa me omnia uidens tamen
integrum incolumemque esse censum meum pro-
fiteor. Teneo habeo quicquid mei habui. non
est quod me uictum uictoremque te credas.
Vicit fortuna tua fortunam meam. Caduca
illa et dominum mutantia ubi sint nescio. Quod
ad res meas pertinet mecum sunt mecum erunt.
perdiderunt isti diuites patrimonia sua. Li-
bidinosi amores suos et magno pudoris im-
pendio dilecta scorta. Ambitiosi curiam et
forum et loca exercendis in publico uitiis de-
stinata. feneratores perdiderunt tabellas su-
as quibus auaritia falso leta diuitias yma-
ginatur. ego quidem omnia integra illibata
que habeo. Proinde istos interroga qui flent
qui lamentantur strictis gladiis nuda pro pe-

anima corpori opponitur. Qui hostem hone-
rato sinu fugiunt. Erga ista habes, serene, per-
fectum illum humanis divinisque virtutibus
plenum nichil perdere, bona eius solidis et
inexsuperabilibus munimentis precincta sunt.
Non babillonios illi muros contuleris quos
Allexander intravit non carthaginis aut
Numantie menia una manu capta non ca-
pitolium arcemve. Habent ista hostile vesti-
gium vel fastigium. Illa que sapientem tu-
entur et a flamma et ab incursu tuta sunt
nullum introitum prebent, excelsa inexpug-
nabilia diis equa. Et sequitur capitulum vi

Non est quod dicas ista ut soles hunc
sapientem nostrum nusquam inveniri.
Non fingimus istud humani inge-
nii vanum decus nec ingentem ymaginem fal-
se rei concipimus sed qualem confirmamus et
exhibuimus et exhibebimus. Raro forsitan
magnisque etatum intervallis invenitur.
Neque enim magna et excedentia solitum ac
vulgarem modum crebro gignuntur. Ceterum
hic ipse Marcus Catho a cuius mentione hec
disputacio processit vereor ne supra nostrum
exemplar sit. Denique validius debet esse quod
ledit eo quod leditur. Non est autem fortior
nequitia virtute. Non potest ergo ledi

Margin notes: s · scilicet Stilbonem · scilicet signum · scilicet talis sapiens

sapiens. Iniuria in bonos nisi a malis non temptatur. Bonis inter se pax est. Mali tam bonis perniciosi quam mali inter se. Quod si ledi nisi infirmior non potest. Malus autem bono infirmior est. nec iniuria bonis nisi a dispari verenda est. Iniuria in sapientem virum non cadit. Illud enim iam non es admonendus neminem bonum esse nisi sapientem. Sed iniuste inquis Socrates dampnatus est. iniuriam accepit. Hoc loco intelligere nos oportet posse evenire ut faciat aliquis michi et ego non accipiam. Tanquam si quis rem quam e villa mea subripuit in domo mea ponat ille furtum fecerit ego nichil perdiderim. Potest aliquis nocens fieri quamvis non nocuerit. Si quis cum uxore sua tanquam aliena concubuit adulter erit quamvis illa adultera non sit. Aliquis michi venenum dedit sed vim suam re[potum]mixtum cibo perdidit. Venenum illud dando scelere se obligavit etiam si non nocuit. Non minus latro est cuius telum opposita veste elusum est. Omnia scelera et ante effectum operis quantum culpe satis est perfecta sunt. Quedam eius condicionis sunt et hac vice copulantur ut alterum sine altero esse non possit. Quod dico conabor facere manifestum. Possum pedes movere ut non curram. currere non

7

possum ut pedes non moveam. possum quin
vis magna sim non mactare. si nato non possu
magna non esse. Ex hac forte et hoc est de
qua agitur. Si iniuriam accepi, necesse est fac
tam esse. si est facta, non est necesse me acce
pisse. Multa enim incidere possunt que sub
moveant iniuriam. ut intentam manum deicere
aliquis casus potest. et emissa tela declinare.
Ita iniurias qualescumque potest aliqua res
repellere. et in medio intercipere. ut et facte
sint. nec accepte. Preterea nichil iniustum ius
tum pati potest. quia non coeunt contraria.
Iniuria autem non potest fieri nisi iniuste. ergo
sapienti iniuria non potest fieri. De capitulo vii

Nec est quod mireris. si nemo potest illi in
iuriam facere. Nec prodesse quidem
quisquam potest. Et sapienti nichil
deest. quod accipere possit loco muneris. et
malus nichil potest dignum tribuere sapiens
habere enim prius debet quam dare. Nichil
autem habet. quod ad se transferri sapiens gavi
surus sit. Non potest ergo quisquam aut no
cere sapienti aut prodesse. quemadmodum divina
nec iuvari desiderant nec ledi possunt. Sa
piens autem vicinus proximusque diis con
sistit. excepta mortalitate similis deo. ad illa
nitens pergens que excelsa ordinata intrepi

k.

procedentia

da | equali | et concordi cursu fluentia · secura
benigna · bono publico nata · et sibi et aliis
salutaria ¶ Nichil humile concupiscet · ni
chil flebit · Qui rationi innixus | per humanos
casus divino incedit animo | non habet ubi ac
cipiat iniuriam | ab homine me tantum dicere pu
tas · sed nec a fortuna quidem · Que quociens
cum virtute congressa est · numquam par re
cessit · Si maximum illud ultimum quod nichil ha
bent irate leges · et sevissimi domini minantur — scilicet mortem
in quo imperium suum fortuna consumit · equo
placido que animo accipimus · et scimus mor
tem malum non esse · ob hoc ne iniuriam
quidem · multo facilius alia tollerabimus · dap
na | et dolores | et ignominias | locorum | mutati
ones | orbitates · discidia · que sapientem eti
am si universa circumveniant · non mergunt | ne
dum ut ad singulorum | impulsus mereat · Et
si fortune iniurias moderate fert · quanto
magis hominum potentium | quos scit fortune
manus esse · Omnia itaque sic patitur · ut hy
emis rigorem · et intemperantiam celi · et ut fer
vores · morbos que · et cetera forte (casu) accidentia
Nec de quoquam tam bene iudicat | ut illum — vel tyrannos
quicquam putet consilio fecisse · Quod in uno
sapiente est · aliorum omnium non consilia · sed frau
des et insidie · et motus animorum inconditi sunt

vel irregulati

f.

i. in illis modis infra positis

Iqui casibus adnumerantur. Omne autem for-
tuitum circa nos seuit et iniuriatur. Capitulum viii
Alias quoque cogita iniurias latissimam pate-
re materiam illis perque periculum nobis que-
situm est, ut accusatore summisso aut crimi-
nacione falsa aut irritatis in nos potenciorum
motibus quoque alia inter togatos latrocinia
sunt. Est et illa iniuria frequens si lucrum
alicui excussum est aut premium diu capta-
tum si magno labore affectata hereditas auer-
sa est et questuose domus gratia erepta.
Hec effugiet sapiens qui nescit nec in spem
nec in metum viuere. Adice nunc quod iniuriam
nemo in mota mente accipit, sed ad sensum
eius perturbatur. Caret autem perturbacione
vir erectus erroribus moderatur suus alte
quietis et placide. Nam si tangit iniuria
et mouet et impedit. Caret autem ira sapiens
quam excitat iniurie species nec aliter careret
ira nisi et iniuria quam scit sibi posse non
fieri. Inde tam erectus letusque est. Inde con-
tinuo gaudio elatus. Adeo autem ad offensi-
ones rerum hominumque non contrahitur ut
illa ipsi iniuria visa est per quam experimentum
sui capit et virtutem temptat. Faueamus ob-
secro uos huic posito equisque et animis et
auribus adsimus. Nam sapiens iniurie

alias usui

eripiatur, nec quicquam ideo petulantie iniuriose m
aut rapacissimis cupiditatibus aut certe teme i. intinctus
ritati superbie que detrahitur. salvis viciis hec
hec sapientis libertas queritur. non ut nobis
facere non liceat iniuriam agimus. sed ut
ille omnes iniurias in altum dimittat pacientia
que se ac magnitudine animi defendat. Sic in
certaminibus sacris plerique vicerunt ceden
tium manus obstinata paciencia fatigando.
Ex hoc puta genere sapientem eorum qui ex
i. debilitandi ercitatione longa ac fideli robur perpetiendi las
sandi que omnem inimicam vim consecuti sunt. x
Quoniam priorem partem capitulum 3a ps
percucurrimus. ad alteram transea
mus. Qua quibusdam propriis ple
ris que vero communibus contumeliam refuta
bimus. Est minor iniuria quam queri magis
quam exequi possimus. quam leges quoque nulla di
i. depressio gnam vindicta putaverunt. Hunc affectum
movet humilitas animi contrahentis se ob
factum dictum que inhonorificum. Ille me hodie
non admisit cum alios admitteret. sermonem
meum aut superbe aversatus est aut palam
risit. et non in medio me loco. sed in imo collo
cavit. et alia huius note. Que quid vocem i. dictum
nisi querelas nausiantis animi in que fere
delicati et felices incidunt. Non vacat enim

n

A interpretatis · q[uod] d[icitu]r ea e[ss]e mag[is] q[uam] sit p[ri]ma

hec nature · cu[m] peiora instant · nimio ocio in/
genia illa infirma et muliebria / inopia (i. defectu) vere
virtutis lasciuientia · hijs commouentur · quorum pars
maior constat vicio · Itaque nec prudentie quicquam
in se esse · nec fiducie ostendit · qui contumelia
afficitur · Non dubie enim contemptum se iu/
dicat · Et hic morsus non sine quadam humili/
tate animi euenit supprimentis se · ac descenden/
tis · Sapiens autem a nullo contempnitur · ma/
gnitudinem suam nouit · nullique tantum de se licere
renunciat (i. manifestat) · quantum sibi · et omnes has quas non
miserias dixerim · sed molestias dixerim · non
vincit · sed nec sentit quidem · Alia sunt que
sapientem feriunt · etiam si non peruertant · ut
dolor corporis · et debilitas · aut amicorum libero/
rumque amissio · et patrie bello flagrantis ca/
lamitas · Hec non nego sentire sapientem · Nec
enim lapidis illi duriciam · ferri ue asserimus
Nulla virtus est · que non senciat perpeti · Quid
ergo est / quosdam ictus recipit · sed receptos vin/
cit · et sanat et comprimit · Hec vero minora non
sentit quidem · nec aduersus ea solita illa vir/
tute utitur dura tolerandi · sed aut non ad/
notat · aut digna risu putat · Preterea cum
magnam partem contumeliarum superbi insolen/
tes que faciant · et male felicitatem (i. invidi) ferentes ·
habet quo istum affectum inflatum respuat pul/

decernimus virtutum autem sanctitatem magnanimitatem que et illa quicquid eius modi est transfert ut vana somniorum visa que nocturna nichil habemus solidi atque veri. Simul illud cogita omnes inferiores esse. Quanta illis audacia sit tanto excelsiora despicere. Et sequitur capitulum X.

Contumelia a contemptu dicta est quia nemo nisi eum quem contempsit tali iniuria notat. Nemo autem meliorem maioremque contempnit etiam si facit aliquid quod contempnentes solent. Nam et pueri os parentum feriunt et crines matris turbavit laceravitque infans et sputo aspersit aut nudavit in conspectu suorum tegenda et verbis obscenioribus non pepercit et nichil horum contumeliam dicimus. Quare quia qui fecit contempnere non potest. Eadem causa est cur nos mancipiorum nostrorum urbanitas in dominos contumeliosa delectet. Quorum audacia ita demum sibi in convivas ius facit si cepit a domino et ut quisque contemptissimus et ut ludibrium est ita solutissime lingue est. Pueros quidem in hoc mercantur procaces et illorum impudentiam acuunt ac sub magistro habent qui probra meditate effundant. Nec has contumelias vocamus sed argutias. Quanta autem dementia est isdem modo delectari modo offendi et rem ab amico dictam male

dictam vocare, a servulis iocularem convicium. Q-
animum nos adversus pueros habemus, hunc
sapiens adversus omnes. Quibus etiam
post iuventam canosque puerilitas est. An iam
quicquam isti profecerunt, quibus animi mala sunt
auctique in maius errores. Qui a pueris ma-
gnitudine tantum forma que corporum differunt. Ce-
terum non minus vagi incertique voluptatum
sine delectu appetentes, trepidi et non ingenio
sed formidine quieti. Non ideo quicquam inter
illos pueros que interesse quis dixerit, quod illis
talorum nucumque et eris minuti avaritia est,
his et auri argentique et urbium, quod illi inter
se ipsos magistratus gerunt et pretextam fasces que
ac tribunal imitantur. Hii autem in campo fo-
roque et in curia serio ludunt. Illi in litoribus
arene congestu simulacra domuum excitant, hii
ut magnum aliquid agentes in lapidibus ac pa-
rietibus et tectis moliendis occupati tutelam
corporum inventa in periculum verterunt. Ergo par
pueris longiusque progressis, sed in alia ma-
ioraque error est. Non immerito horum contu-
melias sapiens ut iocos accipit, et aliquando illos
tamquam pueros malo pena que admonet, af-
ficit non quia acceperit iniuriam, sed quia fe-
cerunt, et ut desinant facere. Sic enim et pe-
cora verbere domantur. Nec irascimur illis

cum sessorem recusaverint. sed compescimus q
ut dolor contumaciam vincat. Ergo et illud
solutum scies quod nobis opponitur. quare si non
accepit iniuriam. nec contumeliam sapiens pu-
nit eos qui fecerunt. Non enim se ulciscitur
sed illos emendat. Et sequitur capitulum xi.
Quid est autem quare hanc animi fir-
mitatem non credas in virum sapientem
cadere. cum tibi in aliis idem notare
sed non ex eadem causa liceat. Quis enim fre-
neticis medicus irascitur. Quis febricitantis
et a frigido prohibiti maledicta in malam partem
accepit. Hunc affectum adversus omnes habet
sapiens. quem adversus egros suos medicus
quorum nec obscena si remedio egent contrectare
nec reliquias et effusa intueri dedignatur
nec per furorem sevientium excipere convicia. Scit
sapiens omnes hos qui togati purpurati que
incedunt valentes coloratos male sanos esse i. habentes colores sanitatis
quos non aliter videt quam egros intempe-
rantos. Itaque nec succensset quidem. si quid in
morbo petulantius ausi sunt adversus me-
dentem. Et quo animo honores eorum in nichi-
lo extimat. Eodem parum honorifice facta. Quem-
admodum non placebit sibi. si illum mendicus
coluerit. nec contumeliam iudicabit. si illi
homo plebis ultime salutanti mutuam salu-

x· racionem non reddiderit · sic non suscipiet · si
illum multi diuites susceperint · Scit enim
illos nichil amendicis differre · ymo mise-
riores esse · Illi enim exiguo · hii multo egent · Et
rursus non tangetur · si illum rex medorum ·
(i· prefectus) attalus ve asie salutantem silencio et vultu
arroganti transierit · Scit statum eius non
magis habere quicquam invidendum · quam
(i· sine medicis) eius cui in magna familia cura contingit e-
gros insanos que compescere · Num mo-
leste feram si michi non reddiderit nomen
(i· loca mercatorum) aliquis ex hiis qui ad castorem negociantur
(i· malignos seruos) nequam mancipia ementes vendentes que quorum
taberne pessimorum seruorum turba referte sunt
non ut puto · Quid enim is boni habet sub quo
nemo nisi malus est · Ergo ut huius humani-
tatem inhumanitatemque negligit · Ita et re-
gis habentis sub se · parthos · et medos · et bac-
trianos · sed quos metu contines · sed propter
quos remittere arcum tibi non contingit · sed
postremos et venales · sed nouum aucupantes
dominium · Nullius ergo mouebitur contume-
(i· quia unus diues aliis pauper) lia · omnes enim inter se differunt · Sapiens quidem
pares illos ob equalem stulticiam omnes putat
¶ Nam si semel se dimiserit eo · ut aut in-
iuria moueatur · aut contumelia non poterit
unquam esse securus · securitas autem proprium

.6.

bonum sapientis est. nec committet ut iudicium
ad contumeliam sibi factam. honorem habeat
ei qui fecit. Necesse est enim a quo quisque
contempni moleste ferat. suspici [i. honorari] gaudeat

Tanta quosdam dementia capitulum xii
tenet. ut contumeliam sibi posse fieri
putent a muliere. Quid refert quam
habeat equos lecticarios [i. raptos]. hanc quam one-
ratas aures. quam laxam sellam. eque impru-
dens animal est. et nisi sciencia accessit ac [i. ferine cupiditatis]
multa eruditio. ferum cupiditatum incontinens.
[i. calefactor] Quidam a cinerario se impulsos moleste
ferunt. et contumeliam vocant hostiarii dif-
ficultatem. nomen cultoris superbiam. cubicu-
larii supercilium. O quantus inter ista risus to-
lendus est. Quanta voluptate implendus
animus. ex alieno errore tumultu contem-
planti quietem suam. Quid ergo sapiens non
[superbus] accedet ad fores. quas durus ianitor obsidet.
[i. ianitorem] ille vero si res necessaria vocabit experietur
et illum quisquis erit. tamquam canem acrem
obiecto cibo leniet. nec indignabitur ali-
quid impendere ut limen transeat. cogitans
et in pontibus quibusdam [i. vectigal] pro transitu dari. Ita-
que ille quoque quisquis erit qui salutatio-
num publicum exercebit donabit. scit emere
venalia. ille pusilli animi est qui sibi placet



t

q' hostiario libenter respondet · q' virgam
·i· vestem — eius fregit · qd' ad dominum accessit · et petit
corium · facit se adversarium · facit qui contendit
et ut vincat par fuit. At sapiens colaphis
percussus · quid faciet · qd' catho · cum illi os
percussum esset · non excanduit · non vindicavit
iniuriam · non remisit quidem · sed factam
negavit · maiore animo · non agnovit · quam
ignovisset. Non diu in hoc herebimus · Quis
enim nescit · nichil ex hiis que creduntur bo-
na · aut mala · ita videri sapienti · ut omnibus
non respicit · quid homines · turpe iudicant
·/· exratien — aut miserum · non id quod populus · sed ut si-
dera contrarium mundo iter intendunt · ita hic
adversus opinionem omnium vadit. Desinite ita-
que dicere · non accipiet ergo sapiens iniuri-
am si cedetur · si oculus ei eruetur · non acci-
piet contumeliam · si obscenorum vocibus impro-
bis per forum agetur · si in convivio regis re-
cumbere infra mensam · vesci q' cum servis
ignominiosa officia sortitus videbitur · Si
quid aliud ferre cogetur eorum que excogi-
tari pudori ingenuo molesta possunt · inqu-
antumcumque ista · vel numero vel magnitudine cre-
verint · eiusdem nature erunt · si non tanget
illum parva · nec maiora quidem · si non
tangent pauca · nec plura quidem · sed ex im-

becillitate vestra · coniecturam non capitis in- v·
gentis animi · Et tu cogitationis quantum putetis
vos pati posse · sapientis sapientie paulo ul-
teriorem terminum ponitis · At illum in aliis
mundi finibus · sua virtus collocavit · nichil vo-
biscum commune habentem · Quare et aspera
et quecumque tolleratu gravia sunt / auditu quoque
et visu refugienda / non obruetur eorum cetu /
et qualis singulis / talis universis obsistet ·
Qui dicit istud tollerabile sapienti xiii
illud intollerabile · et animi magni-
tudinem intra certos fines tenet · ma-
le agit · Vincit nos fortuna · nisi tota vincatur ·
Nec putes istam Stoycam esse duritiam / Epi-
curus quem vos patronum inhertie vestre assumi- /i· proprie·
tis / putatis quod mollia ac desidiosa precipere epycurum
et ad voluptates ducentia · Raro inquit sa- i· sapiens fortunam
pienti fortuna intervenit · quam pene emisit vi- vincit / ideo non
ri vocem / vis tu fortius loqui · et illam ex toto vincitur ab ea /
submovere · Domus hec sapientis · angusta
sine cultu · sine strepitu · sine apparatu · nullis
asservatur ianitoribus · turbam venali fasti- /i· sapientis
dio digerentibus · sed per hoc limen vacuum et
ab hostiariis liberum / fortuna non transit ·
Scit non esse illic sibi locum · ubi sui nichil
est · Quod si Epycurus quoque · qui corpori plurimum
indulsit · adversus iniurias exsurgit · Quid

x

capit nos incredibile videre potest aut sup
humane nature mensuram. Ille ait iniurias
tollerabiles esse sapienti, nos iniurias non
esse. Nec enim est quod dicas hoc nature re-
pugnare. Non negamus rem incommo-
dam esse verberari et impelli et aliquo me-
bro carere, sed omnia ista negamus iniuri-
as esse. non sensum illis doloris detra-
himus, sed nomen iniurie, quod non potest re-
cipi virtute salva. Uter verius dicat



i. quis Stoycus an epycurius

videbimus. ad contemptum quidem iniurie
uterque consentit. Queris quid inter du-
os intersit. Quod inter gladiatores fortis-
simos quorum alter premit vulnus et con-
stat in gradu, alter respiciens ad clama-
tem populum significat nichil esse et inter-
cedi non patitur. Non est quod putes ma-
gnum quod dissidemus (dividimus). Illud quoque regitur
quod unum ad duos pertinet, utraque exempla
hortantur contempnere iniurias et quas
iniuriarum umbras ac suspiciones dixerim
contumelias. Ad quas despiciendas non
sapiente opus est viro, sed tantum conspicien-
te. Quod si possit dicere utrum merito m
ista accidunt an inmerito. si merito, non
est contumelia. iudicium est. Si inmerito
illi qui iniusta facit erubescendum est. et quid e

s. quod nichil desunt

a

Illud quod contumeliam dicunt, in capitis mei levitatem iocatus est. Et in oculorum valitudinem. et in crurum gracilitatem et in staturam. Quae contumelia est, quod apparet audire? coram uno aliquid dictum ridemus. coram pluribus indignamur. et eorum aliis libertatem non relinquimus. que ipsi in nos dicere assuevimus. Iocis temperatis delectamur. inmodicis irascimur. Crisippus ait. quendam indignatum quod illum vervecem aliquis marinum dixerat. In senatu flentem vidimus fidum cornelium nasonis generum. Cum illum corbolo struthocamelum depilatum dixisset. adversus alia maledicta mores et vitam convulnerantia frontis illi firmitas constitit. adversus hoc tam absurdum lacrime prociderunt. ca. xviii

Tanta animorum imbecillitas est ubi ratio discessit. quod offendimur si quis sermonem nostrum imitatur. si quis vicium aliquod corporis. aut lingue exprimit. quasi notiora illa fiant alio imitante. quam nobis facientibus. Senectutem quoque inviti audiunt. et canos. et alia. adque voto pervenitur. Paupertatis maledictum quosdam perussit. quam sibi obicit quisquis eam abscondit. Itaque materia petulantibus. et per contumeliam urbanis detrahitur. Sic ceteros illam

al' quidam

contumeliam

b

l. qui seipsum deridet aliis deridendi occasionem aufert

et pedes securos. Nemo aliis risum pre-
buit qui ex se excepit. Vatinium hominem
natum et ad risum et ad odium scurram fu-
isse et venustum ac dicacem memorie proditum
est. In pedes suos ipse plurima dicebat et in
fauces concisas. Sic inimicos quos plures ha-
bebat quam morbos et in primis ciceronis ur-
banitatem effugit. Si ille hoc potuit duri-
cia oris qui assiduis conviciis pudere didice-
rat. Cur is non possit qui studiis liberalibus
et sapiencie cultu ad aliquem profectum per-
venerit. Adice quod genus ulcionis est eripe-
re ei qui fecit facte contumelie voluptatem. So-
lent dicere. O miserum me puto non intel-
lexit. Adeo fructus contumelie in sensu et in
dignatione pacientis est. Non debet quidem
homo esse ipse contumeliosus. Deinde non
deerit illi aliquando par inveniatur qui te

Cesar inter cap. xv. quoque iudicat
cetera vicia quibus habundabat
contumeliosus mirabiliter ferebatur
omnibus aliqua nota feriendi. Ipse materia
risus benignissima. Tanta illi palloris insa-
niam testantis feditas erat. Tanta oculorum
sub fronte simul latentium torvitas. Tanta
capitis destituti et emendatitiis capillis as-
persis deformitas. Adice obsessam setis cer-

l. i. inridendo quod cytero ipsius deformitate pedibus non deprehendit.

vel ·eripe valuptate genus ulcionis

l. Iulius

l. al. feriendi

l. quod forte verba capillis alienis

l. pilis

lucem et equalitatem cervicum et enormitatem
pedum. Immensum est si velim singula re-
ferre. Perque in patres avos et suos con- *romanos*
tumeliosus fuit, et perque in universos ordines
Ea referam que illum exicio dederunt. Asi- *de asia*
aticum Valerium in primis amicis habebat
ferocem virum et vix equo animo alienas
contumelias laturum. Huic in convivio
et idem in contione voce clarissima qualis
valerius in concubitu esset uxor eius obiecit. Di
boni. hoc virum audire principem *(Iulius)* scire
et usque eo licentiam pervenisse ut non dico
consulari non dico amico sed tantum mari- *sic dicti viri*
to et adulterium narret et fastidium. Cher-
re contra tribuno nullus sermo non pro manu
erat languidus sonno et infracta nocens sus- *miles*
pectior. Huic gaius signum petenti modo ve-
neris modo priapi dabat aliter atque ali-
ter exprobrans armato molliciam. hec ipse p- *chorea*
lucidus testatus *(sic dictus)* auratus. Coegit itaque il-
lum uti ferro ne sepius signum peteret. Ille *gaius*
primus inter coniuratos manum sustulit
chereas Ille cervicem mediam uno ictu decidit. Plu-
rimum deinde undique publicas ac privatas
iniurias ulciscentium gladiorum ingestum est
sed primus vir fuit qui minime visus est.
Hac ratione gaius omnia contumelias

pietat. Et sunt ferendarum impatientes facien
darum cupidissimi. Iratus fuit herennius mac
ro qui illum Gayum salutaverat nec impune
cessit primipilarium quod caligulam dixerat.
Hic enim in castris natus et alumpnus legi
onum vocari solebat nullo nomine militibus fa
miliarior unquam factus sed iam caligulam con
vicium et probrum iudicabat conturbatus. Ergo
hoc ipsum solacio erit etiam si nostra facilitas
ulcionem omiserint futurum aliquem qui penas
exigat a procace et superbo et iniurioso que
vicia nunquam in uno homine et in una contume

Respiciamus C. xvi. lia consumuntur
eorum exempla quorum laudamus pacientiam
ut Socratis qui comediarum publica
tos in se expectatos sales in partem bonam acce
pit. Risit quod non minus quam cum ab uxore xa
tippe in munda aqua perfunderetur. Antistem
mater barbaram et tracessa obiciebatur. Respondit
et deorum matrem ydeam esse. Non est in ri
xam colluctacionem quod veniendum. Procul aufe
rendi pedes sunt et quicquid horum ab imprudenti
tioribus fiet. fieri autem nisi ab imprudentibus non
potest negligendum. Et honores et iniurie vul
gi in promiscuo habende. Nec his dolendum
nec illis gaudendum alioquin multum timore contu
meliarum aut tedio necessaria omittemus publi

as et privatis officiis; aliquem etiam salu-
tationibus non occurrimus, dum mulieribus
nos cura angit; aliquid animum audiendi;
aliquem etiam obviam potentibus detergemus
hunc affectum intemperanti libertate. Non
est autem libertas nichil pati; fallimur;
libertas est animum supponere iniuriis et
eum facere se ipsum ex quo solo sibi gaudenda
veniant; exteriora deducere a se. Ne inqui-
eta agenda sit vita omnium risus omnium
linguas timenti. Quis enim est qui non
possit contumelias facere, si quisquam potest;
diverso autem remedio utetur sapiens af-
fectatorque sapientie. Imperfectis enim et
adhuc ad publicum se iudicium dirigentibus
hoc proponendum est. Inter iniurias ipsas con-
tumelias que deberet versari. Omnia leviora
accidunt expectantibus. Quo quisque hone-
stior est genere, fama, patrimonio que, hoc se
fortius gerat. Memor in prima acie, al-
tos ordines in primo loco stare. Contume-
lias et verba probrosa et ignominias et
cetera dehonestamenta velud clamorem
hostium ferat, et longinqua tela et saxa si-
ne vulnere circa galeas crepitancia. Iniuri-
as vero ut vulnera, alia armis, alia pecto-
ri infixa, non deiectus, nec motus quidem

e

f

stoyco

vos epycurei bellis, et stoici victo

Biidu sustinent. Etiam si premeretur et
infesta vi urgeretur cedere tamen turpe
est. Assignatum a natura locum tueri. Quis
quis hic sit locus viri sapientis. Aliud
auxilium est huic contrarium. vos enim (epicurei)
cum genus ille (stoico) pro victoria est. nec
repugnare vobis bono. et hanc spem ad
pulcherrimum pervenientis. alite in animis li-
bentes eam melius excipite. et opinione
ac votis iuvate esse aliquid invictum
esse aliquem in quem nichil fortuna (sapientes)
possit. e re publica est generis humani.

Explicit liber Senece de providentia dei

Incipit liber Lucii Annei Senece ad
Paulinum de brevitate vite Rubrica

Maior pars mortalium Pau-
line de nature maligni-
tate conqueritur quod in ex-
iguum evi gignimur. quod
hec tam velociter. tam ra-
pide dati nobis temporis
spatia decurrant. adeo
ut exceptis admodum paucis

corporis

¶ Paulinus cui scribit liber presens vir erudituque procurator Cesaris et cui multa delicate commisit
de morte cuiusdam fratris sui immoderate tristatus, longius misteriis flectibus et publica consorcia
declinans non potuit consolari. Seneca hec audiens per consulatum Romanum rogatus hunc consolacionem
in libro destinat eidem, qui dividi potest in duas partes principales. In prima Seneca namque
excusat, quod accusabant quidam de nimia rerum temporis brevitate, probans vitam longam esse
longam dum tamen utiliter disponatur. Secunda ibi Quingentissima, ostenditur sine principale
comparacionem vestri in finem. Prima pars potest subdividi in x. quia primo ponitur querela quorundam
facientes de brevitate vite, quam ita dedit brevem hominibus quibusdam animalibus,
quorum querela iustificatur vel dicitur Galieni et Aristotelis. Secundo ibi Non
brevis. quorum querela iustificatur vel dicitur ... Secundo ibi Non exiguum / namque excusans audit, quia tempus vite nostre quamvis sit illud nobis sufficiens
exiguum / namque excusans audit, quia tempus vite nostre, quamvis sit illud nobis sufficiens
eius, dummodo prudenter disponatur / sed quia nos inanibus huius mundi negociis dediti et
carnis voluptatibus intenti tempus nostrum inutiliter perdimus / brevissimum nobis videtur
de quo dicit esse mirandum, quod cum omnes quidam de patrimonio sunt avari / vel illud
de facili velint partiri cum aliquo, tempus suum cum omnibus facillime partiuntur
et de illo sunt prodigi, cuius solius honesta est avaricia. 3o ibi Audies
plerosque / notat quosdam qui occupati negociis vel officiis publicis corrupti
disponunt officia tunc demum relinquere, ac in ocium se transferre cum ad senectutem
devenerint. disponentes tunc vitam incipere, cum desinendum est eam. Not
etiam quosdam qui ocium collaudantes / desiderant se dimittere publicas administraciones
desiderio si possibilitas detur, et tales erant, ut dicit S. Augustinus, Marcus Tullius
et Titus Livius, qui tamen ex querelis hominum vel se vel alios inutiliter / nam cum

erumpent verba, eorum affectus ad concrescendum suam finaliter habebant. 2° ibi Corvum me Hercle, dicit quod inter singula consciencie sunt longa, sunt breuis, ex eo quod per occupatos dudum mentaliter habitur, cum tamen sunt quibus sunt quod ab occupatis nichil pro similiter exterri, et multotiens pro a talibus exerceri ars commendi, qua nulla difficilior reperitur. 3° ibi, Ecce propositum per locum a divisione probat quod occupati de suo tempore mentaliter pro se percurrunt preterita et futura, et declarat quos intelligat occupatos et quos ociosos. Secunda pars subdividitur in tres. In prima quantum laus paulini de morte fratris sui quam fortuna exaggerat. In 2a ibi proinde parcamus, ponit x consolationes remedia. In 3a ibi Nunc ergo, concludit non esse penitus prohibendum ne quis de morte fratris aut amici fleat vel doleat, sed dicit cum moderacione dolendum, et eum in dolore modum servandum, qui nec impietatem nec insaniam imitetur.

ceteros in ipso vite apparatu vita destituat.
Nec huic publico ut opinantur malo tur
ba tantum et imprudens vulgus ingemuit
Clarorum quoque virorum hic affectus (i. passio) que (i. querelas)
relas evocavit. Inde illa maximi medico
rum exclamatio est: vitam brevem esse
longam artem. Inde aristotiles cum re (i. superiorem ... exigente mortis ... litigare)
natura exigenti minime conveniens sapien
ti viro lis est. At ista iam animalibus tantum
indulsisse ut quina aut dena secula edu (i. deceret ut diu viveret)
cerent. Homini vita multa ac magna genito
tam citeriorem terminum stare. ¶ Non ex (2a ps.)
iguum temporis habemus, sed multum perdi
dimus. ¶ Satis longa vita et in maximarum
rerum consummationem large data est si to
ta bene collocaretur. Sed ubi per luxum ac ne
gligentiam diffluit. ubi nulle bone rei impenditur
ultima (extrema) demum (i. morte) necessitate cogente quam ire
non intelleximus transisse sentimus. Ita est
non accepimus brevem vitam. sed fecimus
nec inopes eius. sed prodigi sumus. Sicut
ample et regie opes ubi ad malum dominum
pervenerunt. momento dissipantur. At quam
vis modice. si bono custodi tradite sunt. v
su crescunt. ita etas nostra bene dispone
ti. multum patet. ¶ Quid de rerum natura
querimur. Illa se benigne gessit. vita si

h

uti sciant longa est. Alium tenet insatiabil-
avaricia. Alium in supervacuis laboribus ope-
rosa sedulitas. Alius vino madet. Alius i-
nercia torpet. Alium defatigat ex alienis iudi-
ciis suspensa semper ambicio. Alium mercandi
preceps cupiditas circa omnes terras et
omnia maria spe lucri ducit. Quosdam tor-
quet cupido malicie numquam aut alienis
periculis intentos aut suis anxios. Sunt
quos ingratus superiorum cultus voluntaria
servitute consumat. Multos aut affectatio
aliene fortune aut sue detinuit. Plerosque
nichil certum sequentes vaga et inconstans
et sibi displicens levitas per nova consilia
iactavit. Quibusdam nichil quo cursum diri-
gant placet sed marcentes oscitantesque fa-
ta deprehendunt adeo ut quod apud maximum
poetarum more oraculi dictum est verum
esse non dubitem. exigua pars est vita qua
vivimus. Ceterum quidem omne spacium non vi-
ta sed tempus est. Urgentes undique vicia cir-
cumstant nec resurgere aut in despectum veri
attollere oculos sinunt et emersos et in cupi-
ditate infixos premunt. Numquam illis re-
currere ad se licet. Si quando aliqua quies for-
tuito contigit velut profundo mari in quo post
venti quoque volutatio est fluctuantur nec umquam

i. importuna velox

i. ut alij fortunam habeant

i. cuncta veritas arguunt

i. tamquam ab oraculo divino

i. aspectu

i. dominorum

i. finita

querelam

hominum

7

illis · cupiditatibus suis occupatum instat · Desi
ne pietas dissidere · quam in confesso mala sit /
aspice illos · ad quorum felicitatem concurritur · bo
nis suis offocantur · Quam multorum eloquen
tia quotidiano ostentandi ingenii spatio san
guinem educit · Quam multi continuis volupta
tibus pallent · Quam multis nichil liberi
relinquit / circumfusus clientium populus · Omnes
denique istos ab infimis usque ad summos pererrat
Hic advocat · hic adest · ille periclitatur · ille
defendit · ille iudicat · alius in alium consumitur
Interroga de istis · quorum nomina ediscuntur
his illos dignosci videbis notis · Iste illius
cultor est · Hic illius / suus nemo est · Deinde
dementissima quorundam indignatio est · queruntur
de superiorum fastidio · quod ipsis adire volentibus
non vacaverint / audet quisquam de alterius
superbia queri · qui sibi ipse numquam vacat · Iste
tamen quisque est insolenti quidem vultu · sed
aliquando respexit · Iste aures suas ad tua verba
demisit · Iste te ad latus recepit · tu non in
spicere te · umquam non audire dignatus es /

Non est itaque quod ista officia cuiquam im
putes · quoniam quidem tu illa faceres / non esse
cum aliquo volebas · sed tecum esse non poteras /
Omnia licet que umquam ingenia fulserunt
in hoc unum consentiant · numquam satis hanc

k

humanarum mentium caliginem mirabar. Pre-
dia sua occupari a nullo patiuntur. et si exi-
gua contentio est de modo finium, ad lapides et
arma discurrunt. In vitam suam incedere
alios sinunt. Immo vero. ipsi etiam possessores
eius futuros inducunt. Et sequitur cap. ii.

Nemo invenitur qui pecuniam suam
dividere velit, vitam unusquisque quam
multis distribuit, astricti sunt in con-
tinendo patrimonio simul cum ad iacturam
temporis ventum est. profusissimi in eo, cuius
unius, honesta avaritia est. Libet itaque ex
seniorum turba comprehendere aliquem pervenisse te ad ultimum etatis humane terminum
videmus. centesimus tibi vel supra premitur
annus. Agedum, ad computationem, etatem
tuam revoca. dic quantum ex isto tempore credi-
tor. quantum amica. quantum respublica. quan-
cliens abstulerit. quantum lis uxoria. quantum
servorum coercitio. quantum officiosa per urbem
discursatio. Adice morbos, quos manu fe-
cimus. Adice, quod et sine usu iacuit. videbis te
pauciores annos habere quam numeras. Re-
pete memoria tecum. quando certus consilii fueris,
quotus quisque dies ut destinaveras recesserit,
quando tibi usus tui fuerit. quando in statu suo vultus,
quando animus intrepidus. Quid tibi in tam lo-

l. persuasi ser fui.

l. ad om̄ hortatum

l. de comedendo bibendo

1.

ipso vero facti operis. Quam multi vitam tu-
am diripuerint te non sentiente quid perde-
res. Quantum vanus dolor, stulta letitia, a-
vida cupiditas, blanda conversatio abstulerit,
quam exiguum tibi de tuo relictum sit, intel-
liges te inmaturum mori esse. Quid ergo est in cau-
sa? Tamquam semper victuri vivitis. Num-
quam vobis fragilitas vestra succurrit. Non observa-
tis quantum iam temporis transierit. Velut ex
pleno et habundanti perditis, cum interim for-
tasse ille ipse alicui vel homini vel rei dona-
tus dies ultimus sit. Omnia tamquam morta-
les timetis, omnia tamquam inmortales concupiscitis.
Audies plerosque dicentes: A quinquagesimo anno
in ocium secedam, sexagesimus me annus ab offi-
ciis dimittet. Et quem tandem longioris vite pre-
dem accipis? Quis ista sicut disponis ire pa-
tietur? Non pudet te reliquias vite tibi
reservare et id solum tempus bone menti desti-
nare quod in nullam rem conferri possit? Quam
serum est tunc vivere incipere cum desinendum est.
Que tam stulta mortalitatis oblivio in quin-
quagesimum et sexagesimum annum differre sana con-
silia et deinde velle vitam inchoare quo pau-

Potentissimis cap. iii. ci perduxerunt
et in altum sublatis hominibus excide-
re voces videbis quibus ocium optent, lau-

i. qui amat

i. erumpe

m

dent, omnibus bonis suis preferunt. cupiunt
interim ex illo fastigio suo si tuto liceat de-
scendere. Nam ut nichil extra lacessat
aut quatiat, in se ipsa fortuna ruit. Divus
augustus. cui dii pluria quam ulli prestiterant
non desiit quietem sibi precari, et vacationem
a re publica petere. Omnis eius sermo ad hoc
semper revolutus est ut speraret ocium. Hoc
labores suos, etiam si falso dulci tamen oblec-
tabatur solatio aliquando se victurum sibi. In qua-
dam ad Senatum missa epistola. cum requiem
suam non vacuam fore dignitatis. nec a priore
gloria discrepantem pollicitus esset. Hec ver-
ba inveni. Sed et ista fieri speciosius quam pro-
mitti possunt. me tamen cupido temporis op-
tatissimi michi provexit. ut quem rerum leticia
moratur, adhuc perciperem aliquid voluptatis ex
verborum dulcedine. tanta visa est res ocium. ut
illam quia usu non poterat, cogitatione presu-
meret. qui omnia videbat ex se uno pendentia
quibus omnibus gentibus. que fortuna dabat
illum diem letissimus cogitabat. quo magni-
tudinem suam exueret. Expertus erat quantum
illa bona per omnes terras fulgentia sudoris
exprimerent. quantum occultarum sollicitudinum tege-
rent. cum civibus primum. deinde cum collegis
novissime cum affinibus coactus armis decernere

i. dii (above line 3)
i. affirmabat requiem ita tamen ut maneret in pristino honore suo (left margin, beside lines 11–13)
i. pertraxit (above line 16)
i. sed quia venire differt (left margin, beside lines 16–17)
i. et si in re non habeo dictis dulce tamen est de ea loqui (left margin, beside lines 18–19)
i. semper hic quieti (left margin, beside line 23)
i. confligere (below the last line)

mari terra qz sanguine fudit. Post macedoniam
Siciliam. Egiptum. Syriam. Asyam qz. et oes
prope hoies bello circumactus. romana arma
lassos exercitus/ ad externa bella convertit. dum
alpes pacat/ immixtos qz medie paci et imperio
hostes perdomat. dum ultra rhenum. Eufra
tem et danubium terminos movet. in ipsa urbe
murene. cepionis lepidi egnatiorum in eum mu
crones acuebantur. Nondum horum effugerat
insidias/ filia et tot nobiles iuvenes adulte
rio velut sacramento adacti iam infractam
etatem terrebant/ plus qz et iterum timen
da cum anthonio mulier. Hec ulcera cum ipsis
membris absciderat. alia subnascebantur. velud
gravi multo sanguine corpus/ partes semper ali
que rumpebant. Itaqz otium optabat in hoc
spe et cogitatione. labores eius residebant. hoc
votum erat eius. qui voti compotes facere po
terat. M. Cicero inter catilinas clodios
iactus/ pompeios qz et crassos. partim manifes
tos inimicos/ partim dubios amicos. dum fluc
tuatur cum republica. et illam pessum euntem
tenet. novissime abductus. nec secundis rebus
quietus. nec adversarum patiens. quociens illum
consulatum suum. non sine causa. sed sine fine
laudatum detestatur. quam flebiles voces
exprimit in quadam ad atticum epistola. iam victo

Interlinear glosses: i. qui vincebat arma pacis illum (over line 5); noti fluminis (over line 6); sua (over "filia"); cesar (over line 16); quies (over line 17); qui sequebantur pompeium (over line 20); i. convenienter (over line 22); sit dominus romanum (below last line).

Right margin: n. Iste octovianus a principio sui imperii xii annos bellavit et ultimo bello suo habuit gestum cum anthonio et cleopatra regina egipti et pax erat in toto orbe et natus est xpus xlii anno post mortem Iulii Cesaris. Et octovia filia sua duxit in uxorem anthonius, quod dimisit anthonius in despectum octoviani ac repudiavit et alteram scilicet reginam egipti accepit. que ... hic vocat mulierem/ que incitavit anthonium contra octavianum.

Left margin: i. ad adulterium vadunt cum ea; sc. octavianum; i. scilicet hoc non potuit quod volebat et qui aliis facere potuit quod volebant.

Right margin (beside line 18): isti erant inimici Tullii

patre pompeio · adhuc filio in hyspania fracta arma refouente · Quid agam inquit hic queris · moror in tusculano meo semiliber. Alia deinceps adicit quibus et priorem etatem complorat · et de presenti queritur · et de futuro desperat · Semiliberum se dixit cicero · At me hercules numquam sapiens in tam humile nomen procedat · numquam semiliber erit · integre semper libertatis et solide · solutus et sui iuris et altior ceteris · Quid enim supra eum potest esse qui super fortunam est · Liuius drusus vir acer · et vehemens · cum leges nouas · et mala graccana mouisset · stipatus ingenti totius ytalie cetu · exitum rerum non prouidens · quas agere licebat · nec iam liberum erat semel inchoatas relinquere · execratus inquietam a primordiis uitam · dicitur dixisse · uni sibi nec puero quidem umquam ferias contigisse · Ausus est enim et pupillus adhuc · et pretextatus iudicibus reos commendare · et gratiam suam foro interponere tam efficaciter · ut quedam iudicia constet ab illo rapta · Quo non erumperet tam inmatura ambitio · Scires in malum ingens et priuatum et publicum euasuram · precocem audaciam · Sero itaque querebatur nullas sibi ferias contigisse · a puero seditiosus · et foro grauis · disputatur · an ipse manus abstulerit · subito enim

Marginal and interlinear notes: a · principe; tullius; · in actione; · tusculanum fuit locus hereditarius tullii; · scilicet adiunxit; · · que fecit tempore graccorum; · a principio uita sua; quietem; ut eos liberasset; · scilicet suam · i · iudiciis; · quia rapuit iudices a iudiciis; · scilicet · limij; · i · scire debes; · scilicet habuit; al attulerit

vulnere pingui accepto conspersus est, aliquo
dubitante. An mors voluntaria esset an illa
an intempestiva. Quam miseri sunt plures qui
etiam felicissimi aliis esse videntur. Super
vacuum est commemorare plures qui cum aliis
felicissimi viderentur, ipsi in se verum testimonium
dixerunt. Perosi omnem actum annorum suo
rum, sed his querelis nec alios mutaverunt
nec se ipsos, nam cum verba erumperunt affectus
ad consuetudinem relabuntur. Capitulum quartum

Vestra me hercule vita licet supra
mille annos exeat in artissimum contra
hetur. Ista omnia nullum non seculum de
vorabunt. Hoc vero spatium quod quamvis natura
currit ratio dilatat, cito vos effugiat necesse
est, non enim apprehenditis nec retinetis nec velo
cissime omnium rei moram facitis, sed abire ut
rem supervacuam ac reparabilem sinitis. In pri
mis autem et illos numero qui nulli rei nisi
vino ac libidini vacant. Nulli enim turpius
occupati sunt. Ceteri etiam si vana glorie
ymagine teneantur, speciose tamen errant.
Licet avaros michi, licet vel iracundos enume
res vel bellatores, omnes isti virilius peccant;
in venerem ac libidinem proiectorum inhonesta
labes est. Omnia istorum tempora excute, aspice
quamdiu computent, quamdiu insidientur, quamdiu

diu timeant, quamdiu colantur, quamdiu vadi-
monia sua atque aliena occupent, quamdiu con-
vivia, que iam ipsa officia sunt. videbis quem-
admodum illos respirare non sinant, vel mala
sua vel bona. Denique inter omnes convenit
nullam rem bene exerceri posse ab homine occu-
pato, non eloquentiam, non liberales disciplinas,
quando districtus animus nichil altius recipit,
sed omnia velut inconculcata respuit. Nichil
minus est hominis occupati quam vivere.
Nullius rei difficilior scientia est. Profes-
sores aliquarum artium vulgo multique sunt.
Quasdam vero ex hiis pueri admodum ita
percepisse visi sunt, ut etiam precipere possent.
Vivere tota in vita discendum est, et quod ma-
gis fortasse miraberis, tota vita discendum
est mori. Tot maximi viri relictis omnibus
impedimentis, cum divitiis, officiis, voluptati-
bus renuntiassent, hoc unum in extremam usque
etatem egerunt, ut vivere scirent. plures tamen
ex hiis nondum se scire confessi vita abierunt,
nedum ut isti sciant. Magis michi crede, et
supra humanos errores eminentis viri est
nichil ex suo tempore delibari. et ideo vita
eius longissima est, quia quantumcumque potuit, to-
tum sibi vacavit. nichil inde incultum otiosumque
vacavit. Nichil sub alio fuit. neque enim

Marginal glosses: honores (above line 1); i. pignora; i. inconculcata; i. occupatus minus plus impedit quam omnia; i. non didicerunt; i. perde

quicquam reperit dignum quod cum tempore suo permutaret. Custos eius parcissimus. Itaque satis ille fuit. His vero necesse est defuisse ex quo multum populus tulit. Non est quod putes hunc illos intelligere dampnum suum. Plerosque certe audies ex his quos magna felicitas gravat inter clientium greges aut causarum actiones aut ceteras honestas miserias exclamare interdum: michi vivere non licet. Quidni non liceat? Omnes illi qui te sibi advocant tibi abducunt. Ille reus quot dies abstulit. quot ille candidatus. quot illa anus efferendis heredibus lassa. Quot illa ad irritandam avaritiam captantium simultas egit. Quot ille potentior amicus qui vos non in amicitia sed in apparatu habet. Dispunge inquam et recense vite tue dies. videbis paucos admodum et reiculos apud te resedisse. Assecutus ille quos optaverat fasces cupit ponere. Et subinde dicit. quando hic annus preteribit. Facit ille ludos. quorum sortem sibi obtingere magno estimavit. quando inquit istos effugiam. Diripitur ille toto foro patronus et magno concursu omnia ultra quam audiri potest complet. quando inquit res proferentur. Precipitat quisque vitam suam et futuri desiderio laborat. presentium tedio

i. de tempore vite

i. ut reges principes

i. vero principatus et miseria honesta

i. expectando vel inveniendo heredes

i. aggregatio

i. honores

i. procul ferentur a me

6 At ille qui nullum non tempus in usus suos
confert · qui omnes dies tamquam vitam
ordinat · nec optat crastinum · nec timet · Quid
enim est · quod iam ullam horam novae vo-
luptatis possit adferre / omnia nota ad sati-
etatem percepta sunt · de cetero fors fortu-
na ut volet ordinet / vita iam in tuto est ·
Huic autem potest detrahi nichil / adici sic
sicut aliquis si ventre quodammodo satu-
ro · iam non pleno aliquid cibi quod non de-
siderat capit · Non est itaque quod quem
propter canos aut rugas putes diu vixisse /
non ille diu vixit · sed diu fuit · Quid enim
si illum multum putes navigasse · quem seva
tempestas a portu exceptum · huc et illuc tu-
lit · ac vicibus ventorum ex diverso furen-
tium / per eadem spatia in orbem egit · Non
ille multum navigavit · sed multum iactatus est

Mirari soleo cum video aliquos tempus petere · et eos qui rogantur
facillimos · Illud uterque spectat · propter
quod tempus petitum est · ipsum tempus quidem ne-
uter · quasi nichil petitur · quasi nichil datur ·
Res enim preciosissima luditur · Fallit autem
illos · quia res incorporalis est · quia sub ocu-
los non venit · ideo quod vilissima extimatur ·
Immo pene nullum eius precium est · annua con-

gratia homines beneficii accipiunt · et in illis aut
laborem · aut operam · aut diligentiam suam
locant · nemo estimat tempus · utuntur eo
laxius quasi gratuito · At eosdem egros ui-
des · si mortis periculum propius admotum est
medicorum genua tangentes · metuunt capita-
le supplicium · omnia sua ut uiuent paratos
impendere · tanta in illis discordia affectuum
est · Quod si posset quemadmodum preteritorum
annorum cuiusque numerus proponi / sic futurorum /
quomodo illi qui paucos viderent superesse
trepidarent · quo illis parcerent / atqui facile
est quamuis exiguum dispensare · quod tempus certum
est · Id debet seruari diligentius · quod nescias
quando deficiat · Nec est tamen quod
ignorare putes illos · quam cara res sit / di-
cere solent eis · quos ualidissime diligunt /
paratos se partem annorum suorum dare / dant
nec intelligunt · dant autem ita · ut sine illo-
rum incremento sibi detrahant · sed hoc ipsum
an detrahant nesciunt · ideo tollerabilis est
illis iactura detrimenti latentis · Nemo
restituet annos · nemo iterum te tibi reddet · I-
bit qua cepit etas · nec cursum suum aut re-
uocabit / aut supprimet · Nichil tumultua-
bitur · Nichil admonebit uelocitatis sue
tacita labetur · non illa se reget imperio · non

fauore populi longius proferret sicut inmis-
sa est a primo decurret nusquam diuertetur
nusquam remorabitur quid fiet tu occupatus
es vita festinat Mors interim aderit cui ve-
lis nolis vacandum est. Potest ne quisquam
sensus hominum eorum dico qui prudentiam iac-
tant et operosius occupati sunt et ut melius
possint viuere impendio vite vitam instruunt
Cogitationes suas in longum ordinant Ma-
xima porro vite iactura dilatio est Illa pri-
mum quemque extrahit diem Illa eripit pre-
sentia dum ulteriora promittit Maximum
viuendi impedimentum est expectatio que pen-
det ex crastino perdis hodiernum quod in manu
fortune positum est disponis quod in tua di-
mittis quo expectas quo te extendis omnia
que ventura sunt in incerto iacent protinus
viue clamat ecce maximus vates et illud
diuino ore instinctus salutare carmen canit
Optima queque dies miseris mortalibus eui
prima fugit Quid cunctaris inquit quid
cessas nisi occupes fugit et cum occupaueris
tamen fugiet Itaque cum celeritate temporis
vtendi velocitate certandum est et uelut ex tor-
rente rapido nec semper casuro cito hauriendum
est Hoc quoque pulcherrime ad exprobrandam
infinitam cogitationem quod non optimam quam

(Marginal and interlinear notes: dilataret; deo; i. vita impediunt ut dum viuant; virgilius; i. papina; non quecumque virgilij; laudandi; f. virgilii)

qz etatem. sed diem dicit. Quid securus et in
tanta temporum fuga lentus. menses tibi annos
et longam seriem. utcumque auiditati tue visum
est exporrigis. de die tecum loquitur. et hoc
ipso fugiente. Non dubium est ergo quin pri-
ma queque optima dies effugiat mortalibus
miseris eui idest occupatis quos pueriles ad-
huc animos senectus opprimit. ad quam impara-
ti inermes qz veniunt. Nichil enim provisum
est. subito in illam nec opinantes inciderunt. ac-
cedere eam cottidie non sentiebant. Quemad-
modum aut sermo aut lectio aut aliqua interior
cogitatio iter facientes decipit. et pervenisse se
ante sciunt quam appropinquasse. Sic hoc iter
vite assiduum et citatissimum. quod dormientes
vigilantes qz eodem gradu facimus. occupatis
non apparet nisi in fine. Et sequitur Capitulum vi

Quod proposui si in partes velim et
argumenta diducere. Multa michi
occurrent perque probem brevissimam
esse occupatorum vitam. Solebat dicere fabianus
non ex his cathedratis philosophis. sed ex veris
et antiquis. contra affectus impetu non subtili-
tate pugnandum. nec minutis vulneribus. sed incur-
su avertendam aciem non probandas cavilla-
tiones enim contundi debere. non vellicari. tamen
ut illis error exprobetur suus. docendi non tantum

qui subtilitate affectus vincere volunt

.a. deplorandi sunt. In tria tempora vita dividitur. quod est. quod fuit. et quod futurum est. Ex hiis quod agimus breve est. Quod acturi sumus dubium. Quod egimus certum. Hoc est enim in quod fortuna ius perdidit. quod in nullius arbitrium reduci potest. Hoc amittunt occupati. nec enim illis vacat preterita respicere. et si vacet iniocunda est penitende rei recordacio. Inviti namque ad tempora male exacta animum revocant. nec audent eam retemptare. quorum vita et iam que aliquo presentis voluptatis lenocinio subripiebantur. retractando patescet. Nemo nisi quo omnia acta sunt sub censura sua que numquam fallitur. libenter se in preteritum retorquet. Ille qui multa ambiciose concupivit. superbe contempsit. impotenter vicit. insidiose decepit. avare rapuit. prodige effudit. Necesse est ut memoriam suam timeat. Atque hec est pars temporis nostri sacra et dedicata omnes humanos casus supergressa. extra regnum fortune subducta. quam non inopia. non metus non morborum incursus exagitet. Hec nec turbari. nec eripi potest. perpetua eius et intrepida possessio est. Singuli tantum dies tibi per momenta presentes sunt. At preteriti temporis omnes cum iusseris aderunt. ad arbitrium tuum inspici se ac detineri patiuntur. quod facere occupatis non vacat

Marginalia: i. t pñte — i. nisi deus — p potenciam et vim — i. spiritu — i. dies — i. cum iusseris eos

b

Beatae et quietae mentis est in omnes vitae suae
partes discurrere/ occupatorum animi velut sub
iugo sint/ flectere se ac respicere non possunt. Abi
it igitur vita eorum in profundum/ et ut nichil prodest
licet quantumlibet ingeras si non subest quod exci
piat ac servet/ sic nichil refert quantum temporis
detur si non est ubi consideat/ per fossos fora
tos que animos transmittitur. Capitulum septimum

al's per quassos

Presens tempus brevissimum est. adeo
quidem. ut quibusdam nullum videatur/
in cursu enim semper est. fluit et pre
cipitatur. ante desinit esse. quam venit. nec
magis moram patitur. quam mundus et sidera. quorum
inrequieta semper cogitatio. numquam modo vesti
gio manet. Solum igitur ad occupatos presens
pertinet tempus. quod tam breve est. ut arripi
non possit/ et idipsum illis districtis subducitur/
subducitur. Denique vis scire quam non diu
vivant. vide quam cupiant diu vivere. De
crepiti senes/ paucorum annorum accessionem vo
tis mendicant. minores natu seipsos esse fingunt/
mendacio sibi blandiuntur/ tam libenter se fallunt
quam si fata una decipiant. Iam ergo cum
aliqua imbecillitas mortalitatis admonuit/
quemadmodum paventes moriuntur. non tamquam
exeant de vita. sed tamquam extrahantur. Stul
tos se fuisse ut non vixerint clamitant. et

si modo evaserint ex illa valitudine ocio victuros; tunc quam frustra paraverint quibus non fruentur, quam incassum omnis labor ceciderit cogitant. At quibus vita procul ab omni negotio agitur, quid ni spatiosa sit? Nichil ex illa delegatur, nichil alio atque alio spargitur, nichil inde fortune sequitur, nichil negligentia interit, nichil largitione detrahitur, nichil supervacuum est; tota ut ita dicam in reditu est. Quantulacumque sit itaque habunde sufficit, et ideo quandocumque ultimus dies venerit, non cunctabitur sapiens ire ad mor[tem].

Queris forte capitulum VIII quos occupatos vocem? non est quod me solos putes dicere quos a basilica immissi demum canes eiciunt, quos aut in sua vides turba speciosius elidi aut in aliena contemptius, quos officia domibus suis evocant ut alienis foribus illidant, hasta pretoris infami lucro et quandoque suppuratura exercet. Quorundam otium occupatum est: in villa aut in lecto suo in media sollicitudine; quibus ab omnibus recesserit, sibi ipsi molesti sunt; quorum non otiosa vita dicenda est sed desidiosa occupatio. Illum tu otiosum vocas qui corinthia paucorum furore pretiosa anxia subtilitate concinnat et maiorem dierum partem in eruginosis la-

in tabulis ereis

mellis consumit · qui incheroma tenat p/
factius ne romanis quidem viciis laborem(us)
spectator puerorum rixancium sedet · qui iumento(rum)
suorum greges inetatium · et colorum paria di/
ducit · qui adlethas nouissimos pascit · Quid
illos ociosos uocat · quibus apud tonsorem
multe ore transmittuntur · Dum decerpitur
si quis proxima nocte subcreuit · dum desi/
gulis capillis inconsilium itur · dum aut de
iecta coma restituitur · aut deficiens hinc
aut illinc infrontem compellit · quomodo i/
rascuntur si tonsor paulo negligentior fuit
tamquam virum tonderet · quomodo excandes/
cunt · si quid ex iuba sua decisum est · si quid
extra ordinem iacuit · nisi omnia sua in anulos
suos reciderunt · Quis est istorum qui non
malit rem publicam suam turbari quam co/
mam · qui non solicitior sit decapitis sui de/ i. comptior
core quam desalute · qui non comtior esse ma/
lit quam honestior · Hos tu ociosos uocas
inter pectinem speculumque occupatos · Quid
illi qui incomponendis · audiendis · discendis
canticis operati sunt · dum uocem · cuius rec/
tum cursum natura et optimum et simplicis/
simum fecit · inflexu modulationis inhertissime
torquent · quorum digiti aliquid inter se carmine
metientes · semper sonant · quorum cum ad res se/

c

tatis etiam sepe testes adhibiti sunt, exaudi-
ta cantica [al' tacita] modulatio. Non habent isti o-
tium sed iners negotium. Conuiuia me-
hercule horum non posui inter vacantia [i. fluentia] tem-
tum videam quam solliciti argentum ordi-
nent, quam diligenter exoletorum suorum
tunicas succingant, quam suspensi sint quo-
modo aper a coco exeat, quanta celeritate signo
dato glabri ad ministeria discurrant, quanta
arte scindantur aues in frusta non enormia.
Quam curiose infelices pueruli ebriorum
sputa detergant. Et sequitur Capitulum xv.

Ex his laudantie [i. laudis] latine fama cap-
tatur, et usque eo in omnis vite suc-
cessus mala sua illos sequuntur, ut
nec bibant sine ambitione, nec edant. Nec
illos quidem inter ambitiosos numeraueris
qui sella se et lectica huc et illuc ferunt et
ad gestationum suarum, quasi deserere illas non
liceat, horas occurrunt, quos quando lauari
debeant, quando natare, quando cenare, alius
admonet, et usque eo nimio delicati animi lan-
guore soluuntur, ut per se scire non possunt
an esuriant. Audio quendam ex delicatis, si
modo delicie vocande sunt vitam et consue-
tudinem humanam dediscere, cum ex balneo inter
manus elatus et in sella positus esset dixisse

[Margin notes:] i. exoleti id est inuiriles adulti [illegible]
glaber, bra, brum, lenis facie [illegible]

interrogando · iam sedeo · Hunc tu ignoran
tem an sedeat · putas scire an vivat · an [an videat]
ociosus sit · non facile dixerim utrum mag
is miserear · si hoc ignoravit · an se ignorare
finxit · Multarum quidem rerum oblivionem
sentiunt · sed multarum imitantur · Quedam vi
cia illos quasi felicitatis argumenta delec
tant · Nimis humilis et contempti hominis
esse videtur · scire quid faciat · I nunc et mi
mos multa mentiri ad exprobrandam lu
xuriam putas · plura me hercules prete-
reunt · quam fingunt · et tanta incredibilium
viciorum copia ingenioso · et hoc unum seculo
processit · ut iam mimorum arguere possimus
negligentiam esse aliquem · qui usque eo de
liciis interierit · ut an sedeat · alteri credat
Non est ergo ociosus hic · aliud nomen im
ponas · eger est · ymmo mortuus est · ille ocio
sus est · cui ocii sui et sensus est · Hic vero
semivivus · cui ad intelligendos corporis sui
habitus · indice opus est · Quomodo potest hic
alicuius temporis dominus esse · persequi singu
los longum est · quorum autem latrunculi · aut pi
la aut excoquendi in sole corporis cura consump
sere vitam · Non sunt ociosi · quorum volupta
tes multum negocii habent · Nam de illis nemo
dubitabit quin operose nichil agant · qui litte

inutilium studiis detinentur · que iam apud
romanos · quoque magna manus est Cap x.

Grecorum iste morbus fuit · querere
quem numerum remigum · ulixes ha-
buisset · prior scripta esset elios
an odissea · preterea an eiusdem esset auctoris
alia deinceps huius note · que sive contineas
nichil tacitam conscientiam iuvant · sive pro-
feras · non doctior videberis · sed molestior. E-
cce romanos quoque invasit · inane studium
supervacua discendi · His diebus audivi quen-
dam sapientem referentem · quod primus nava-
li prelio duilius vicit · Primus curius
dentatus in triumpho duxit elephantes · E-
tiam nunc ista · et si ad veram gloriam non ten-
dunt · circa civilium tamen operum exempla
versantur · Non est profutura talis scientia
est tamen que nos speciosa rerum vanita-
te detineat · Hoc quoque querentibus remit-
tamus · quis romanis primus persuaserit na-
vem conscendere · Claudius is fuit · caudex
ob hoc ipsum appellatus · quia plurium thabula-
rum contextus · caudex apud antiquos vocatur.
Unde thabule codices dicuntur · et naves · nunc
quoque que ex antiqua consuetudine commeatus
subvehunt auctoritate vocantur · Sane et hoc
ad rem pertineat · quod valerius Corvinus p(rimus)

[Margin: sic dicitur liber homeri de bello troyano]
[Margin: liber]

corvinus
mus messana vicit et primus ex valeriorum
urbis capte in se translato nomine messana ap-
pellatus est paulatim quoque vulgo permutante
litteris mesala dictus. Num et hoc quicquam
curare permittes quod primus lelius sil-
la in circo leones solutos dedit. Cum alioquin
alligati darentur ad conficiendos eos missis
a rege boccho iaculatoribus. Et hoc sane remittatur.
Num et pompeium primum in circo elephantorum
cum duo viginti pugnam edidisse commissis more
prelii noxiis hominibus ad ullam rem bonam per-
tinet. Princeps civitatis et inter antiquos prin-
cipes ut fama tradidit bonitatis eximie
memorabile putavit spectaculi genus novo
more perdere homines. depugnant parum est
lacerantur parum est ingenti mole animalium
exteruntur. Satius erat ista in oblivionem ire
ne quis postea potens disceret invideretque rei
minime humane. O quantum caliginis huma-
nis mentibus obicit magna felicitas. Ille
se supra rerum naturam esse tunc credidit
cum tot miserorum hominum catervas sub a-
lio celo natis beluis obiceret tum bellum
inter tam disparia animalia committeret cum in con-
spectu populi romani multum sanguinem fun-
deret. mox plus ipsum fundere coacturus. At
idem postea Alexandriam perfidia decep-

1 tus· ultimo mancipio transfodiendum se
prebuit· tunc demum intellecta inani iacta
tione cognominis sui· Sed ut illo revertar
unde discessi· et in alia materia ostendam
supervacuam quorundam diligentiam· Idem
enarrabat metellum victis in Sicilia penis
triumphantem unum omnium romanorum ante
currum centum· et viginti captivos elephan
tes duxisse· Sullam ultimum romanorum
protulisse pomerium· quod numquam provinciali
sed ytalico agro adquisito· proferre moris
apud antiquos fuit· Hoc scire magis prodest
quam aventinum montem extra pompeium
esse ut ille affirmabat propter alteram ex
duabus causis· Aut quod plebs eo secessisset
aut quod remo auspicante illo loco aves non
addixissent· Alia deinceps innumerabilia
que aut ficta sunt mendaciis· aut similia
Nam ut concedas omnia eos bona fide di
cere· ut ad prestationem scribant· tamen cuius
ista errores minueret· cuius cupiditates pre
meret· quem fortiorem· quem iustiorem quem
liberaliorem facerent· Dubitare se interim
fabianus noster aiebat· an satius esset nul
lis studiis admoveri· quam hiis implicari·
Soli omnium ociosi sunt· qui sapientie Ca
vacant· soli vivunt· Nec enim xi

k

suam tantum etatem bene tuentur. omne evum suo adiciunt. Quicquid annorum ante illos actum est, illis acquisitum est. Nisi ingratissimi sumus, illi clarissimi sacrarum opinionum conditores nobis nati sunt, nobis vitam preparaverunt. Ad res pulcerrimas ex tenebris ad lucem erutas alieno labore deducimur. nullo nobis seculo interdictum est. In omnia admittimur. et si magnitudine animi egredi humane inbecillitatis angustias libet, multum per quod spatiemur temporis est. disputare cum Socrate licet. dubitare cum carneade. cum epycuro quiescere. hominis naturam cum Stoycis vincere. cum cynicis excedere. Cum rerum natura in consortium omnis evi patiatur incedere. Quidni ab hoc exiguo et caduco temporis transitu in illa nos toto demus animo. que inmensa, que eterna sunt, que cum melioribus communia. Isti qui per officia discursant, qui se aliosque inquietant, cum bene insanierint, cum omnia limina quottidie perambulaverint, nec ullas apertas fores preterierint, cum per diversas domos meritoriam salutationem circumtulerint, quotum quemque ex tam inmensa et variis cupiditatibus districta urbe poterunt videre. Quam multi erunt quorum illos aut somnus aut luxuria aut inhumanitas summo

l

vigeat. Quam multi qui illos cum diu tor-
serint simulata festinatione transcurrerunt.
Quam multi per refertum clientibus atrium
prodire vitabunt et obscuros edium aditus
profugient, quasi non inhumanius sit deci-
pere quam excludere. Quam multi exhe-
sterna crapula semisompnos et graves il-
lis miseris suum sompnum rumpentibus ut alie-
num expectent vix adlevatis labiis insusurratum
milies nomen oscitatione superbissima reddent.

al' oscitatione

Hos in veris officiis morari cap xii
liceat dicamus qui zenonem qui
pitagoram cotidie et democri-
tum ceterosque antistites bonarum artium qui
aristotilem et theofrastum volent habere quam
familiarissimos. Nemo horum non vaca-
bit, nemo non venientem ad se beatiorem amanti-
orem que sui dimittet, nemo quemquam vacu-
is a se manibus abire patietur. Nocte con-
veniri et interdiu ab omnibus mortalibus pos-
sunt. Horum te mori nemo te coget, omnes
docebunt. Horum nemo annos tuos conterit,
suos tibi contribuit. Nullius ex his sermo
periculosus erit, nullius amicitia capitalis, nullius sump-
tuosa observatio. Feres ex illis quicquid voles.
Per illos non stabit quo minus plurimum quan-
tum ceperis haurias. Que illum felicitas quam

pulcra senectus manet qui se in horum cli
entelam contulit. Habebit cum quibus de
minimis maximis et rebus deliberet. Quos
de se quottidie consulat. a quibus audiat ver
sine contumelia laudetur sine adulatione ad
quorum se similitudinem effingat. Solemus di
cere non fuisse in nostra potestate quos sortire
mur parentes sorte nobis datos nobis vero
ad nostrum arbitrium nasci licet. nobilissimorum
ingeniorum familie sunt. elige in quam adscis
celis. non in nomine tantum adoptaberis. sed
in ipsa bona. que non erunt sordide nec mali
gne custodienda maiora erunt quo illa cum
pluribus diviseris. Hii tibi dabunt ad eter
nitatem iter et te in illum locum ex quo nemo
eicitur sublevabunt. Hec una ratio est exten
dende mortalitatis. immo in immortalitatem ver
tendi honores. et monumenta. Quicquid aut
decretis ambitio iussit aut opibus extruxit
cito subruitur. nichil non longa demollitur ve
tustas et movet ocius. et quem consecravit sa
pientia nocere non potest. Nulla delebit etas
nulla deminuet sapiens ac deinde semper ulterior
aliquid ad venerationem confert. Quoniam quidem
in vicino versatur invidia simplicius longe po
sita miramur. Sapientis ergo multum patet
vita. non idem illum qui ceteros terminus

n

Includit / solus generis humani legibus
solvitur. omnia illi secula ut deo serviunt.
Transsiuit tempus aliquod / hoc recordatione
comprehendit / instat / hoc utitur. Venturu
est / hoc percipit. Longam illi vitam facit
omnium temporum in unu collocatio C xiii
Illorum brevissima ac sollicitissima etas e
qui preteritorum obliviscuntur. presentia negligut
de futuro timent / cu ad extrema venerint se-
ro intelligunt miseri / tam diu se dum nichil
agunt occupatos fuisse. Nec est qd' hoc
argumento probari putes. longam illos age
vitam. quia interdu mortem invocant. Ve-
xat illos imprudencia incertis affectibus / et
incurrentibus i ipsa que metuut. Morte sepe
ideo optant. quia timent. Illud quoque argume
tum no est quod putes / diu viventiu. q sepe
illis longus videtur dies. q dum veniant ad
condictum tempus cene / tarde ire horas que
runt. Nam si quando illos deseruerunt oc-
cupaciones. in ocio relicti estuant. nec quomo
disponant ut extrahant sciunt. Itaque ad occu-
pationem aliquam tendunt. et quod inter iacz
omne tpus grave est / tam me hercules. quam
quando dies numeris gladiatorij inductus est
/ aut cum alicuius alterius vel spectaculi / vel vo-
luptatis expectatur constitutu. transsire medi-

illi

os dies nolunt. Omnis sperante rei longa di-
lacio est. ad illud tempus quod amanti bre-
ve est et preceps. brevius usque multo suo
vitio. aliunde enim alio transfugiunt et consis-
tere in una cupiditate non possunt. Non sunt
illi longi dies sed invisi. At contra quam ex-
igue noctes videntur. quas in complexu scor-
torum ac vino exigunt. Unde et iam poeta-
rum furore fabulis humanos errores alentium
quibus visus est Iupiter voluptate concu-
bitus delinitus duplicasse noctem. Quid
aliud est vicia incendere quam auctores il-
lis inscribere deos. et dare morbo exemplo
dignitatis excusatam licenciam. Possunt
istis non brevissime videri noctes. quas
tam care mercantur. diem noctis expecta-
tione perdunt noctem lucis metu. ipse vo-
luptates eorum trepide et variis terrori-
bus inquiete sunt. subit quam maxime exul-
tantes sollicita cogitatio. Hec quam diu.
Ab hoc affectu reges suam flevere potenti-
am. nec illos magnitudo fortune sue delec-
tavit. sed venturus aliquando finis exterruit.
Cum per magna spacia camporum porrigeret
exercitum. nec numerum eius nec mensuram
comprehenderet Persarum rex insolentissimus la-
crimas profudit. quod intra centum annos

nemo ex tanta iuventute superfuturus esset
At illis admoturus erat fatum ipse qui flebat
perditurus qui alios in terra. alios in mari
alios prelio. alios fuga. et intra exiguum
tempus consumpturus illos centesimum annum
timebat. Quid quod gaudia eorum quoque tre-
pida sunt. Non enim solidis causis innitun-
sed eadem qua oriuntur veritate quasi vani-
tate turbantur. Qualia autem putas esse
tempora. etiam ipsorum confessione misera-
tu hec quoque quibus se attollunt et super
hominem efferunt. parum sincera sint. Ma-
xima queque bona sollicita sunt. nec ulli fortu-
ne minus bene quam optime creditur. alia
felicitate ad tuendam felicitatem opus est et
pro ipsis que successerunt votis vota facien-
da sunt. Omne enim quod fortuito evenit in-
stabile est quod altius surrexerit opportunius
est in occasum. neminem porro casura delec-
tant. Miserrimam ergo necesse est non tantum
brevissimam vitam eorum esse qui magno pa-
rant labore quod maiore possideant. Operose
assequuntur que volunt. anxii tenent que asse-
cuti sunt. nulla interim numquam amplius re-
dituri temporis est ratio. Nove occupatio-
nes veteribus substituuntur. Spes spem excitat
ambitionem ambitio. Miseriarum vero finis

queritur · sed materia mutatur · Nostri
nos honores torserunt · plus temporis ali-
eni auferunt · candidati labore desivimus
suffragationes incipimus · accusandi depo-
situmque molestiam iudicandi nanciscimur
iudex desiit esse · quesitor est alienorum bono-
rum mercennaria procuratione consenuit · suis
operibus destinetur · marium caligo dimi- (al' detinetur)
sit consulatum exercet · Quintius dictatu-
ram properat pervadere · ab aratro revoca-
bitur · ibit in penos non tante maturus rei
scipio · victor hanibalis · victor antiochi · sui
consulatus decus · fratrum sponsor · ni per
ipsum mora sit · cum iove reponetur · civi-
les servatorem agitabunt sediciones et post
fastiditos a iuvene dijs equos honores iam
senem contumacis exilij delectabit ambitio
nunquam deerunt vel felices vel misere so-
llicitudinis cause per occupationes interclu-
detur ocium nunquam agetur · semper optabitur
Excerpe ita te vulgo pauline carissime et
tranquilliorem portum · non pro etatis spatio
iactatus tandem recede · Cogita quot fluctus
subieris · quot tempestates partim privatas
sustinueris partim publicas in te converteris
satis iam per laboriosa et inquieta documen-
ta exhibita virtus est · capitulum · xiiii ·

x.

Experire quid ocio faciat maior pars etatis certe melior rei publice data sit· aliquid temporis tui sume etiam tibi· Nec te ad segnem aut inertem quietem uoco· non ut sompno et caris turbe uoluptatibus· Quicquid est in te indolis uiue demergas· non est istud adquiescere inuenies maiora omnibus adhuc strenue tractatis operibus que repositus et securus agites· tu quidem orbis terrarum rationes administras tam abstinenter quam alienas· tam diligenter quam tuas· tam religiose quam publicas· In officio amorem consequeris in quo odium uitare difficile est· Sed tamen michi crede satius est uite sue rationem quam frumenti publici nosse· Istum animi uigorem rerum maximarum capacissimum a ministerio honorifico quidem· sed parum ad beatam uitam apto· Reuoca et cogita non id te egisse ab etate prima omni cultu studiorum liberalium ut tibi multa milia frumenti bene committerentur· maius quiddam et altius de te promiseras· Non deerunt et frugalitatis exacte homines et laboriose opere tanto aptiora exportandis honeribus· tarda iumenta sunt quam nobiles equi· quorum generosam pernicitatem

i. uelocitatem

i. ymaris

quibus umquam gravi sarcina pressit. Cogi- 6
ta porro quantum sollicitudinis sit ad tantam
te molem obicere. Cum ventre humano tibi
negotium est. Nec rationem patitur nec
equitate mitigatur. Nec ulla prece flecti-
tur populus esuriens. Modo modo intra paucos il-
los dies quibus Gayus cesar periit si quis
inferius sensus est hoc gravissime ferens
quod dicebat populo romano superstite eo sep-
tem aut octo certe dierum cibaria superesse. Dum
ille pontes navibus iungit et viribus imperii
ludit aderat ultimum malorum obsessis quoque
alimentorum egestas. Exitium pene ac fames con-
stitit et que famem sequitur rerum omnium ru-
ina. Furiosi et exteri et infeliciter superbi re-
gis imitatio. Quem tunc animum habuerunt
illi quibus erat mandata frumenti publici
cura. Saxa/ferrum/ignes/gladium/excepturi/
summa dissimulatione tantum inter viscera late-
tis mali tegebant cum ratione solis. Quedam
enim ignorantibus egris curanda sunt. Causa
multis fuit moriendi/morbum suum nosse. Re-
cipe te ad hec tranquilliora/tutiora/maiora.
Simile tu putas esse utrum cures ut incorrup-
tum et a fraude advehentium et a negligentia
frumentum transfundatur in horrea ne concepto hu-
more vicietur et concalescat ut ad mensuram

s. qui de frumento publico

s. apud inferos

al' gravissime

al' salis

pondus eius respondeat. An ad hec sacra
t et sublimia accedas sciturus que materia sit
dei. que uoluptas. que condicio. que forma
quis animum tuum casus expectet. ubi nos
a corporibus dimissos natura componat
Quid sit quod huius mundi grauissima queque
in medio sustineat/supra leuia suspendat i
al' motibus. summum ignem ferat. sydera cursibus suis exci
tet. Cetera deinceps ingentibus plena mira
culis. Vis tu relicto solo mente ad ista res
picere. nunc dum calet sanguis uigentibus
ad meliora eundum est. Expectat te in hoc
genere uite multum bonarum artium. amor. uir
tutum usus. cupiditatum obliuio. uiuendi
ac moriendi sciencia. et alia rerum quies.
Omnium quidem occupatorum condicio misera
miserrima est. eorum tamen [erased]. qui ne suis quidem
occupacionibus laborant. ad alienum dormiunt
sompnum. ad alienum ambulant gradum. et ad
alienum obediunt appetitum. amare. et odisse res
omnium liberrimas iubentur. Hii si uelint scire
quam breuis ipsorum uita sit. cogitent ex quo
ta parte sua sit. Cum uideris itaque pretextam
sepe iam sumptam. cum celebre in foro nomen
inuideris. Ista uite dampno parantur. ut unus
ab illis numeretur annus omnes annos suos
contereret. Quosdam autem cum in summum ambi

cionis emerserunt. Inter prima luctantes
etas reliquit. Quosdam cum in consummatione
dignitatis per mille indignationes erupis-
sent, misera subit cogitatio laborasse ipsos
in tytulum sepulchri. Quorundam ultima senec-
tus, cum in novas spes ut iuventa disponitur,
inter conatus magnos et improbos invalida de-
fecit. Ffedus ille quem in iudicio prodigiosissimis
litigatoribus grandem natu et imperite coro-
ne assentationes captantem spiritus liquit. Tur-
pis ille qui vivendo lassus citius quam la-
borando inter ipsa officia collapsus est. Turpis
quem in accipiendis morientem rationibus diu
tractus risit heres. Capitolum decimum quintum

Preterire quod michi occurrerit exemplum
non possum. Tyrannus fuit exacte
diligencie senex, qui post annum nona-
gesimum cum vacatione procurationis ab Gayo
cesare ultro accepisset, componi se in lecto et
velud exanimem a circumstante familia plangi
iussit. Lugebat domus ocium domini senis, nec
finivit ante tristiciam quam labor illi suus re-
stitutus est. Adeo nec iuvat occupatum mori. I-
dem plerisque animus est: diutius cupiditas il-
laboris quam facultas est; cum imbecillitate
corporis pugnant, senectutem ipsam nullo alio
nomine graviorem iudicant quam quod ipsos seponit

non cogebat

x Lex a quinquagesimo anno militem non tetigit
a sexagesimo senatorem non citat. difficilius
homines a se otium impetrant quam a lege. In-
terim dum rapiuntur et rapiunt, dum alter alte-
rius quietem quietem rumpit, dum mutuo sunt
miseri, vita est sine fructu, sine voluptate, si-
ne ullo profectu animi. Nemo in conspicuo mor-
tem habet, nemo non procul spes suas intendit.
Quidam vero disponunt etiam illa que ultra
vitam sunt, magnas moles sepulcrorum et ope-
rum publicorum dedicationes et ad rogum munera
ambitiosas exequias. At mehercule istorum
funera tamquam minimum vixerint ad faces et
cereos ducenda sunt. Si vite nostre compares
(s. talia sunt pulcra) firma sunt, si redigas ad condicionem nature omnia
destruentis et unde edidit eodem revocantis ca-
duca sunt. Quid enim mortale manus morta-
(scilicet vii sepulcra romanorum gloriosa) les fecerunt. Septem illa miracula et si qua his
multo mirabiliora sequentium annorum extruxit
ambitio aliquando solo equata visentur. Ita est
nichil perpetuum, pauca diuturna sunt, aliud a-
lio modo fragile est, rerum exitus variantur (s. phy)
Ceterum quicquid cepit et desinit. Mundo quidam
minantur interitum, et hoc universum quod omnia divina
humanaque complectitur, si phas putas credere, di-
es aliquis dissipabit et in confusionem veterem
tenebrasque demerget. Eat modo aliquis et singu-

las compleret animas carthaginis · ac nu-
mantie chorinti que cinerem · et si quid aliud
altius cecidit lamentetur · cum et hoc quod non
habet quo cadat · etiam sit interiturum · Eat
aliquis et fata tantum aliquid nephas ausura
sibi non pepercisse conqueratur · Quis tam su-
perbe impotentie que arrogantie est · ut in hac
nature necessitate · omnia ad eundem finem re-
vocantis · se unum ac suos se poni velit · ruine
que ipsi mundo imminenti aliquam domum subtrahe-
at · Maximum ergo solatium est cogitare id sibi
accidisse · quod ante se passi sunt omnes que pas-
suri · Et ideo michi videtur rerum natura quod
gravissimum fecerat commune fecisse · ut crude-
litatem fati consolaretur equalitas · Illud te
quoque non minimum adiuverit si cogitaveris
nichil profuturum dolorem tuum · nec illi quidem
quem bene valere desideras · nec tibi · Noles
enim longum esse quod irritum est · Nam si
quicquam tristitia profecturi sumus · non re-
cuso quicquid lacrimarum fortune mee superfuit
tue fundere · Inveniam etiam nunc per hos ex-
haustos iam fletibus domesticis oculos quod
effluat · si modo id tibi futurum bono est · Quid
cessas conqueramur · atque et deo ipse hanc
Iniquissima Cxvi litem meam faciam
omnium iudicio es fortuna · ad huc videbaris eu
12a ps principalis
s. paulinus

b

i. q d. ppris virtutes et merita habebat in reverencia /

/ quod forte plus doluisset de morte cesaris.

/ i. desiderat

hominem contempsisse qui munere tuo tan-
tam venerationem receperat. ut quod raro ulli
contingit felicitatis eius effugeret invidiam /
Ecce eum dolorem illi / quem salvo cesare
accipere maximum poterat impressisti et cum
bene illum undique circuisses. intellexisti
hanc partem tantummodo patere ictibus tuis
/ Quid enim illi aliud faceres. pecuniam eri-
peres. numquam illi obnoxius fuit. nunc quo-
que quantum potest illam a se abicit. et in tan-
ta felicitate adquirendi. nullum maiorem ex
ea fructum. quam contemptus eius petit. Eri-
peres illi amicos. Sciebas tam habilem esse
se / ut facile in locum amissorum posset alios
substituere. Unum enim hunc ex his quos in
principali domo potentes vidi cognovisse
videor. quem omnibus amicum habere cum expe-
diat. magis tamen etiam libet / Eriperes illi
bonam opinionem. Solidior est hec apud eum
quam ut a te quoque ipsa concuti possit. Eriperes
bonam valitudinem. Sciebas animum eius libera-
libus disciplinis quibus non innutritus tantum sed
innatus est. sic esse fundatum / ut supra omnes cor-
poris dolores emineret / Eriperes spiritum. quantu-
lum nocuisses. Longissimum illi ingenii evum
fama promisit. id egit ipse. ut meliore sui
parte duraret. et compositis eloquentie preclaris

operibus / se a mortalitate vindicauerit / qui
diu fuerit ullus litteris honor · quam diu
steterit · aut latine lingwe potentia · aut gre
ce gratia uigebit · cum maximis viris quo
rum se ingeniis uel contulit · vel si hoc ve
recundia eius recusat applicauit / Hoc ergo
unum excogitasti · quomodo maxime illi posses
nocere · Quo melior enim quisquis est · hoc
sepius ferre te consweuit · sine ullo delectu
furentem · et inter ipsa beneficia metuendam /
Quantulum erat tibi immunem ab hac mise
ria prestare · eum hominem in quem videbatur
indulgencia tua ratione certa peruenisse ·
et non ex tuo more temere incidisse / Adici
amus si vis ad has querelas · ipsius adole
scentis interceptam inter prima indolem
incrementa / Dignus te fuit frater · tu certe
eras dignissimus / qui nec ex indigno qui
dem quicquam doleres fratre · Redditur
illi testimonium equalem omnium hominum / desi
deratur in tuum honorem · laudatur in suum ·
Nichil in illo fuit quod non libenter cog
nosceres · tu quidem etiam minus bono fra
tri fuisses bonus / sed in illo pietas tua ido
nea nacta materiam / multo se liberius exer
cuit · Nemo potentiam eius iniuria sensit
Nunquam ille te fratrem ulli minatus est

ad exemplum se modestie tue formaverat
cogitabat quantum et ornamentum tuorum
esset et honos. Sufficit ille huic sar-
cine. O. dura fata et nullis equa virtu-
tibus antequam felicitatem suam nosset
frater tuus exemptus est. Parum autem
me indignari scio. Nichil enim diffici-
lius est quam magno dolori paria
verba reperire. Iam nunc tamen si quid
proficere possumus conqueramur. Quid
tibi voluisti tam iniusta et tam violenta
fortuna. tam cito indulgentie tue penituit.
que ista crudelitas est in medios fratres
impetum facere. et tam cruenta rapina con-
cordissimam turbam imminuere tam bene
stipatam optimorum adolescentium domum
in nullo fratre degenerantem turbare. et sine
ulla causa delibare voluisti. Nichil ergo
prodest innocentia ad omnem legem exacta.
Nichil antiqua frugalitas. Nichil fe-
licitatis summe potencia summa conserva-
ta abstinencia. nichil sincerus et tutus lit-
terarum amor. nichil ab omni labe mens va-
cans. Luget Polibius et in uno fratre quid
de reliquis posset metuere admonitus
etiam de ipsis doloris sui solaciis timet fa-
cinus indignum. Luget Polibius. et aliquid

i. favoris tui

i. glibare alienare

propicios dolet cesare. Hoc sine dubio impo
tens fortuna captasti ut ostenderes neminem
contra te nec a cesare quidem posse defendi.
Diutius accusare fata non possumus stant
dura et inexorabilia. Nemo illa conuicio
nemo fletu nemo causa mouet. Nichil vnquam
parcunt vlli nec (fata) remittunt Capitulum xvii

Proinde parcamus lacrimis nichil
proficientibus. facilius enim nos illi
dolor iste adiciat quam illos nobis
reducet. qui si nos torquet non adiuuat.
Primo quoque deponendus est et ab inanibus
solaciis atque amara quadam libidine dolen
di animus (auferendus) recipiendus est. Nam in lacri
mis nostris nec si racio finem fecerit fortuna
non faciet. Omnes agendum mortales circum
spices larga vbique flendi et assidua mate
ria. Alium ad quottidianum opus laboriosa
egestas vocat. Alium ambicio nunquam qui
eta sollicitat. Alius diuicias quas optaue
rat metuit et voto laborat suo. Alium solli
citudo alium labor torquet. Alium semper
vestibulum (dampni) obsidens turba. Hic se habere
dolet liberos. Hic perdidisse. Lacrime nobis de
erunt antequam cause dolendi. Non vides
qualem nobis vitam rerum natura promisit
que primum nascentium hominum fletum esse

c.

f mortuis 2a f.e

adhibendi hortandi

f

volvit. Hoc principio eximus. Huic omnis
sequitur animorum ordo consentit. sic vitam agi-
mus. Ideo quod moderate id fieri debet a nobis
quod sepe faciendum est. et respicientes quantum
a tergo rerum tristium immineat, non finire la-
crimas, at certe reservare debemus. Nulli
parcendum est vel magis quam huic. tuo tam
frequens usus est. Illud quoque te non mini-
mum adiuverit. si cogitaveris nulli minus gra-
tum esse dolorem tuum. quam ei cui prestari
videtur. Torqueri ille te. aut non vult. si
vivit. aut non intelligit. (s.s. est mortuus) nulla itaque eius
officii ratio est. quod ei cui prestatur. Si nihil
sentit, supervacuum est. si sentit, ingratum est.
Neminem esse toto orbe terrarum, qui delec-
tetur lacrimis tuis audacter dixerim. Quid
ergo. Quem nemo adversus te animum gerit. eum esse
tu credis fratris tui. ut cruciatu tui noceat
tibi. ut te velit abducere ab occupationibus
tuis, id est a studio et a Cesare. Non est hoc
simile veri. Ille enim indulgentiam tibi tamquam
fratri prestitit. venerationem tamquam pa-
renti. cultum tamquam superiori. Ille deside-
rio tibi esse vult. tormento esse non vult. Quid
itaque iuvat dolori intabescere. quem si quis
defuncti sensus est. finiri frater tuus cupit.
De alio fratre tuo incerta posset voluntas

videri / omnia hec non [i. ita] dubie poneret · et di
ceret / sine te torqueri lacrimis nunquam de
sinentibus frater tuus cupit · indignus hoc
affectu tuo est · siue non uult · utrique uestrum
inherentem dolorem dimitte · Nec impius
[i. si defuncto] frater / si desideratur debes / nec pius / si uelit /
In hoc vero / cuius tam explorata pietas est / pro
certo habendum est / nichil esse illi posse acerbi
us / quam si tibi hic casus eius acerbus est · si
te ullo modo torquet · si oculos tuos indignissi
simos hoc malo · sine ullo flendi fine · et conturbat

Pietatem tuam Cap / idem / et exhaurit
tamen nichil eque a lacrimis xviii
iam inutilibus abducet / quam si cogi/
taueris fratribus te tuis exemplo esse debere /
fortiter hanc fortune iniuriam sustinendi · Quod
duces magni faciunt rebus afflictis · ut hila/
ritatem de industria simulant / et aduersas res/
adumbrata leticia abscondant / ne militum
animi / si fractam ducis sui mentem viderent /
et ipsi collabantur · Id nunc quoque faciendum est /
indue dissimilem animo tuo vultum · Et si po/
tes proice omnem ex toto dolorem / si minus / [i. si non potes ex toto]
introrsus abde et contine ne appareat · et da/
operam · ut fratres tui te imitentur · qui hone/
stum putabunt quodcumque facientem te viderint /
animumque ex vultu tuo sument · et solacium

h

debes esse illorum et consolator. Non poteris autem lacrimis merori obstare nisi tuis indulseris. Potest et illa res a luctu te prohibere nimio, nisi tibi ipse renotiaveris nichil horum que facis posse subduci. Magnam tibi personam hominum consensus imposuit, hec tibi tuenda est. circumstat te omnis ista consolantium frequentia. et in animum tuum inquirit ac perspicit quantum roboris ille adversus dolorem habeat. et utrum ne tu tantum rebus secundis indulgere scias, an et adversas possis viriliter ferre. Observantur oculi tui. Liberiora omnia sunt hiis quorum affectus tegi possunt. tibi nullum secretum liberum est. In multa luce fortuna te posuit. Omnes scient quomodo te in isto tuo gesseris vulnere. utrum ne statim percussus arma submiseris, an in gradu steteris. Olim te in altiorem ordinem et amor Cesaris extulit et tua studia deduxerunt. Nichil te plebeium decet. nichil humile. Quid autem tam humile ac muliebre est quam consumendum se dolori committere. Non idem tibi in luctu pari quod tuis fratribus licet. Multa tibi non permittit opinio de studiis ac moribus tuis recepta. multum a te homines exigunt. multum expectant. Si vole

i. dixeris

p aliter expletur

i. placitum et officium

i. animum tuum

scilicet ut te sic in publico exhibeas propter officium

debas tibi omnia licere. non commisisses in te
ora omnium. Nunc autem tibi prestandum est
quod promisisti omnibus illis qui opera in-
genii tui laudant. quid describant quibus etsi
fortuna tua opus non sit ingenio opus est cu-
stodes animi tui sunt. Nichil umquam ita
potes indignum facere provecti et eruditi viri
professione ut non multos admirationis de
te sue peniteat. Non licet tibi flere immodice
nec hoc tantummodo non licet sed nec somp-
num quidem extendere in partem diei licet. Aut
a tumultu rerum in ocium ruris quietis con-
fugere. Aut assidua laboriosi officii stati-
one fatigatum corpus voluntaria peregrina-
tione recreare. Aut spectaculorum varietate a-
nimum detinere. Multa tibi non licent que hu-
millimis in angulo iacentibus licent. Magna ser-
vitus est magna fortuna. Non licet tibi quic-
quam arbitrio facere audienda sunt tot ho-
minum milia tot disponendi libelli. tantus
rerum ex orbe toto coeuntium congestus ut
possit per ordinem principis maximi animo
subici exigendus tibi est. Non licet tibi in-
quam flere. ut multos flentes audire possis
ut periclitantium et ad misericordiam mitissimi
cesaris pervenire cupientium lacrime sic tibi
tue assiccande sunt. Capitulum . xix .

scilicet ipsi opera / vel scilicet laudantibus

A aut ex tuo arbitrio diem dispone.

k

Hec tamen etiam nunc levioribus
remediis adiuvabunt · cum voles
omnium rerum oblivisci cogita cesarem
i. a quo
unde cogitatum huius vite indulgentie fidem quan-
tam industriam debeas · intelliges non ma-
gis tibi incurvari licere quam illi si quis
modo fabulis traditus cuius humeris mundus
innititur · Cesari quoque ipsi cui omnia licent
propter hoc ipsum multa non licent · Omnium
domos illius vigilia defendit · omnium otium
illius labor · omnium delicias illius industria
omnium vacationem illius occupatio · ex quo
se cesar orbi terrarum dedicavit · sibi se eripuit
et siderum modo que irrequieta semper
cursus suos explicant · Nunquam illi licet
nec subsistere nec quicquam suum facere · Ad
quendam itaque modum tibi quoque eadem
necessitas iniungitur · non licet tibi ad utilita-
tes tuas ad studia respicere · Cesare orbem
terrarum possidente impartire te · nec volup-
tati · nec dolori · nec ulli alii rei potes · to-
tum te cesari debes · Adice nunc quod tu sem-
per predices quod cariores tibi spiritu tuo ca-
riores sunt · fas tibi non est salvo cesare
de fortuna queri · hoc incolumi salvi tibi sunt
tui · Nichil perdidisti · non tantum siccos oculos
tuos esse · sed etiam letos oportet · In hoc tibi

h. id est quod fabulose dicitur de himle.

omnia sunt. Hic pro omnibus est. Quod lon/ l.
ge a sensibus tuis prudentissimus pijssimus
que abest/ aduersus felicitatem tuam parum cesar ipse
gratus es. si tibi quicquam hoc saluo flere p/
mittis/ Monstrabo etiam nunc/ non quidem
firmius remedium. sed familiarius. Si quan
te domum receperis. tunc erit tibi metuenda cesaris.
tristicia. Nam quamdiu numen tuum intu/
eberis. nullum illa ad te inueniet accessum.
omnia ipse cesar tenebit. Cum ab illo discesseris
tunc velud occasione data insidiabitur soli/
tudini tue dolor. et requiescenti animo tuo
paulatim irrepit. Itaque non est quod ullum
tempus vacare patiaris a studijs. tunc tibi
littere tue tam diu ac tam fideliter amate
gratiam referant/ tunc te ille antistitem et
cultorem suum vindicent. tunc Homerus et
Virgilius tam bene de humano genere me/
riti. quam et de omnibus. et de illis meruisti
quos pluribus notos esse voluisti. quam scrip/
serant multum/ tecum morentur. tutum hoc
erit id omne tempus/ quod illis tuendum
commiseris. tunc Cesaris tui opera. ut per omnia
secula domestico narrentur preconio. quantum
potes compone. Nam ipse tibi optime for/
mandi condendique res gestas. et materiam
dabit et exemplum. Non audeo te usque pro/

Inducere ut fabellas quoque et esopeos logos intemptatum romanis ingeniis opus solita tibi venustate connectas. Difficile est quidem ut ad hec hylarioris studia tam vehementer perculsus animus tam cito possit accedere. Hoc tamen argumentum habeto iam corroborati eius et redditi sibi si potuerit se a severioribus scriptis ad hec solutiora producere. In illis enim quamvis egrum eum adhuc et secum reluctantem avocabit ipsa rerum quas tractabit austeritas. Hec que remissa fronte commendanda sunt non feret nisi cum iam sibi ab omni parte constiterit. Itaque debebis eum severiore materia primum exercere deinde hylariore temperare. C. xix.

Illud quoque magno tibi erit levamento si sepe te interrogaveris utrum ne meo nomine doleo an eius qui decessit. Si meo nomine perit indulgentie iactatio et incipit dolor esse. Hoc uno excusatus quod honestus est cum ad utilitatem respicit a pietate discedere. Nichil autem minus bono viro convenit quam in fratris luctu calculos ponere. Si illius nomine doleo necesse est alterutrum ex hiis duobus esse iudicem. Nam si nullus defunctis sensus superest evasit omnia frater meus vite incommoda et in eum restitutus est locum in quo fuerat antequam nasceretur et expers omnis mali nichil timet nichil cupit

m. fabela nomine phylosophi ... quia sortes et libri vocantur fabele ... Esopus dicitur quidam philosophus cuius secta dicitur Esopi et hii libros dispendiosos componebant

i. commodiora

viii^a ps

gloriatio mea

i. incipe scire

i. dampni computationem q.d. vir fortis debet calculare hec dampna

nichil patitur. Quis iste furor est pro fratre
meo me nunquam dolorem desinere. Qui nichil
doliturus est. Si est aliquis defunctis sen-
sus, nunc animus fratris mei velud ex diuti-
no carcere emissus, tandem sui iuris et arbi-
trii esse gestit, et rerum nature spectaculo fru-
itur, et humana omnia ex loco superiore despi-
cit, diuina vero, quarum rationem tam diu fru-
stra quesierat, propius intuetur. Quid itaque
ego eius desiderio maceror, qui aut beatus aut
nullus est. beatum deflere inuidia est, nullum
demencia. An hoc te mouet, quod euidentibus
et ingentibus et cum maxime circumfusus esset
bonis caruisse. Cum cogitaueris multa
esse que perdidit, cogita plura esse que non
timet. Non ira eum torquebit, non mor-
bus affliget, non suspicio lacesset, non edax
et inimica semper alienis processibus inuidia
consectabitur, non metus sollicitabit, non le-
uitas fortune, cito munera sua transferentis
inquietabit, si bene computes plus illi remis-
sum quam ereptum est, non opibus fruetur,
non tua simul ac sua gratia, non accipiet
beneficia, non dabit. Miserum putas quod ista
amisit, an beatum quod non desiderat. Michi
crede, is beatior est cui fortuna superuacua
est, quam is cui parata est. Omnia ista bo-

no.

na que nos speciosa · sed fallaci voluptate
delectant · pecunia / dignitates · potentia · alia
que complura · ad que generis humani ceca cu
piditas obstupescit · cum labore possidentur · cum
invidia conspiciuntur · eosdem que ipsis quos ex
ornant et premunt · plus minantur · quam prosunt
lubrica et incerta sunt · numquam bene tenentur ·
Nam ut nichil de tempore futuri timeat · ipsa
tamen magne felicitatis tutela sollicita est ·
Si velis credere / altius veritatem intuentibus /
omnis vita supplicium est / in hoc profundum in
quietum que proiecti mare / alternis estibus reciproc
cum · et modo allevans nos subitis incrementis
modo maioribus dampnis deferens · assidue que
iactans · numquam stabili consistimus loco · pende
mus / et fluctuamus · et alter in alterum illidimur
et aliquando naufragium facimus · semper timemus · In
hoc tam procelloso et in omnes tempestates expo
sito mari navigantibus nullus portus nisi mor
tis est · Ne itaque invideris fratri tuo · quiescit ·
Tandem liber / tandem tutus · tandem eternus
est · superstitem cesarem / omnem que eius prolem
superstitem te cum communibus heredibus et fra
tribus / antequam quicquam ex suo favore fortu
na mutaret / stantem adhuc illum / et munera
plena manu congerentem reliquit / fruitur nunc
aperto et libero celo · ex humili atque depresso

·/· i. sollicitudinibus et anxietatibus plena

In eum emicuit locum · quisquis ille est qui
solutas vinculis animas beato recipit sinu
et nunc libere vagatur · omnia que rerum nature
bona cum summa voluptate perspicit · Erras
non perdidit lucem frater tuus · sed securiorem
sortitus est · Omnibus illo nobis commune est
iter · Quid fata deflemus · non reliquit ille
nos sed antecessit · Est michi crede magna fe-
licitas in ipsa felicitate moriendi · Nichil
ne hercule in totum quidem diem certi est
Quis in tam obscura et involuta veritate
divinat · utrum ne fratri tuo mors inviderit
an consuluerit Capitulum · xxi · De
Illud quoque qui iustitia in omnibus rebus est · ix · ratio
necesse te adiuvet cogitantem non iniuriam
tibi factam · quod talem fratrem amisisti · sed
beneficium datum quod tam diu tibi pietate eius
uti frui que licuit · Iniquus est qui muneris
sui arbitrium danti non relinquit · avidus qui
non lucri loco habet quod accepit · sed damni
quod reddidit · Ingratus est qui iniuriam
vocat finem voluptatis · Stultus qui nullum
fructum esse putat bonorum nisi presentium · qui
non et in preteritis acquiescit · et ea iudicat cer-
tiora que abierunt · quia de illis ne desinant
non est timendum · Nimis angustat gaudia sua
qui eis tantum modo que habet ac videt frui

q se putat et habuisse eadem pro nichilo ducit
Cito enim nos omnis voluptas relinquit. que
fluit et transit et pene antequam veniat aufert.
Itaque in preteritum tempus animus mittendus est
et quicquid nos umquam delectavit reducendum
ac frequenti cogitatione pertractandum est. Longi-
or fidelior quam est memoria voluptatum quam pre-
sencia. Quod habuisti ergo optimum fratrem
in summis bonis pone. non est quod cogites quan-
to diutius habere potueris. sed quamdiu ha-
bueris. Rerum natura illum tibi sicut ceteris
fratribus suis non mancipio dedit. Sed commo-
davit cum visum est. deinde repetit. Nec tuam
in eo satietatem secuta est. sed suam legem. Si
quis pecuniam creditam solvisse se moleste
ferat. eam precipue cuius usum gratuitum acce-
perit. nonne iniustus vir habeatur. Dedit
natura fratri tuo vitam. dedit et tibi. que suo
iure usa fuit. a quo voluit debitum suum citius
exigit. Non illa in culpa est. cuius nota erat
condicio. sed mortalis animi spes avida. que sub-
inde quid rerum natura sit obliviscitur. nec
umquam sortis sue meminit. nisi cum admonetur.
Gaude itaque habuisse te tam bonum fratrem
et usum fructumque eius. quamvis brevior voto
tuo fuerit. boni consule. Cogita iocundissimum
esse quod habuisti. humanum quod perdidisti. N

animi

enim quicquam minus inter se consentaneum r.
est quam aliquem moueri, quod sibi fratrem talis
parum diu contigerit, non gaudere quod tamen
contigerit. At inopinatum ereptus est. Sua
quemque credulitas decipit et in eis que di-
ligit voluntaria mortalitatis obliuio. Na-
tura nulli se necessitatis sue gratiam factu-
ram esse testata est. Cotidie preter ocu-
los nostros transeunt notorum ignotorumque
funera. Nos tamen aliud agimus et subi-
tum id putamus esse quod nobis tota vita
denunciatur futurum. Non est itaque ista for-
tunarum iniquitas, sed mentis humane prauai-
tas insaciabilis rerum omnium, que indigna-
tur inde se exire, quo admissa est precario.
Quanto ille iustior, qui nunciata filii mor-
te dignam magno viro vocem emisit: ego
cum genui tamen moriturum sciui. Prorsus
non mireris ex hoc natum esse, qui for-
titer mori posset. Non accepit tamquam nouum
nuncium filii mortem. Quid enim est noui
hominem mori, cuius tota vita nichil aliud
quam ad mortem iter est. Ego cum genui
tamen moriturum sciui. Deinde adiecit rem maio- s. morti
ris et prudentie et animi: et huic rei sus-
tuli. Omnes huic rei tollimur. Quisquis
ad vitam editur, ad mortem destinatur.

i. ad mortem cum ergo s. ego

6

Gaudeamus ergo eo quod dabitur reddamusque
id cum reposcent alium alio tempore fata
comprehendant neminem preteribunt Impro-
cinctu stet animus et id quod necesse est
numquam timeat quod incertum est semper expec-
tet Quid dicam duces ducumque progenies
et multis aut consulatibus conspicuos aut
triumphis sorte defunctos inexorabili cum
tum regibus regna populique cum gentibus
tulere fatum suum Omnes immo omnia in ulti-
mum diem spectant non idem omnibus finis
est Alium in medio cursu vita deserit alium
in ipso aditu relinquit alium in extrema sen-
ectute fatigatum iam et exire cupientem vix
emittit alio quidem atque alio tempore omnes
tamen in eundem locum tendimus Utrum
ne stultius sit nescio mortalitatis legem
ignorare aut impudentius recusare Age
dum illa que multo ingenii tui labore cele-
brata sunt in manus sume et utriuslibet auc-
toris carmina que tu ita resolvisti ut quamvis
structura illorum recesserit permaneat tamen
gratia sic enim illa ex alia lingua in aliam trans-
tulisti ut quod difficillimum erat omnes virtutes
in alienam te orationem secute sint et nullus
erit in illis scriptis liber qui non plurima va-
rietatis humane incertorumque casuum et lacri-

s. ad verbum optandi

s. homeri et virgilii

marum excella atque alia causa alienatum ex- +
empla tibi suggerent / lege quanto spiritu ingen-
tibus intonueris rebus / pudebit te subito
deficere · et ex tanta orationis magnitudine
desciscere · ne commiseris / ut quisquis exemplo
est modo scripta tua mirabitur / querat quid
tam grandia / tam quam solida / tam fragilis animus
Potius ab istis te que xpu conceperit | · x^ma racio ·
torquerent · ad hec tot et tanta que
consolantur converte ac respice ob
optimos fratres · respice uxorem · filium respi-
ce pro horum omnium salute hac tecum portione
h. i. diuidere fortuna decidit · multos habes in quibus
acquiescas / ab hac te infamia vindica · ne
videatur omnibus plus apud te valere unus
dolor · quam hec tam multa solatia / omnes
istos una tecum perculsos vides · nec posse
tibi subvenire · ymo etiam ultro expectare
ut a te subleventur intelligis · et ideo quanto
minus in illis doctrine minus quam ingenii est
tanto magis obsistere te necesse est communi
malo · Est autem hoc ipsum solatii loco · inter
multos dolorem suum diuidere · qui quia di-
spensantur inter plures · exigua debet apud
te parte subsidere · Non desinam totiens t
offerre cesarem / illo moderante terras / et os-
tendente quanto melius beneficiis imperium

v custodiatur. quamdiu ille rebus huma-
nis preside non est periculum ne quid perdi-
disse te sentias / in hoc uno tibi satis presidii
satis solatii est. attolle te et quotiens lacri-
me suboriuntur oculis tuis / totiens illos in
cesarem dirige. Siccabuntur maximi et
clarissimi conspectu numinis. fulgor eius il-
los ut nichil aliud possint aspicere / prestrin-
get / et in se herentes detinebit. Hic tibi quem
tu diebus intueris ac noctibus. a quo numquam
deicis animum. cogitandus est / hic contra for-
tunam advocandus. Nec dubito tanta
illi adversus omnes illos sit mansuetu-
do. tanta que indulgentia. quoniam multis
iam solatiis tuum istud vulnus obduxerit /
et nonnulla que dolori obstarent tuo conge-
l. posito sserit. Quid porro? ut nichil horum fecerit
nonne protinus ipse conspectus. per se tantummodo
cogitatus que cesar maximo solacio tibi est
commendat deo cesarem et laudat Dii illum deeque terris diu commendent. acta
hic divi augusti eque tam annos vincat quam
diu mortalis erit. Nichil ex domo sua
mortale esse sentiat. Rectorem romano imperio
imperio filium longa fide approbet. et ante
illum consortem patris / quam successorem
aspiciat / Sera et nepotibus demum nostris dies
nota sit / antequam illum gens sua celo adse-

i. nerone · cesare

rat. Abstine ab hoc manus tuas fortuna / x.
nec in isto potentiam tuam nisi ea parte / scilicet fortuna
qua prodes ostenderis. Patere illum ge-
neri humano iam diu egro et affecto me-
deri. Patere quicquid prioris principis fu- / i. tyrannus
ror concussit in suum locum restituere ac re-
ponere. Sidus hoc quod precipitato in pro-
fundum et demerso in tenebris orbi refulsit
semper luceat. Hic germaniam placet. Brit-
taniam aperiat et patrios triumphos ducat
et nouos, quorum me quoque spectatorem
futurum que ex virtutibus eius primum optinet
locum promittit clementia. Nec enim sic me
deiecit ut nollet erigere. Immo nec deiecit
quidem sed impulsum a fortuna et cadentem
sustinuit in preceps euntem leniter diuine
manus usus demoderatione deposuit. Depre-
catus est pro me senatum et vitam mihi non
tantum dedit sed etiam petiit. Viderit qua-
lem me volet esse. Existimet causam meam
vel iustitia eius bonam prospiciat vel cle-
mencia faciat bonam. Utrumque in equo
mihi eius beneficium erit siue innocentem
me sciuerit esse siue voluerit. Interim mag-
num miseriarum mearum solatium me videre mi-
sericordiam eius totum orbem peruagantem. Que
cum ex ipso angulo in quo defixus sum com-

i. prioris

.a. plures multorum iam annorum ruina obrutos
effoderit et in lucem reduxerit, nulli vetere ne-
me unum transeat. Ipse autem optime novit
tempus quotumque debeat succurrere. ego omnem
operam dabo ne pervenire adme erubescat.
O felicem clementiam tuam Cesar, que effi-
cit ut quietiorem sub te agant vitam cives
quam nuper sub Gaio egere principes. non
trepidant, nec per singulas horas gladium
expectant. Nec ad omnem motum conspectui
pavent. certe habent, ut fortune sevientis
modum, ita spem quoque melioris eiusdem ac
presentis quietem. Sciant licet causam dem-
pnationis esse iustissimam, que etiam pertinuisse

Hic itaque princeps qui cuncti colunt
publicum omnium hominum solatium est, aut
me omnia fallunt, aut iam cecidit
animi tui. et tam magno vulneri maiora
adhibuit remedia, iam te omnium confirmavit
modo. iam omnia exempla quibus ad animi
equitatem compelleris tenacissima memoria
retulit. iam omnium precepta sapientium assi-
due tibi facundia explicavit. Nullus itaque
melius adloquendi partes occupaverit. Aliud
habebunt hoc dicente pondus verba, velud
ab oraculo missa. Omnem vim doloris tui
divina eius contundet auctoritas. Hunc itaque

cesarem

exhortacio cesaris quam auctor introducit

B.

que tibi puta dicere. Non te solum fortuna
sumpsit sibi. quem tam graui afficeret in
iuria. nulla domus in toto orbe terrarum aut
est aut fuit. sine aliqua comploratione. Transi
bo exempla vulgaria que etiam si minora
tamen mira sunt. ad fastus te. et annales p
ducam publicos. vides omnes has ymagines (i. queles hart)
que impleuerunt cesarum atrium. nulla non
harum aliquo suorum incommodo insignis est.
Nemo non ex istis in ornamentum seculorum re
fulgentibus viris aut desiderio suorum tortus
est. aut a suis cum maximo animi cruciatu
desideratus est. quid tibi referam Scipi
onem affricanum. cui mors fratris in exilio nun
ciata est. Is frater qui eripuit fratrem car
cere. non potuit eripere fato. Et quam im pa
ciens iuris equi pietas affricani fuerit
cunctis apparuit. Eodem enim die Scipio
affricanus quo viatoris manibus fratrem ab
stulerat. tribuno quoque plebis priuatus
intercessit. tam magno tamen fratrem desi
derauit hic animo quam defenderat. Quid
referam Emilianum Scipionem. qui vno pe
ne eodem que tempore spectauit patris trium
phum duorum que fratrum funera. Adolescen
tulus tamen ac prope (i. valde) modum puer tanto
animo tulit illam familie sue super ipsum pau

c

ti triumphum conscendentis subitam vastita/tem. quantum debuit ferre vir, in hoc natus ne urbi romane aut scipio deesset aut car/thago superesset. Quid referam duorum Lucu/llorum diremptam morte concordiam. Quid pompeios quibus nec hoc quidem seviens reliquit fortuna, ut una denique conciderent ruina. Vixit sextus pompeius primum sorori superstes, cuius morte optime cohe/rentis romane pacis vincula resoluta sunt itidemque hic vixit superstes optimo fratri quem fortuna in hoc evexerat, ne minus alte/rum deiceret, quam patrem deiecerat. Et post hunc tamen casum sextus pompeius non tantum dolori, sed etiam bello suffecit. Innumerabilia undique exempla Cap xxiiii separatorum morte fratrum succurrerit. Immo con/tra vix ulla unquam horum paria aspecta sunt una senescentia. Sed contentus nostre domus exemplis ero. Nemo enim tam expers erit sensus ac sanitatis, ut fortunam ullis queratur luctum intulisse. quem sciet etiam cesarum lacrimas concupisse. Divus augustus amisit octaviam sororem caris/simam. Et nec ei quidem rerum natura luge/ndi necessitatem abstulerat cui celum destina/verat. Immo vero idem omni genere orbitatis

vocatus sororis filium successori paratum sue
perdidit. Deinde ne singulos eius luctus enu-
merem. et generos ille amisit, et liberos, et ne-
potes. Ac nemo magis ex omnibus mortalibus
hominem esse se dum inter homines erat sen-
sit. hic tot tantos que luctus cepit omnium ca-
pacissimum eius pectus, victor que divus au-
gustus. non gentium tantummodo exterarum,
sed etiam dolorum fuit. Gayus cesar divi au-
gusti avunculi mei abnepos, circa primos iu-
uente sue annos, lucium fratrem carissimum
sibi principem eiusdem iuventutis amisit, in
apparatu parthici belli. et graviore multo a-
nimi vulnere quam postea corporis ictus est, quod
utrumque et piissime idem et fortissime tulit.
s. claudius Cesar patruus meus drusum germanicum
patrem meum minorem natu quam ipse erat
fratrem intima germanie recludentem, et gen-
tes ferocissimas romano subicientem imperio,
in complexu et in osculis suis amisit. modum
tamen lugendi, non sibi tantum, sed etiam
aliis fecit, ac totum exercitum. non solum
mestum. sed etiam attonitum, corpus drusi
sui vindicantem, ad morem romani luctus re-
degit. iudicavit que non militandi tantum disci-
plinam esse servandam. sed etiam dolendi. Non
potuisset ille lacrimas alienas compescere

c nisi prius pressisset suas / Marcus antho-
nius avus meus. nullo minor nisi eo a quo
victus est. Tunc cum rem publicam constitu-
eret. et triumvirali potestate preditus. nichil
super se videret / et exceptis duobus colle-
gis. omnia infra se cerneret. fratrem inter-
fectum audivit. Fortuna impotens. quales
ex humanis malis tibi ipsa ludos facis. Ego
ipso tempore quo Marcus anthonius civium
suorum vite sedebat mortis ac arbiter. Marci
anthonii frater duci videbatur ad supplicium
Tulit hoc tamen tam triste vulnus eadem
magnitudine animi Marcus anthonius
qua omnia illa adversa tolleraverat. Et hoc
fuit eius lugere. xx. legionum sanguinem
fratri parentare. Sed ut omnia alia exem-
pla preteream. ut in me quoque ipso alia ta-
ceam funera. bis me fraterno luctu aggressa for-
tuna est. bis intellexit ledi me posse. vinci
non posse. Amisi germanicum fratrem. quem
quomodo amaverim intelligit profecto quis-
quis cogitat. quomodo suos fratres pii fratres
ament. Sic tamen affectum meum rexi. ut
nec relinquerem quicquam. quod exigi deberet
a bono fratre. nec facerem. quod reprehendi pos-
Hec ergo puta · Capitulum · set in principe
tibi parentem publicum referre xxv
· referre

f

exempla eundem ostenderem quam nichil sacri
intactique sit fortune que ex eis penatibus
ausa est funera ducere ex quibus erant deos
petituri. Nemo itaque miretur aliquid
ab illa aut crudeliter fieri aut inique. Potest
enim hec adversus privatas domos ullam equi-
tatem nosse aut ullam modestiam cuius impla-
cabilis sevitia totiens ipsa funestavit pulvi-
naria. Faciamus licet illi convicia non nostro
tantum ore sed etiam publico nec tamen muta-
bitur adversus omnes preces omnes querimo-
nias eriget. Hoc fuit in rebus humanis for-
tuna hoc erit nichil inausum sibi reliquit nichil
intactum relinquet. Ibit violentior per omnia sic-
ut solita semper est. Eas quoque domos ausa iniu-
rie causa intrare in quas per templa adi-
tur et atram laureatis foribus induet ves-
tem. Hoc unum obtineamus ab illa votis ac
precibus publicis si nondum illi genus huma-
num placuit consumere. Si romanum adhuc no-
men propitia respicit hunc principem lassis
hominum rebus datum sicut omnibus morta-
libus sibi esse sacratum velit. Discat ab illo cle-
mentiam atque sit mitissimo omnium principum
mitis. Debes itaque eos intueri omnes quos
paulo ante retuli aut assumptos celo aut pro-
ximos et ferre equo animo fortunam ad te

quosque porrigentem manus · quia nec ab
eis quidem per quos uiuimus abstinet, de
bes illorum imitari firmitatem imperturba
tis et compressis doloribus in quantum modo
homini phas est · per diuina ire uestigia ·
Quamuis in malijs rebus dignitatum et no
bilitatum sint magna discrimina · uirtus
in medio posita est · neminem dedignatur
qui modo dignum se illa iudicat · Optime
certe illos imitaberis · qui cum indignari
possent non esse exceptos huius mali
in hoc uno se ceteris exequari hominibus
non iniuriam sed ius mortalitatis iudicaue
runt · tuleruntque nec nimis acerbe et aspere
quod acciderat · nec molliter et effeminate · Nam
et non sentire mala sua non est hominis
et non ferre non est uiri · Non possum
tamen cum omnes circuierim cesares quibus
fortuna fratres et sorores eripuit · hunc pre
terire ex omni cesarum numero excerpendum
quem rerum natura in exitium opprobriumque
humani generis edidit · a quo imperium ad
uersum atque ad bustum funditus principis
piissimi recreat clementia · Gaius cesar a
missa sorore drusilla · is homo qui non magis
dolere quam gaudere principaliter posset
conspectum conuersationemque ciuium suorum profugit

Exequiis sororis sue non interfuit iusta so-
rori non prestitit sed in albano suo cessit ac — *al's secessit*
foro et advocationibus et honoris aliis occupationi-
bus acerbissimi funeris elevabat mala pro
pudor imperii principis romani lugentis soro-
rem alea solamen fuit. Idem ille gaius fu-
riose inconstancie modo barbam capillum — *i. nutriens*
que summittens modo ytalie ac sicilie oras
errabundus permetiens et nunquam satis certus
utrum lugeri vellet an coli sororem eodem om-
ni tempore quo templa illi constituebat ac pul-
vinaria eos qui parum mesti fuerant crude-
lissime afficiebat animadversione. eadem enim
intemperie animi adversarum rerum ictus fe-
rebat qua secundarum elatus eventu super
humanum intumescebat modum. Procul iste
exemplum ab omni romano viro. Luctum suum
aut intempestivis revocare lusibus aut sor-
didum ac squaloris feditate irritare aut
alienis malis oblectare minime humano so-
lacio. Tibi vero nichil ex consuetudine mutan-
dum tua quoniam quidem ea instituisti amare stu-
dia que optime et felicitatem extollunt et
facillime minuunt calamitatem eademque
et ornamenta maxima homini sunt et solatia

Nunc itaque studiis tuis immerge — capitulum
te altius nunc illa tibi velut — xxvi

munimenta animi tui cuncta ne ex ulla tui
parte inveniat introitum dolor. Fratris quoque
tui prodiut produc memoriam aliquo scripto
rum monimento tuorum. Hoc enim unum est rebus
humanis opus cui nulla tempestas noceat
quod nulla consumat vetustas. Cetera que per
constructionem lapidum et marmoreas moles
aut terrenos tumulos in magnam eductos al
titudinem constant non propagant longam
diem. Quippe et ipsa intereunt. Immortalis
est ingenii memoria. Hanc fratri tuo tu
largire. In hac eum colloca. Melius illum
duraturo semper consecrabis ingenio quam
irrito dolore lugebis. Quod ad ipsam fortu
nam pertinet etiam si non agi apud te ca
eius non potest. Omnia enim illa que nobis dedit
ob hoc ipsum quod aliquid eripuit invisa sunt
tunc tamen erit agenda cum primum equiorem
te illi iudicem dies fecerit. Tunc enim poteris
in gratiam cum illa redire. Nam multa provi
dit quibus hanc emendaret iniuriam. vel illam
Multa etiam nunc dabit quibus redimat.
Denique ipsum quod abstulit ipsa dederat tibi.
Noli ergo contra te ingenio uti tuo, noli
adesse dolori tuo. Potest quidem eloquentia
tua que parva sunt approbare pro magnis
rursus magna attenuare et ad minima du

vel iuste iudicari

vel in presencia

vel aliqua

k

l. ad alind
rere. Sed alio isti vires servet suas. nunc
totas se in solacium tuum conferant. Et tamen
dispice ne hoc iam quoque ipsum sit super-
vacuum. aliquid enim a nobis petitum ex
ingenio plus veritate continghitur. xxvii

Numquam autem ego a te ne ex toto
maereas exigam. et scio inveniri quos-
dam dure magis quam fortis pru-
dentie viros qui negent doliturum esse sapi-
entem. Hii non videntur michi umquam
in eiusmodi casum incidisse. alioquin excus-
sisset illis fortuna superbam sapientiam
et ad confessionem eos verum invitos com-
pulisset. satis prestiterit ratio si id unum ex
dolore quod et superest et habundat exci-
derit. ut quidem nullum omnino esse eum
patiatur nec sperandum ulli nec concu-
piscendum est. Hunc potius modum ser-
vet qui nec impietatem imitetur nec
insaniam. et nos in eo teneat habitu qui
et pie mentis est nec mote. Fluant
lacrime sed eedem desinant. trahantur
ex imo pectore gemitus sed iidem et finiantur.
sic rege animum tuum ut sapientibus te ad-
probare possis et fratribus. Effice ut fre-
quenter fratris tui memoria tibi velis
occurrere. ut illum et sermonibus celebres

quod cum mereat quis funera fratribus est naturale
quod autem inmoderate meat est ex vanitate

et assidua recordatione representes michi. Quod ita demum consequi poteris si tibi memoriam eius iocundam magis quam flebilem feceris. Naturale est enim ut semper animus ab eo refugiat ad quod cum tristicia revertitur. Cogita modestiam eius. cogita in rebus agendis solerciam in exequendis industriam in promissis constanciam omnia dicta eius ac facta et aliis expone et tibi ipse commemora. Qualis fuerit cogita. Qualis et sperari potuerit. Quid enim de illo non tuto sponderi fratre posset Hec utcumque potui longo iam situ obsoleto et hebetato animo composui. que si aut parum respondere ingenio tuo. aut parum mederi dolori videbuntur. cogita quam non possit is aliene vacare consolationi. quem sua mala occupatum tenent. quam non facile latina ei verba hominum succurrerent. quem barbarorum inconditus. et barbaris quoque humanioribus gravis fremitus circumsonat

Explicit Seneca de brevitate vite

Lucii Annei Senece ad Galligonem de vita beata Incipit primus liber

Vivere Gallio semper omnes
beate volunt. sed ad per-
videndum quid sit quod
beatam vitam efficiat ca-
ligant. Adeoque non est
facile consequi beatam
vitam. ut eo quisque eo
longius recedat quo ad
illam concitatius fertur si via lapsus est.
ubi in contemptum ducit. ipsa velocitas maioris
intervalli causa fit. Proponendum est itaque
primum quid sit quod appetimus. Tunc cir-
cumspiciendum est qua contendere illo celler-
rime possimus. intellecturi ipso itinere si
modo rectum erit quantum cotidie profli-
getur. Quantoque propius ab eo simus ad quod
nos cupiditas naturalis impellit. Quam-
diu quidem passim vagamur non ducem se-
cuti. sed fremitum et clamorem dissonum in di-
versa vocantium. conteretur vita inter errores
brevis. etiam si dies noctes bone menti
laboremus. Decernatur itaque et quo tendamus
et qua. et qua non sine perito aliquo cui
explorata sint ea in que procedimus. Quoniam
quidem non eadem hic que in ceteris peregrina-
tionibus condicio est. In illis comprehensus
aliquis limes. et interrogati incole. non patiun-

n errare. At hic tritissima queque via et cele-
al' precedentium berrima maxime decipit. Nichil ergo ma-
gis prestandum est quam ne pecorum ritu sequa-
mur antecedentium gregem pergentes non quo
eundum est sed quo itur. Atqui nulla res
nos maioribus malis implicat. Quam quod
ad rumorem componimur. optima rati ea que
magno assensu recepta sunt. Quarumque exem-
scilicet exposita pla bonis multa sunt. nec ad rationem. sed ad
similitudinem vivimus. Unde ista tanta coacer-
vacio aliorum super alios ruentium. Quod in stra-
ge hominum magna evenit. cum ipse se populus pre-
mit. Nemo ita cadit ut non alium in se
attrahat. Primi exicio sequentibus sunt.
Hoc omnium vita accidere videas. licet nemo
tantum erret. sed aliorum erroris et causa et
auctor est. Nocet enim applicari anteceden-
tibus. et dum unusquisque mavult credere
quam iudicare. numquam de vita iudicatur. semper
creditur. Versat quoque nos et precipitat tradi-
tus per manus error. alienis quoque perimus exem-
plis. Sanabimur si modo separemur cetui. Nunc
vero stat contra racionem defensor mali sui po-
pulus. Itaque id evenit quod in comitiis in qui-
bus eos factos esse pretores idem qui fecere
scilicet tales electum; vel id est versatilis mirantur. cum se mobilis favor circuegit. Eadem
probamus. eadem reprehendimus. hic exitus

l. serenat

est omnis iudicii / in quo secundum plures datur

Cum de beata vita agitur. Non Ca. ii
est quod michi illud dissensionum / i. obiectionem
more respondeas. Hec pars maior
esse videtur. Ideo enim peior est / non tam be-
ne cum rebus humanis geritur / ut meliora
pluribus placeant / argumentum pessimi turba
est. Queramus quid optime factum est / non
quid usitatissimum / et quid nos in possessione
felicitatis eterne constituat / non quid vulgo /
veritatis pessimo interpreti / probatum sit /
Vulgus autem tam clamidatos / quam coro-
natos voco. Non enim colorem quibus pre-
texta sunt corpora aspicio. Oculis de homine
non credo. Habeo melius et certius lumen quo
a falsis vera diiudicem. Animi bonum / animus
inveniat. Hic si illi unquam respirare illi et
recedere in se (i. tempus fuit) vacaverit. O quam sibi ipse
verus (reflexus) tortus a se fatebitur / et dicet. Quicquid
feci adhuc infectum esse mallem / Quicquid dixi
cum recogito / mutis invideo. Quicquid optavi
inimicorum / execrationem puto. Quicquid ti-
mui / dii boni / quanto (tollerabilius) levius fuit / quam quod
concupivi. Cum multis inimicitias gessi et
in gratiam ex odio / si modo ulla inter malos gratia
est / redii / michi ipsi nondum amicus sum. Co-
munem operam dedi / ut me multitudini edu-

Marginal notes: l. ideo magis amplectenda; i. deterior eo quo maior; i. q. d. prefert aliis et non michi

colorem, et aliquam dotem notabilem fuerim. Non aliud quam telis me opposui, etiam malivolentie quod morderet ostendi. Vides istos qui eloquentiam laudant, qui opes sequuntur, qui gratie adulantur, qui potentiam extollunt: omnes aut sunt hostes aut quod in equo est esse possunt. Quam magnus mirantium, tam magnus invidentium populus est. Quin potius quero aliquod usu bonum quod sentiam, non quod ostendam. Ista que spectantur, ad que consistitur, que alter alteri stupens monstrat, foris nitent, introrsus misera sunt. Queramus aliquod non in speciem bonum, sed solidum et equale, et a secretiore parte formosius. Hoc eruamus, nec longe positum est; invenietur; scire tamen opus est quo manum porrigas. Nunc vero in tenebris vicina transimus, offensantes ipsa que desideramus.

t. impingentes
tangentes

Capitulum III

Sed ne te per circuitus traham, aliorum quidem opiniones preteribo, nam et enumerare illas longum est et coarguere. Nostram accipe. Nostram vero cum dico, non alligo me ad unum aliquem ex Stoycis proceribus. Est et michi censendi ius. Itaque aliquem sequar, aliquem iubebo sententiam dividere; fortasse et post omnes citatus nichil improbabo ex his que priores decreverint, et dicam: hoc amplius censeo. Interea

approbo parvo

quod inter omnes stoicos convenit rerum na-
ture assencio. ab illa non deerrare et ad
illius legem exemplumque formari sapientia
est. Beata est ergo vita conveniens natu-
re sue, que non aliter contingere potest quam
si primum sana mens est et in perpetua posses-
sione sanitatis sue. Deinde fortis et vehemens
tunc pulcherrima et paciens, apta tempori-
bus corporis sui pertinentiumque ad id cu-
riosa non anxie tamen aliarum rerum que
vitam instruunt diligens sine admiratione
cuiusque usura fortune muneribus non ser-
vitura. Intelligis etiam si non adiciam sequi
perpetuam tranquillitatem libertatem depulsis
hiis que aut irritant nos aut terrent nos
Nam voluptatibus et pro illis que parva
ac fragilia sunt et ipsis flagiciis noxia in-
gens gaudium subit inconcussum et equale
Tunc pax et concordia est animi magnitudo cum
mansuetudine. Omnis enim ex infirmitate
feritas est. Quemadmodum idem exercitus modo
latius panditur, modo in angustum coartatur
et aut in cornua sinuata media parte cur-
vatur aut recta fronte explicatur. vis illi
utcumque ordinatus est eadem est et volun-
tas pro eisdem partibus standi, ita diffinitio
summi boni alias diffundi potest et exporrigi

i. ad bonum; i. que est apta; i. corporis sui; i. sine laudatione rei; i. recta; i. sic beate vite; i. dilatari

sit · uel colligi · et ipse regi · Idem utique erit
si dixeris summum bonum · animus fortuita despi
ciens / uirtute letus · Aut inuicta uis animi
perita rerum · placida in actu cum humilitate multa
et conuersantium cura · Licet ita finire · ut
beatum dicamus hominem illum · cui nullum bonum
malum quod sit · nisi bonus malusque animus /
honesti cultor · uirtute contentus / quem non
extollant fortuita · nec frangant · qui nullum
maius bonum · eo quod sibi ipse dare potest no
uerit · cui uera uoluptas erit / uoluptatum

Licet si negari uelis Capitulum contemptio
idem in aliam atque aliam faciem / ut
saluo et integro potestate transferre /
Quid enim prohibet nos beatam uitam dicere ·
liberum animum · et erectum · et interritum · ac
stabilem · extra metum · extra cupiditatem
positum · cui unum bonum sit honestas · unum ma
lum / turpitudo · Cetera uilis turba rerum /
nec detrahens quicquam beate uite · nec ad
iciens · sine auctu ac detrimento summi boni · ue
niens · et recedens · hunc ita fundatum · necesse
est / uelit / nolit · sequatur hilaritas continua
et leticia alta · atque ex alto ueniens / ut que suis
gaudeat / nec maiora domesticis cupiat · Quidni
in ista pensaret bene · cum minutis · et friuolis
et non perseuerantibus corpusculi motibus · quo

Marginal notes: i. ignorantium; i. indirecte; i. eadem res sit beatum hominem; i. contentus sit

dic in sua voluptatem fuerit et in sua dolo- 6
rem erit. Vides autem quam malam et noxi-
am servitutem servituturus sit quem volup- i. dominia
tates dolores que incertissima dominia impoten-
tissima que alternis possidebunt ergo exeundum
ad libertatem est. Hanc non alia res tri-
buit quam fortune negligentia. Tamen illud
orietur inestimabile bonum quies mentis
in tuto collocate et sublimitas expulsis que ter-
roribus ex cognitione veri gaudium grande
et inmotum comitas que et diffusio animi qui- virtutis
bus delectabitur non ut bonis sed ut ex bo-
no suo ortis. Quoniam liberaliter agere cepi
potest beatus dici qui nec cupit nec timet i. subaudi ben dico beneficio racionis quam id
beneficio rationis quoniam et saxa timore
et tristitia carent nec minus pecudes non ideo
tamen quisquam felicia dixerit quibus non
est felicitatis intellectus. Eodem loco pone
homines quos in numerum pecorum et animalium
redegit hebes natura et ignorantia sui. Ni-
chil interest inter hos et illa quoniam illis
nulla ratio est. His prava et malo suo at-
que in perversum sollers. Beatus enim nemo
dici potest extra veritatem proiectus. Be-
ata ergo vita est in recto certo que iudicio
stabilita et inmutabilis. Tunc enim pura
mens est et soluta omnibus malis. Cum non

t

i. detractiones ... amaricationes invidie

tantum lacerationes, sed etiam vellicationes
effugerit. statura semper ubi constitit. ac se-
dem suam etiam irata et infestante fortu-
Nam quod ad Capm vendicat. ad vo-
luptatem pertinet, licet circu Anim
fundatur, undique per omnes vias influ-
at, animum quoque blandimentis suis leniat. alia
quoque ex aliis admoveat, quibus nos totos quoque par-
tes nostras sollicitet. Quis mortalium nisi cui nul-
lum superest hominis vestigium. per diem. noc-
tem quoque titillari velit, et deserto animo corpori
operam dare. Sed et animus quoque inquit
voluptates et habebit suas. Habeat sane se-
deat quoque luxurie et voluptatum arbiter, imple-
at se eis omnibus que oblectare sensus solent.
Deinde preterita respiciat. et exoletarum vo-
luptatum inmemor exultet prioribus. futuris
quoque iam immineat, ac spes ordinet suas, et dum
corpus in presenti sagina iacet, cogitationes
ad futura premittat. Hoc inde mihi videbitur
miserior. quoniam mala pro bonis amplecti demen-
tia est. nec sine sanitate quisquis beatus est. nec sanus
est cui futura pro optimis appetuntur. Beatus
est ergo iudicii rectus. Beatus est presentibus
qualiacumque sunt contentus, amicus quoque re-
bus suis. Beatus est is, cui omnem habitu-
dinem rerum suarum ratio commendat. Videant etiam illi

i. presupponam[?] vel habeat

i. putridarum[?]

sed meliora

al' sine sanitate

sc. ipsas volup^tes

Qui summum bonum dixerint · quam turpe il-
lud loco posuerint Capitolium sextum
Atque negant posse voluptatem etiam a virtu-
te deduci / et aiunt nec honeste quemquam
vivere · ut non iocunde vivat / nec iocunde
ut non honeste quoque / Non video quomodo is- vivant
ta diversa in eandem copulam coniciantur
Quid est oro vos / cur separari voluptas a
virtute non possit · videlicet quia omne
bonis ex virtute principium est · Ex huius ra-
dicibus etiam ea que vos et amatis et
expetitis / oriuntur · Sed si ista indiscreta
essent · non videremus quedam iocunda et ho-
nesta · quedam vero honestissima · sed aspe-
ra per dolores exigenda · Adice nunc quod
voluptas etiam ad vitam turpissimam
venit · At virtus malam vitam non ad-
mittit · et infelices quidam · non sine volu-
ptate sunt · quod non eveniret · si virtuti
se voluptas immiscuisset · Qua virtus sepe
caret / numquam indiget · Quid dissimilia
immo diversa componitis · Altum quiddam est
virtus / excelsum · et regale / invictum infati-
gabile · Voluptas humile servile imbe-
cillum · caducum / cuius statio ac domicilium
fornices et popine sunt · Virtutem in templo
invenies in foro in curia pro muris stantem /

i. am

v. volup^{ta}

i. lupanaria

x.

i. nigram · i. duras
puluerulentam coloratam callas haben
tem manus. Voluptatem latitatem sepius
ac tenebras captantem circa balnea ac su
datoria ac loca edilem metuentia mollem
eneruem mero atque unguento madentem
pallidam atque fucatam et medicamentis pol
lutam. Summum bonum immortale est nescit
exire nec satietatem habet nec penitentiam
i. fastidium
Numquam recta mens uertitur nec sibi odio
est nec quicquam mutauit quia semper secu
ta est optima. At uoluptas tunc cum maxi
me delectat extinguitur nec multum loci habet
itaque cito implet et tedio est et post primum im
petum marcet nec umquam certum est cuius in mo
tu natura est. Ita nec potest quidem ulla eius
esse substantia quod uenit transit ut celer
rime in ipso usu sui periturum. eo enim peruenit
ubi desinat et cum incipit spectat ad finem. Quid
quod tam bonis quam malis uoluptas inest
i. sub. delectat
nec minus turpes dedecus suum quam honestos
egregia delectant. Ideo precepere ue
teres optimam sequi uitam non iocundissimam
ut recte ac bone uoluntatis non dux sed co
mes uoluptas sit. Natura enim duce u
tendum est hanc ratio obseruat ac consulit
Idem est ergo beate uiuere et secundum naturam Cap
tulum. Hoc quod sit iam aperiam si corporis vii

dotes. et apta nature conseruabimus dili-
genter et impauide tamquam in diem data et
fugacia. si non subiecerimus eis seruitutem. si
nos aliena possederint. si corporis grata et adve-
ticia eo nobis loco fuerint quo sunt in castris
auxilia et armatura leuis. Seruiant ista non
imperent. ita demum utilia sunt menti. Incorrup-
tus vir sit externis et insuperabilis. miratorque
tantum sui. fidens animo. atque in utrumque
paratus. artifex vite. Fiducia eius non sine
sciencia sit. sciencia non sine constancia. Ma-
neant illi semel placita. nec ulla in decretis
eius litura sit. Intelligitur etiam si non ad-
iecero compositum ordinatumque fore talem
virum. et in hiis que aget cum comitate mag-
nificum. Erit vera racio sensibus insita
et capiens inde principia. Nec enim habet
aliud unde conetur. aut unde ad verum impe-
tum capiat. et in se reuertatur. Nam mundus
quoque cuncta complectens. rectorque uniuersi
deus. in exteriora quidem tendit. sed tamen
introrsum undique in se redit. Idem nostra mens
faciat. cum secuta sensus suos. per illos se ad
externa porrexerit. et illorum et sui potens sit. Hoc
modo una efficietur vis ac potestas concors
sibi. et racio illa certa nascetur. non dissidens
nec hesitans in opinionibus. comprehensioni-

p. aduersis magnas. i. ad prospera et aduersa

q̄ deliberauit

i. deletio

al' vita seruitur

b

bus quam nec ipsius persuasione, que cum se
disposuit et partibus suis consensit et ut
ita dicam continuit, summum bonum tetigit. (i. concorditer canit)
Nichil enim pravi, nichil lubrici superest,
nichil in quo arietet aut labet. Omnia (i. arietet impingnet)
faciet ex imperio suo, nichil quam opinatum
faciet, sed quicquid agetur in bonum exibit
facile et parate et sine tergiversatione a-
gentis. Nam pigritia et hesitatio pug-
nam et inconstantiam ostendit. Quare au-
dacter licet profitearis summum bonum esse
animi concordiam; virtutes enim ibi esse
debebunt ubi consensus atque unitas erit:
dissident vitia. Et sequitur Capitulum viii (i. discordant)

Sed tu quoque inquit virtutem non (oppositio)
ob aliud colis quam quia aliquam
ex illa speras voluptatem. Primum
non si voluptatem prestatura virtus est, ideo
propter hanc petitur. Non enim hanc
prestat, sed nec huic laborat, sed labor eius (virtus)
quamvis aliud petat, hoc quoque assequetur.
Sicut in arvo quod segeti proscissum est a-
liqui flores internascuntur, non tamen huic
herbule quamvis delectet oculos tantum
operis insumptum est; aliud fuit serenti propositum,
hoc supervenit. Sic et voluptas non est mer-
ces nec causa virtutis sed accessio. Nec quia

virtus delectat

placet, sed quia placet, delectat. Summum
bonum in ipso iudicio est et habitu optime
mentis, que cum suum implevit et finibus
se suis cinxit, consummatum est summum bonum
nec quicquam amplius desiderat. Nichil
enim est extra totum, non magis quam ul-
tra finem. Itaque erras cum interrogas quid
sit illud propter quod virtutem petam. Que-
ris aliquid supra summum. Interrogas quid
petam ex virtute: ipsam. Nichil enim
habet melius, ipsa pretium sui. An hoc pa-
rum magnum est? Cum tibi dicam summum
bonum est infragilis animi rigor et pro-
videntia et sublimitas et sanitas et libertas
et concordia et decor, aliquid etiam nunc ex-
igis [s. voluptatem] maius ad quod ista referantur? Quid
michi voluptatem nominas? Hominis bonum
quero, non ventris, qui pecudibus et bel-
luis laxior est. Sequitur capitulum ix.

Dissimulas inquis quid a me di-
catur. Ego enim nego quemquam
posse iocunde vivere nisi simul
et honeste vivat, quod non potest mutis con-
tingere animalibus nec bonum suum cibo me-
tientibus. Clare inquam ac palam testor
hanc vitam quam ego iocundam voco non
sine adiecta virtute contingere. At quis igno

d

erit plenissimos esse voluptatibus ueris tur-
tissimos quoque, et nequitiae habundare io-
cundis, animumque ipsum non tam generationes vo- (voluptuose)
luptatis prauas, sed multa suggerere, in pri- [voluptatis]
mis insolentiam et nimiam extimationem
sui tumoremque elatum super ceteros et a-
morem rerum suarum, caecum et improvidum, de-
licias fluentes ex minimis ac puerilibus
causis, exultationem iam dicacitatem ac
superbiam contumeliis gaudentem, desidiam
dissolutionemque segnis animi indormientis
sibi. Haec omnia virtus discutit et aurem p- (al. distinguit)
uellit et voluptates extimat antequam ad-
mittat, nec quas probauit magni pendit,
utique enim admittit, nec usu earum sed [delectat]
temperantia leta est. Temperantia autem
cum voluptates minuat summi boni iniuria
est. Tu voluptatem complecteris, ego com-
pesco; tu voluptate frueris, ego utor; tu
illam summum bonum putas, ego nec bonum;
tu omnia voluptatis causa facis, ego ni-
chil. Cum dico me nichil voluptatis cau-
sa facere, de illo loquor sapiente cui soli con- [concedis]
cedis voluptatem; non voco autem sapien-
tem super quem quicquam est, ne dum
voluptas. At ab hac occupatus quo re-
sistet labori et periculo, egestati, et tot

humanam vitam circumstrepentibus
minis. Quomodo conspectum mortis,
quo dolores feret, quo mundi fragores
et tantum circa se ferocium hostium, tam mol-
li adversario victus? Quicquid volup-
tas suaserit faciet. Age non vides quam
multa suadeat ipsa voluptas? Ex. (s. voluptas)
Nichil inquis poterit turpiter sua-
dere, quia adiuncta virtuti est.
Non vides iterum quale sit
summum bonum, cui custode opus est ut bo- (s. q. d. fragile est)
num sit? Virtus autem quomodo volup-
tatem reget quam sequitur, cum sequi pa-
rentis sit, regere imperantis? A tergo po- (s. obedientis)
nis quod imperat? Egregium autem est virtu-
tis apud vos officium, voluptates pregus-
tare! Sed videbimus an apud quos tam
contumeliose tractata virtus est, adhuc
virtus sit, que habere nomen suum non po-
test si loco cessit. Interim de quo agitur, mul-
tos ostendam voluptatibus obsessos, in
quos fortuna omnia munera sua effudit,
quos fatearis necesse est malos. Aspi- (s. tu fatearis)
ce Nomentanum et Apicium, terrarum ac maris
ut isti vocant bona conquirentes, et super
mensam recognoscentes omnium gentium animalia;
vide hos eosdem e suggestu rosae spectantes popinam

f

sucum. aures vocum sono, spectaculis ocu-
los, saporibus palatum suum delectantes,
mollibus lenibusque fomentis, totum laces-
situr eorum corpus. et ne nares interim
cessent. Odoribus variis inficitur locus
ipse in quo luxurie (vel deservitur) parentat. Hos esse in
voluptatibus dices. nec tamen illis bene
erit, quia non bono gaudent. Male inquit
illis erit quia multa intervenient que per-
turbent animum, et opiniones inter se contra-
rie mentem inquietabunt. Quod ita esse
concedo. sed nichilominus illi ipsi stulti et in-
equales et sub ictu penitentie positi. mag-
nas percipient voluptates, ut fatendum sit
tam longe tum illos ab omni molestia ab-
esse, quam a bona mente. Et quod plerisque
contingit, hylarem insaniam insanire ac per
risum furere. At contra sapientum remis-
se voluptates et modeste ac pene langwi-
de sunt, compresseque et vix notabiles, ut que
neque accersite veniant, nec quamvis per se
accesserint in honore sint, neque ullo gau-
dio percipientium excepte. Miscent enim
illas, et interponunt vite, ut ludum iocumque.

Desinant ergo capitulum xi inter seria
inconveniencia iungere, et vir-
tuti voluptatem implicare, per quod

vitam pessimis quibus et adulantur. Ille
se effusus in voluptates reptabundusque
atque ebrius, quia scit se cum voluptate
vivere, credit et cum virtute; audit enim non posse
voluptatem a virtute separari. Deinde vi-
tiis suis sapientiam inscribit, et abscon-
denda profitetur. Ita quod non ab Epicuro
impulsi luxuriantur, sed vitiis dediti lu-
xuriam suam in philosophie sinu absconderunt,
et eo currunt ubi audiant laudari volu-
ptatem. Nec estimatur voluptas illa
Epicuri, ita me hercules enim sentio, ut
sobria ac sicca sit, sed ad nomen ipsum ad-
volant, querentes libidinibus suis patro-
cinium aliquod ac velamentum. Ita quod quod
unum habebant in malis bonum, perdunt pec-
candi verecundiam; laudant enim ea
quibus erubescebant, et vicio gloriantur.
Ideo quod nec resurgere quidem adolescen-
tie licet, cum honestus turpi desidie ti-
tulus accessit. Hoc est cur ista voluptatis
laudatio perniciosa sit, quia honesta
precepta intra latent, quod corrumpit ap-
paret. In ea quidem ipse sententia sum,
invitis hoc nostris popularibus dicam, sancta
Epicurum et recta precipere. Et si propius
accesseris tristia. Voluptas enim illa ad

q. d. epicurus non docet eos luxuriari sed ex eius opinione quod dicit voluptatem non esse sine virtute sub nomine philosophie palliat luxuriam suam.
i. quod ipsi laudant

non Epicurum excusat

parum et exile revocatur. Et quia nos virtuti legem dicimus, eam ille dicit voluptati / iubet illam parere nature. Parum est autem luxurie quod nature satis est. Quid ergo est / ille quisquis desidiosum ocium et gule ac libidinis vite felicitatem vocat / bonum male rei querit auctorem. et dum ille venit blando nomine inductus. sequitur voluptatem. non quam audit sed quam attulit / et vicia sua cum cepit putare similia preceptis. indulget illis / non timide nec obscure luxuriatur. etiam inde aperto capite. Ita quod non dico quod plerique nostrorum. sectam epycuri flagiciorum magistram esse / sed illud dico male audit infamis est. et inmerito. hoc scire quis potest nisi interius admissus / frons ipsa dat locum fabule. et ad malam spem irritat / hoc tale est quale vir fortis stolam indutus. Constanti tibi / pudicitia. veritas salva est. nulli corpus tuum pacientie vacat / sed in manu tympanum est / titulus itaque honestus eligatur. et inscriptio ipsa excitans animum. que statim venerant vicia. Quisquis ad virtutem accessit. dedit generose indolis spem / qui voluptatem sequitur / videtur enervis / fractus / degenerans venturus

s. non bene intelligunt sententiam epicuri
/. i. sapientes.
/ de qua agitur alibi fabule i. errori predo.

interpellat tunc aliquis distemperavit illi vo-
luptates. et que crevit ultra naturalia
desiderium desistant. et que preceps fertur
infinita quod sunt. et tum magis implentur
eo magis inexplebiles. Age dum virtus
antecedat tutum erit omne vestigium. et vo-
luptas nocet nimia. In virtute non est ve-
rendum ne quid nimium sit quia ipsa est mo-
dus. Non est bonum quod magnitudine la-
borat sua. Rationabilem porro sortitis natu- i. obiectio
ram. quid melius res quam ratio proponit. scilicet voluptatis et virtutis

Et si placet ista iunctura si hoc Capitulum
placet scilicet ad beatam vitam ire
comitatu virtus antecedat comi-
tetur voluptas et circa corpus ut umbra
versetur. Virtutem quidem excellentissimam i. talis quod ipsa est magnum receptaculum
dominam voluptati tradere ancillam nichil mag-
ni animo capientis est. Prima virtus ad-
hoc ferat signa. habebimus nichilominus vo- i. moderatores
luptatem. sed domini eius et temperatores e-
rimus. aliquid nos exorabit nichil coget i. ut antecedet
At hii qui voluptati tradidere principia
utroque caruere. Virtutem enim amittunt
ceterum non ipsi voluptatem sed ipsos volup-
tas habet cuius aut inopia torquentur
aut copia strangulantur miseri si deseru-
tur ab illa miseriores si obruuntur sicut

deprensi mari Sirtico · modo in sicco relinquuntur · modo torrente unda fluctuantur · Evenit autem hoc nimia intemperantia · et amore ceco rei · Nam mala pro bonis petenti periculosum est adsequi · ut feras cum labore periculoque venamur · et captarum quoque illarum sollicita possessio est · sepe enim laniant dominos · Ita habentes magnas voluptates in magnum malum evasere / capteque cepere · Que cum plures maioresque sunt eo ille minor ac plurimum servus est / quem felicem vulgus appellat · Permanere libet in hac etiam nunc huius rei ymaginem · Quemadmodum qui bestiarum cubilia indagat · et laqueo captare feras magno estimat · et latentes canibus circumdare · ut illarum vestigia premat · potiora deserit multisque officiis renuntiat / ita qui sectatur voluptatem omnia postponit · et primam libertatem negligit · ac pro ventre dependit · nec voluptates sibi emit · sed se voluptatibus vendit.

cap. xvi

Quid tamen inquit prohibet in unum virtutem voluptatemque confundi · et ita effici summum bonum / ut idem et honestum et iocundum sit · Nec summum bonum habebit sinceritatem suam si aliquid in se viderit dissimile meliori ·

quia pars honesti non potest esse nisi honestum

l.

Nec gaudium quidem quod ex virtute oritur,
quamvis bonum sit, absoluti tamen boni pars
est. non magis quam letitie tranquillitas,
quamvis ex pulcherrimis causis nascantur.
Sunt enim ista bona sed consequentia summi
boni. non consummantia. Qui vero virtutis
et voluptatis que societatem facit, et nec ex
equo quidem. fragilitate alterius boni quic-
quid in altero vigoris est hebetat, liber-
tatem que ita demum si nichil se preciosius
novit invictam subiugum mittit. Nam que
maxima servitus est, incipit illi opus
esse fortuna. Sequitur vita anxia, suspi-
ciosa, trepida, casuum pavens, temporum sus-
pensa momenta sunt. Non das virtutis
fundamentum grave immobile. sed iubes illam
in loco volubili stare. Quid autem tam vo-
lubile est quam fortuitorum expectatio, et
corporis rerumque corpus afficientium varie-
tas. quomodo hic potest deo parere. et quicquid
evenit bono animo excipere. Nec de fato
queri casus sui benignus interpres,
si ad voluptatum dolorumque punctiuncu-
las concitatur. Sed nec patrie quidem bonus
tutor aut vindex est. nec amicorum propug-
nator si ad voluptates vergit. Illo ergo summum
boni ascendat unde nulla vi detrahitur

sub societatem facit

m neque dolori. neque spei / neque timori sit adi/
tus / nec ulli rei que detrectus summi boni ius
faciat. Ascendere autem illo sola virtus potest /
(i. animus sapientis qui deus similis est / i. fortis) illius gradu huius iste frangendus est.
Illa fortiter stabit. et quicquid evenerit
feret. non patiens tantum. sed etiam vo/
lens. omnem quam temporis difficultatem sci/
et legem esse nature. et ut bonus miles
feret vulnera / enumerabit cicatrices et tran/
sverberatus telis moriens amet eum pro quo
cadet imperatorem / habebit in animo illud
vetus preceptum deum sequere / quisquis
autem queritur et plorat et gemit / imperata
facere vi cogitur. et invitus rapitur ad ius/
sa nichilominus / Que autem dementia est
potius trahi quam sequi / tam me hercule
quam stultitia et ignorantia conditionis
(scilicet dementia est) est sue dolere quod est aliquid tibi aut inci/
det durius. equidem miror aut indigne fer/
re ea que tam bonis accidunt quam malis
ut morbos dico / funera debilitates / et cetera
ex transverso in vitam humanam incurrentia/
Quicquid ex universi constitutione patiendum
est / magno suscipiatur animo. Ad
hoc sacramentum adacti sumus ferre morta/
lia / nec perturbari hiis que vitare nostre
potestatis non est. In regno nati sumus / deo

patere libertas est. Ergo in virtute posita [. N.]
est vera felicitas. Quid est tibi virtus sua-
debit? Ne quid aut bonum aut malum ex-
times, quod nec virtute nec malicia conti-
get; deinde ut sis inmobilis et contra ma- [i. deum]
lum ex bono, ut qua (phas est) deum effin-
gas. Quid tibi pro hac expeditione promit-
titur? ingencia et equa divinis. Nichil [i. al' tutus]
cogeris, nullo indigebis, liber eris, tutus,
indempnis; nichil frustra temptabis, nichil
prohibeberis; omnia tibi ex sentencia cedent,
nichil adversum accidet, nichil contra
opinionem aut voluntatem. Quid ergo vir-
tus ad beate vivendum sufficit perfecta illa
divina? qui ni sufficiat? immo superfluit. Quid
enim deesse potest extra desiderium omnium
posito? Quid extrinsecus opus est ei qui
omnia sua in se collegit? Et sequitur. Capitulum
Sed ei qui ad virtutem tendit xiiii
etiam si multum processit opus est a-
liqua fortune indulgencia adhuc [i. iter ad virtutem]
inter humana luctanti, dum nodum illum
exsolvit et omne vinculum mortale. quid ergo
[i. i. relegati] interest? quod arte alligati sunt alii, astricti
alii, districti quoque. Hic qui ad superiora pro-
gressus est et altius extulit se, laxam catha-
nam trahit, nondum liberam tamen, sed pro libero.

Si quis itaque ex istis qui philosophiam conlatrant quod solent dixerit quare ergo tu fortius loqueris quam vivis quare et superiori verba summittis et pecuniam necessarium tibi instrumentum existimas et damno moveris et lacrimas audita coniugis aut amici morte demittis et respicis famam et malignis sermonibus tangeris quare cultius rus tibi est quam naturalis usus desiderat Cur non ad prescriptum tuum cenas Cur tibi nitidior supellex est Cur apud te vinum etate tua vetustius bibitur Cur aurum disponitur Cur arbores nichil preter umbram daturas conseruntur Cur uxor tua locupletis domus censum auribus gerit Quare pedagogium preciosa veste succingitur Quare ars est apud te ministrare nec temere et ut libet conlocatur argentum sed perite servitur et est aliquis scindendi obsonii magister Adice si vis cur trans mare possides cur plura quam nosti turpiter aut tam neglegens es ut non noveris pauculos servos aut tam luxuriosus ut plures habeas quam quorum notitie memorie sufficiat Adiuvabo postmodo convicia et plura mihi quam putas obiciam Nunc

i. infra inimicis

i. inaures que valet pretium locupletis domus

i. in mensa

P.

Hoc respondeo tibi / non sum sapiens et
malivolentiam pascam . nec ero / Exige ita-
que a me / ut non optimis par sim . sed ut
malis melior . Hoc michi satis est cotti-
die aliquid ex vitiis meis demere / et erro-
res meos obiurgare . Non perveni ad — l. f. ipsa podagra
sanitatem . ne veniam quidem / delinimenta
magis quam remedia podagre mee compo-
no / contentus si rarius accidit . et si mi-
nus vero minatur / vestris quidem pedibus
comparatus / debilis cursor sum . Hec non
pro me loquor . Ego enim in alto vitiorum
omnium sum / sed pro illo cui aliquid acti

Aliter inquit loqueris . aliter est — l. sib. d.it
vivis . Hec malignissima . xv.
capita / et optimo cuique inimicissima /
Platoni obiectum est hoc / obiectum epy-
curo . obiectum zenoni . Omnes isti dice-
bant / non quemadmodum ipsi vixerunt . sed
quemadmodum esset ipsis vivendum . De virtute
non de me loquor / et cum vitiis convicium fa-
cio / in primis meis facio / cum potero vivam
quo oportet . Nec malignitas ista
multo veneno tincta deterrebit ab optimis /
Nec virus quidem istud quo alios sper-
gitis / quo vos necatis / me impediet / quo
minus perseverem laudare vitam / non quam

7 ago, sed quemadmodum agendam sciam. quoniam vir-

tutem ad(or)em [i. colunt], et ex intervallo ingenti repta-
bundus sequar. Expectabo scilicet ut quic-
quam malivolentie inviolatum sit. cui sacer
nec Rutilius fuit, nec Cato, cur et aliqui-
bus istis nimis dives videatur, quibus De-
i. fortissim metrius cinicus parum pauper est. Vir(um)
acerrimum et contra omnia nature desideria
pugnantem, hoc pauperiorem quam ceteros
cinicos, quod cum sibi interdixerit habere, inter-
dixit et poscere, negant satis egere. Vides
enim non virtutis scientiam, sed egestatis pro-
fessus. Dyodorum epicureum philosophum, qui
intra paucos dies finem vite sue manu sua
imposuit, negant ex decreto epicuri fecisse
quod sibi gulam precesuit, alii dementiam vide-
ri volunt factum hoc eius, alii temeritatem.
Ille interim beatus [sunt], ac plenus bona conscien-
tia reddidit sibi testimonium recedens vita,
laudabilis est eius etatis in portu et adhac
horam vite acte quietem. Et dixit, quod vos
inviti audistis, quasi vobis quoque faciendum
sit: vixi, et quem dederat cursum fortuna
De alterius vita, de alte cap. peregi. xvi
rius morte disputatis, et ad nomine
ratio quare bonis detrahat mali magnorum ob aliquam eximiam laude
virorum, sicut ad occursum ignotorum hominum

inimici tamen latratis. Expedit enim vobis
neminem videri bonum, quasi aliena virtus
exprobratio delictorum omnium sit. Invidi-
ose splendida cum sordibus vestris confertis. Nec
intelligitis et quanto id vestro detrimento au-
deatis. Nam si illi qui virtutem sequuntur
avari, libidinosi, ambitiosi que sunt, quid
vos estis, quibus ipsum nomen virtutis odio
est. Negatis quemquam prestare quod
loquitur, nec ad exemplar orationis sue vi-
vere. Quid mirum, cum loquantur fortia, ingen-
tia, omnes humanas tempestates evaden-
tia, cum refigere se crucibus conentur, in quas
unus quisque vestrum clavos suos ipse adigit,
ad supplicium tamen acti stipitibus singu-
lis pendent. Hii qui in se ipsi animum ad-
vertunt, quot cupiditatibus tot crucibus
distrahuntur. At maledici in alienam contume-
liam venusti sunt. Crederem illis hoc va-
care, nisi quidam ex patibulo suos specta-
tores conspuerent. Non prestant philosophi
que loquuntur, multum tamen prestant quod
loquuntur, quod honesta mente concipiunt.
Nam quidem si et paria dictis agerent,
quid esset illis beatius? Interim non est
quod contempnas bona verba et bonis cogi-
tationibus plena precordia. Studiorum salu-

b

tantum etiam citra effectum. Laudanda
tentatio est. Quid mirum si non ascendunt
in altum ardua aggressi. sed virtutes sus/
cipere etiam si decidunt magna conan/
tes generosa res est respicere non ad
suas sed ad nature sue vires conari al/
ta temptare, et mente maiora concipe/
re quam etiam ingenti animo adornatis
Qui sibi hoc pro Cap effici possit
posuit, ego mortem eodem xvii
vultu audiam quo videbo, ego
laboribus quantumcumque illi erunt pare/
bo, animo fulciens corpus. Ego divitias
et presentes et absentes contempnam, nec
si alicubi iacebunt contristor, nec si cir/
ca me fulgebunt animo ditior. Ego for/
tunam nec venientem senciam, nec rece/
dentem. Ego terras omnes tamquam meas vi/
debo, meas tamquam omnium. Ego sic vivam
quasi sciam aliis me natum, et nature re/
rum hoc nomine gratias agam. Quo enim
melius genere negotium meum agere potuit
Unum me donavit omnibus, uni michi omnes
quicquid habebo nec sordide custodiam nec
prodige spergam, nichil magis possidere me
credam quam bene donata, non numero
nec pondere beneficia nec ulla nisi accipientis

Margin notes: al' suspicere · sed sequitur · non bonas disposi-tiones sapientis · i. cum iormidor · sub hoc



extimacione perpendam. Nunquam id michi
multum erit quod dignus accipiet. nichil opi-
nionis causa. omnia consciencie faciam / popu-
lo spectante fieri credam quicquid michi con-
scio faciam. Edendi erit bibendique finis /
desideria nature restringere / non implere
alvum et exinanire. Ego amicis iocundus /
inimicis mitis et facilis. exorabor ante-
quam roger / honestis precibus occurram. Pa-
triam meam esse mundum sciam. Et presides
deos hos supra me circa quam me stare fac-
torum dictorumque censores / Quandocumque autem
natura spiritum repetet / aut racio dimit-
tet / testatus exibo. bonam me conscienciam
amasse. bona studia / nullius per me liber-
tatem deminutam / minime meam / qui hec
facere proponit / volet / temptabit. ad deos
iter faciet. Nec ille certum si non tenu-
erit / magis tamen excidit ausis / capitulum

Vos quidem quod virtutem cul- xviii
torem que eius odistis. nichil no-
vi facitis. Nam et solem oculi
infirma egra formidant / et aversantur diem
splendidum nocturna animalia que ad primum
eius ortum stupent et latibula sua passim
petunt / abduntur in aliquas rimas timida
lucis. Gemite et infelicem linguam bonorum

quod facinus quod consuetum est scilicet virtutem odire cum sint viciosi

verba detractoria contra philosophos

v

exercete conuicia · instate commordete / citius
multo frangetis dentes / quam imprimetis · Qua-
re ille philosophie studiosus est · et tam dives vi-
tam agit · Quare opes contempnendas dicit
et habet / vitam contempnendam putat · et tamen
vivit / valitudinem contempnendam et tamen
illam diligentissime tuetur atque optimam
mavult et exilium nomen vanum putat et ait ·
Quid est enim mali mutare regiones · et tamen
si licet senescit in patria / et inter longius tempus
et brevius nichil interesse iudicat · tamen
si nichil prohibet extendit etatem / et in multa
senectute placide vivit Sequitur xix Capitulum

a sapiente

· Solutio · At illa deberent contempni · non ne ha-
beat · sed ne sollicitus habeat / non
abigit illa a se · sed abeuntia securus
prosequitur · Divitias quidem ubi tutius fortu-
na deponat quam ibi / unde sine querela redde-
tis receptura est · Marcus Catho cum lauda-
ret curium · et corum canium et seculum illud
al' nimium in quo crimen erat · (pauci) Paucae argenti lamine mul-
se possidebat ipse (catho) quadragies sestercium
minus sine dubio quam crassus / plusquam
censorius catho · Maiore spatio si compararet
proavum vicerat · quam a crasso vinceret / et
si maiores illi obvenissent · opes non spre-
uisset / nec enim se sapiens indignum ullis

muneribus fortitudinis pietat· non amat diuicias sed mauult· non in animum illas sed in domum recipit· nec respuit possessas sed continet· Et maiorem uirtutis sue materiem subministrari uult· Quid autem dubii est quoniam hec maior materia sapienti viro animum explicandi suum in diuiciis quam in paupertate/ quam in hac unum genus uirtutis sit nec inclinari nec deprimi in diuiciis/ et temperancia/ et liberalitas/ et diligencia· et dispositio et magnificencia/ campum habeat patentem· Non contendet se sapiens etiam si fuerit minime stature/ esse tamen se procerum uolet/ et exilis corpore ac amisso oculo ualebit· malet tamen sibi corporis esse robur/ Et hoc ita ut sciat esse aliud in se ualencius/ malam ualitudinem tollerabit· bonam optabit· Quedam enim etiam si in summam rei parua sunt· ut et subduci sine ruina principalis boni possunt· adiciunt tamen aliquid ad perpetuam leticiam et ex uirtute nascentem/ sic illum afficiunt diuicie et exhilarant· ut nauigantem secundus et ferens uentus/ ut dies bonus· et in bruma ac frigore apricus locus/ Quis porro sapientum nostrorum dico quibus unum est bonum uirtus/ negat etiam que indifferencia vocamus/ habere et in se aliquid precii

·x·

·al' quin

·al' contempnet·

·i· [illegible]

a

et alia aliis esse potiora. Quibusdam ex his tribuitur aliquid honoris, quibusdam multum. Ne erres itaque inter potiora diuicie sunt.

Quid ergo inquis me derides capitulum xx. cum eundem habeant locum apud te que apud me. Vis scire quam non habeant eundem locum mihi diuicie que affluxerint nichil auferent nisi semetipsas, tu stupebis et videberis tibi sine te relictus si ille a te recesserint. Apud me diuicie aliquem locum habent, apud te summum ac postremum. Diuicie mee sunt. Tu diuiciarum es. Desine ergo philosophis pecuniam interdicere. Nemo sapientiam paupertate dampnauit. Habebit philosophus amplas opes, sed nulli detractas nec alieno sanguine cruentas, sine cuiusquam iniuria partas, sine sordidis questibus, quarum tam honestus sit exitus quam introitus, quibus nemo ingemiscat nisi malignus. In quantum vis exaggera illas honeste sunt, in quibus cum multa sint que quisque sua diceret, nichil est quod quisquam possit suum dicere. Ille vero fortune benignitatem a se non submovebit. Et patrimonio per honesta quesito nec gloriabitur nec erubescet. Habebit tamen etiam quo glorietur si aperta domo et admissa in res suas ciuitate poterit dicere quod quisque agnoue-

b.

rit tollat. O magnum virum optime divita-
tem. si post hanc notem tantitudem habuerit / (scilicet quod quisque regnaverit tollat)
ita dico / si tutius et securius scrutationem po-
pulo prebuerit / si nichil quisquam apud illum
invenerit quo manus iniciat / audacter et pro-
palam erit dives. Si sapiens nullum dena-
rium intra limen suum admittet male in-
tutem. Idem magnas opes munus fortune
fructumque virtutis. non repudiabit nec exclu-
det. Quid enim est quare illis bono loco in-
videat. veniant hospitent. nec iactabit illas
nec abscondet / alterum infruniti animi est / al-
terum timidi et pusilli velut magnum bonum
intra sinum continentis. Nec dixi ut eiciat
illas e domo. Quid enim dicet utrum ne inuti-
les estis / an ego uti divitiis nescio. Quemad-
modum etiam si pedibus suis poterit iter
conficere. ascendere tamen vehiculum ma-
let / sic pauper si poterit esse dives. volet / ha-
bebit itaque opes. sed tamquam leves et avo-
laturas. nec ulli alii / nec sibi graves esse

Quid donabit erectis cap patietur
aures quid expeditis sinum. xxi.
Donabit aut bonis. aut eis quos
facere poterit bonos. Donabit cum summo
consilio dignissimos eligens. ut qui memi- (i. tamen)
nerit tam expensorum quam acceptorum rationem

esse reddendam. donabit ex recta et probabili
causa. Nam inter turpes iacturas malum
munus est, habebit sinum facilem, non perfora-
tum, ex quo multa exeant et nichil excidat.
Errat si quis existimat facilem rem esse dona-
re, plurimum ista res habet difficultatis. Si
modo consilio tribuitur, non casu et impetu spar-
gitur. Hunc promereor, illi reddo, huic succur-
ro. huius misereor. illum instruo, dignum quem
non deducat paupertas. ne occupatum tene-
at. Quibusdam non dabo quamvis desit. quia
etiam si dedero erit defuturum. Quibusdam
offeram. Quibusdam etiam inculcabo. Non
possum in hac re esse negligens. Numquam
magis nomina facio. quam cum dono. Quid
tu inquis recepturus donas. Immo non per-
diturus. Eo loco sit donatio, unde repeti non
debeat, reddi possit. Beneficium collocetur, que-
admodum thesaurus alte obrutus. quem non
eruas nisi fuerit necesse. Quid domus ipsa
divitis viri quantam habet beneficiendi mate-
riam. Quis enim liberalitatem tantum ad to-
gatos vocat, hominibus prodesse natura iubet
et servi liberi ne sint. hi ingenui an liber-
tini, iuste libertatis an inter amicos date.
quid refert ubicumque homo est, ibi beneficio
locus. Potest itaque pecuniam etiam intra

lumen suum diffundere et liberalitate exercere
que non quia liberis debetur sed quia a li-
bero animo proficiscitur ita nominata est hec
apud sapientem. Nec umquam in turpes in-
dignosque impingit nec umquam ita defati-
gata errat ut non quociens dignum invene-
rit quasi ex pleno fluat. Non est ergo quod
perperam exaudiatis que honeste fortiter ani-
mose a studiosis sapientie dicuntur. Cap. xxiiii

Et hoc primum attendite aliud est stu-
dens sapientie aliud iam adeptus sa-
pientiam. Ille tibi dicet optime loquor
sed adhuc inter mala volutor plurima.
Non est quod me ad formulam meam exigas
cum maxime facio me et formo et ad exem-
plar ingens attollo. Si processero quantum
proposui exige ut dictis facta respondeant.
Assecutus vero humani boni summam aliter
tecum aget et dicet primum non est quod tibi
permittas de melioribus ferre sententiam
michi iam quod argumentum est recti conti-
git malis displicere. Capitulum xxv.

Sed ut tibi rationem reddam qua nulli
mortalium invideo audi quid promittam
et quanti queque estimem. Divici-
as nego bonum esse nam si essent bonos
facerent. Nunc quia quod apud malos deprehenditur

dici bonum non potest. Hoc illis nomen nego
ceterum et habendas esse. et utiles et magna
commoda vite conferentes fateor. cap xxiii

Quid ergo est. quare illas non in bonis
numerem. et quid prestem in illis a-
liud quam vos. qui inter utrosque con-
venit habendas audite. Pone in opulentis-
sima me domo. pone aurum argentumque in
promiscuo usu sit. non suspiciam me ob ista
que etiam si apud me extra me tamen sunt.
In sublicium pontem me transfer. et inter ge-
tes abige. non ideo tamen me despiciam quod
in illorum numero consedero. qui manum ad sti-
pem porrigunt. Quid enim ad rem an frus-
tum panis sapienti desit. cui non deest mori
posse. Quid est ergo. domum illam splendidam
malo quam pontem. Pone instrumentis splen-
dentibus et delicato apparatu. nichilo me fe-
liciorem credam. quod michi molle erit ami-
culum. quod purpura conviviis meis subster-
netur. mutatas possessiones magnas meas ni-
chilo miserius ero si lassa cervix mea in ma-
nipulo feni acquiescet. si super circense to-
mentum per sarturas veteris lintei effluens
incubabo. Quid ergo est. malo quidem michi
animi sit ostendere pretextatum et causatum quam
nudis scapulis aut sententiis omnibus michi ex-

i. non ve tollam

i. simpliciter medi... [illegible]

i. ad elemosinam

voto decidant? Non me gratulationes pro- f
cessibus subtexantur? non ob hoc michi pla-
cebo. Quieta inconcussum habeant indulgentia
temporis, hinc illinc premitur animus
dampno, luctu, incursionibus variis, nulla
hora sine querela sit: Non ideo
me dicam inter miserrima miserum, non
ideo aliquem execrabor diem, provisum
est enim a me ne quis michi ater dies
esset. Quid ergo est? malo gaudia tempe-
rare quam dolores compescere. hoc tibi
ille Socrates dicet: fac me victorem uni-
versarum gentium, delicatus ille Liberi cur-
rus triumphantem usque ad Thebas a solis
ortu vehat, iura reges Persarum petant,
me hominem esse maxime cogitabo, cum de-
us undique consalutabor. Huic tam subli-
mi fastigio coniunge protinus precipitem mu-
tacionem, in alienum imponar ferculum exor-
naturus victoris superbi ac feri pompam:
non humilior sub alieno curru agar quam
in meo steteram. Quid ergo est? vincere tamen
quam capi malo, totum fortune regnum
despiciam, sed ex illo si dabitur electio me-
liora sumam. Quicquid ad me venerit, bonum q adversa
fiet, sed malo faciliora ac iocundiora veni-
ant et minus vexatura tractantem. Non

est enim quod existimes ullam sine labore vir-
tutem, sed quedam virtutes stimulis, quedam
frenis egent, quemadmodum corpus in proclivi
retineri debet, animus in ardua impelli,
ita quedam virtutes in proclivi sunt, quedam
clivum subeunt. An dubium sit quin ascendat
et nitatur, obluctetur, patientia, fortitudo,
perseverantia et quecumque alia duris oppo-
sita virtus est et fortunam subigit. Quid ergo
non eque manifestum est per devexum ire
liberalitatem, temperantiam, mansuetudinem.
In his continemus animum ne prolabatur, in illis
exhortamur incitamusque acerrimis. Ergo pau-
pertati adhibebimus illas que impugnate fu-
erint fortiores, divitiis illas diligentiores que
suspensum gradum ponunt et pondus suum sub-
stinent. Cum hoc ita divisum sit, malo has
in usu michi esse que exercende tranquilli-
us sint, quam eas quarum experimentum sanguis
Ergo non ego, ait, cap. et sudor est
inquit sapientie vivo quam xxv
loquor, sed vos aliter auditis; so-
nus tantummodo verborum ad aures vestras pervenit,
quid significet non queritis. Quid ergo inter
me stultum et te sapientem interest, si utrique ha-
bere volumus? Plurimum. Divitie enim apud
sapientem virum in servitute sunt, apud stul-

tuum imperio. Sapiens diuiciis nichil p(er)-
mittit, vobis diuitie omnia, vos tamquam ali-
quis eternam possessionem earum promiserit
assuescitis illis et habetis. sapiens tunc pau-
pertatem precipue meditatur cum in mediis di-
uitiis consistit. Numquam imperator ita pa-
ci credit ut non se preparet bello. quod eti-
am si non geritur indictum est. vos domus
formosa tamquam nec ardere nec ruere
possit. Insolentes vos opes tamquam pericu-
lum omne transcenderint. maiores que sint
vobis quam quibus consumendis satis virium
habeat fortuna obstupefaciunt. ociosi diui-
tiis luditis. nec prouidetis illarum periculum
sicut barbari plerumque inclusi. et igna-
ri machinarum segnes laborem obsidentium t al' q
spectant. nec quo illa pertinenda. nec ex
longinque struunt intelligunt. Idem vo-
bis euenit, marcetis in vestris rebus. nec
cogitatis quot casus vndique immineant
iam iamque preciosa spolia laturi. Sapien-
ti quisquis abstulerit diuicias, omnia illi
sua relinquet. Viuit enim presentibus
letus, futuris securus. Nichil magis
Socrates ille inquit aut aliquis alius cui
idem ius aduersus humana atque eadem po-
testas est. Persuasi michi quam ne ad

7 opiniones vestras actu vite me flecterem.
Solita conferre undique verba non quidem
vos putabo, sed vagire velud infantes in-
Hec dicet ille cui sa xvi sexcimos
pientia contingit, quem animus vi-
ciorum inmunis increpare alios non quia
odit sed in remedium iubet. Adiciet hiis illa
existimatio me vestra non meo nomine sed vestro
movet, quia clamantis est odisse et lacessere
virtutem bone spei eiuratio est. Nullam michi
iniuriam facitis, sed ne diis quidem hii qui
aras evertunt; sed malum propositum apparet malum-
que consilium etiam ibi ubi nocere non potu-
it. Sic vestras alucinationes fero quemad-
modum Iupiter optimus maximus ineptias po-
etarum, quorum alius illi alas imposuit, alius
cornua, alius adulterum illum induxit et ab-
noctantem, alius sevum in deos, alius iniquum
in homines, alius raptorem ingenuorum et corrup-
torem et cognatorum quidem, alius parricidam
et regni alieni paternique expugnatorem. Qui-
bus nichil aliud actum est quam ut pudor
hominibus peccandi demeretur, si tales deos
credidissent. Sed quamquam ista me nichil ledant,
vestra tamen vos moneo causa: suspicite virtutem,
credite hiis qui illam diu secuti magnum qui-
// vestros dam et quod indiem maius appareat sequi

clamant et ipsum ut deos/ et professores eorum et antistites colite/ et quotiens mentio sacrarum litterarum interuenerit fauete linguis. Hoc uerbum non ut plerique existimant a fauore trahitur. sed imperatur silentium ut rite peragi possit sacrum nulla uoce mala obstrepente. Quod multo magis necessarium est imperari uobis ut quotiens aliquid ex illo proferetur oraculo/ intenti et compressa uoce audiatis. Cum sistrum aliquis concutiens ex imperio mentitur. Cum aliquis secandi lacertos suos artifex brachia atque humeros suspensa manu cruentat. Cum aliqua genibus per uiam repens ululat laurumque linteatus senex et medio lucernam die preferens conclamat iratum aliquem deorum concurritis et auditis ac diuinum esse eum inuicem mutuum alentes stuporem affirmatis. ecce Socrates ex illo carcere quem intrando purgauit omnique honestiorem curia reddidit proclamat. quis iste furor. que ista inimica diis hominibusque natura infamare uirtutes et malignis sermonibus sancta uiolare. Si potestis bonos laudate. Si minus transite. Quod si uobis exercere teterrimam istam licentiam placet/ alter in alterum incursitate. Nam cum in celum insanitis/ non dico sacrilegium

k

i. silencium seruate. non lingua faciet silencium

L

fractus. sed operam perditis. prebui ego
aliquando aristophani materiam iocorum
tota illa comicorum poetarum manet in me
venenatos sales suos effudit. Illustra-
ta est manus mea per ea ipsa per que pe-
tebatur. produci enim illi et temptari ex-
pedit. nec ulli magis intelligunt quanta
sit quam qui vires eius lacessendo sense-
runt. Duricia silicis nullis magis quam
ferientibus nota est. Prebeo me non a-
liter quam rupes aliqua in vadoso mari de-
stituta. quam fluctus non desinunt unde-
cumque moti sunt verberare. nec ideo aut
loco eam movent. aut per tot etates cre-
bro incursu suo consumunt. assilite. facite
impetum. ferendo vos vincam. In ea que
firma et inexsuperabilia sunt quicquid in-
currit in malo suo vim suam exercet. lxx.

Proinde querite aliquam mollem in-
cedentem que materiam in qua tela
vestra figantur. vobis autem vacat aliena scru-
tari mala. et sententias ferre de quoquam.
Quare hic philosophus laxius habitat
Quare hic laucius cenat. papulas obser-
vatis alienas. obsiti plurimis ulceribus.
Hoc tale est quale si quis pulcerrimorum cor-
porum nevos aut verrucas derideat quem

Marginal glosses: i. deridebat sapientes et viros sapientes — i. virtuti — i. rupestroso — i. maculas

i. mendas   i. maculas

vestra scabies depascitur. Obicite platoni quod
petierit pecuniam, aristotili quod acceperit, demo
crito quod neglexerit, epycuro quod consumpserit,
michi ipsi alibi adese et pedum obiectate. O
vos usu maxime felices, cum primum vobis imi
tari vitia nostra contigerit. Quin potius mala
vestra circumspicitis, que vos ab omni parte confo
diunt, alia grassantia extrinsecus, alia in visce
ribus ipsis ardentia. Non eo loco res humane
sunt, etiam si statum vestrum parum nostis, et
vobis tantum otii supersunt, ut in probra me
liorum agitare linguam vacet. Hoc vos non
intelligitis, et alienum fortune vestre vultum geri
tis, sicut plurimi quibus in circo aut theatro
desidentibus iam funesta domus est, nec adnun
tiatum malum. At ego ex alto prospiciens vi
deo que tempestates aut immineant vobis, pau
lo tardius rupture nimbum suum, aut iam vi
cine ut vos ac vestra rapture propius accesserint.
Quid porro. Non nunc ne quoque etiam
si parum sentitis, turbo quidam animos
vestros rotat et involvit fugientes pe
tentes que eadem, et nunc in sublime adlevatos,
nunc in infima adlisos. Cur nobis magno
consensu vitia commendant. Sic et nichil aliud
quod sit salutare temptemus, proderit tamen per se
ipsum secedere, meliores erimus singuli. Quid

m
pedum. de baculus pastoris quo arcet pedes pecudum.

n quod secedere ad optimos viros et aliquod exem-
plum eligere ad quod vitam dirigamus licet.
Quod modo non fit. tunc potest obtinere
quod semel placuit ubi nemo intervenerit qui
iudicium adhuc imbecillum populo adiu-
tore torqueat, tunc potest equali vita et v-
tenore procedere, quam propositis diversissimis sci-
dimus. Nam inter cetera mala illud pes-
simum est quod vitia ipsa mutamus. Sine hoc qui-
dem nobis contingit permanere in malo iam
familiari, aliud ex alio placet, vexat quoque nos
hoc quoque quod iudicia nostra non tantum prava
sed etiam levia sunt. Fluctuamus aliud quod
ex alio comprehendimus, petita relinquimus, re-
licta repetimus. Alterne inter cupiditatem
nostram et penitentiam vices sunt. Pende-
mus enim toti ex alienis iudiciis. Et id op-
timum nobis videtur quod petitores laudatoresque
quod multos habet. Non id quod laudandum
petendumque est, nec viam bonam ac malam
per se extimamus, sed turbam vestigiorum in
l. vestigia quibus nulla sunt redeuntium. cap. xcix

l. sub turbas D

Dices michi quid agis Seneca deseris partes, certe stoyci nostri dicunt usque quod ad ultimum vite finem in actu erimus, non desinemus communi bono operam dare, adiuvare singulos, opem ferre

etiam inimicis et victi manu. nos sumus qui
nullis annis vacationes damus, et quod ait ille
se vir desertissimus, canitiem galea premimus,
nos sumus apud quos usque eo michil ante
mortem otiosum est. ut si res patitur non sit
ipsa mors otiosa. Quid nobis epycuri precepta
in ipsis zenonis principiis loqueris, quin tu
bene vadit si partium piget, transfugis potius
quam prodis. Hoc tibi in presentia respon
debo. numquid vis amplius quam ut me simile
ducibus nostris prestem. Quid ergo est, non
quo miserint me illo sed quo duxerint ibo.
Nunc probo tibi non desistere me a preceptis
stoycorum. Nam nec ipsi quidem a suis desciue
runt. et tamen excusatissimus essem. etiam si
non precepta illorum sequerer. sed exempla.

Hoc quod dico in duas dividam capitulum xxx
partes, primum ut possit aliquis
vel a prima etate contemplationi ver
itatis totum se tradere, rationem vivendi querere,
atque se exercere secreto. Deinde ut possit hoc
aliquis emeritis iam stipendiis profligate e
tatis iure optimo facere, et ad alios actus a
nimos referre virginum vestalium more, que
annis inter officia divisis discunt facere sa
cra, et cum didicerunt docent. Hoc Stoicis
quoque placere ostendam, non quia michi legem

dixerim. nichil contra dictum zenonis cri-
sippi ve committere. sed quia ipsa patitur me
re in illorum sententiam. quam si quis semper
vnius sequitur. non in curie sed in factionis
Utinam quidem iam tenerentur omnia. et in o-
perta confessa veritas esset. nichil ex de-
cretis mutaremus. nunc veritatem cum eis
ipsis qui docent querimus. Due maxime
et in hac re desident secte epycurorum et stoyci-
orum. sed vtraque ad ocium diuersa via mittit
Epycurus ait. Non accedet ad rem pu-
blicam sapiens nisi si quid interuenerit. zeno
ait. accedet ad rem publicam. nisi si quid impe-
dierit. Alter ocium ex proposito petit. alter
ex causa. Causa autem illa late patet. si res
publica corruptior est quam adiuuari pos-
sit. si obsessa est malis. non nitetur sapi-
ens in superuacuum. nec se nichil profuturis im-
pendet. si parum habebit auctoritatis aut
virium. nec illum erit admissura respubli-
ca si valitudo impediet. quomodo nauem quas-
sam non deduceret in mare. quo nomen in mi-
licia non daret debilis. sic ad iter quod in-
habile sciet non accedet. Potest ergo et il-
le cui omnia adhuc in integro sunt antequam
vllas experiatur tempestates in tuto subsistere
et protinus commendare se bonis artibus. et

illud beatum ocium exire virtutum cultrice que exerceri etiam quietissimis bene possunt. Hoc nempe ab homine exigitur ut prosit hominibus, si fieri potest multis, si minus paucis, si minus proximis, si minus sibi. Nam cum se utilem ceteris efficit commune agit negotium. quo qui se deteriorem facit non sibi tantum nocet sed etiam omnibus eis quibus melior factus prodesse potuisset. sed si quis bene de se meretur hoc ipso aliis prodest quod illis profuturum parat. cap

q

xxxi

Duas respublicas animo complectamur, alteram magnam et vere publicam qua dii atque homines continentur in hac non ad hunc angulum respicimus aut ad illum sed terminos civitatis nostre cum sole metimur. Alteram cui nos adscripsit conditio nascendi. Hec aut atheniensium erit aut cartaginensium aut alterius alicuius urbis que non ad omnes pertineat homines sed ad certos. Quidam eodem tempore utrique rei publice dant operam maiori minori. quidam tantum minori, quidam tantum maiori. Huic maiori rei publice et in ocio deservire possumus immo nescio an in ocio melius, ut queramus quid sit virtus, una plures ne sint, natura an ars bonos viros faciat. Unum sit hoc quod maria terras et maria terris inserta complectitur

q. d. complectimur in hac republica totum mundum

an multa eiusmodi corpora deus sparserit. Con-
tinua sit omnis et plena materia. ex qua cun-
cta gignuntur. an diducta et solidis inane per-
mixtum sit. deus sedens opus suum spectet an
tractet. Utrum ne extrinsecus illi circumfusus
sit. an toti inditus. Immortalis sit mundus.
an inter caduca et ad tempus nata numeran-
dus. Hec qui contemplatur. quid deo pre-
stat. ne tanta eius opera sine teste sint. So-
lemus dicere summum bonum est secundum natu-
ram vivere. natura nos ad utrumque genuit. et con-
templacioni rerum et actioni. Capitulum xxxvi

Hunc probemus quod prius diximus.
Quid porro. hoc non erit probatum
si se unusquisque consuluerit. quantam
cupiditatem habeat ignota noscendi. quam ad
omnes fabulas excitetur. Navigant qui-
dam et labores peregrinacionis longissime.
Una mercede perpetiuntur cognoscendi aliquid
abditum remotumque. Hec res ad spectacula
populos contrahit. Hoc cogit preclusa rimari
secretiora exquirere. antiquitates evoluere.
mores barbarum audire gentium. Curiosum
nobis natura ingenium dedit. et artis sibi ac pul-
critudinis sue conscie spectatores. Nos tan-
tum insteruit. tantis quod rerum spectaculis ge-
nuit. productura fructum sui. si tam magna

tam claram tam subtilis ducta tam nitida et 6
non uno genere formosa sollitudini ostenderet. Ut
scias illam spectari voluisse non tantum aspici
Vide quem nobis locum dederit. in media nos sui
parte constituit et circumspectum nobis omnium dedit
nec erexit tantummodo hominem sed etiam est contem
plationem factura ut ab ortu sidera in occasum la
bentia prosequi posset et vultum suum circumfer
re cum toto, sublime fecit illi caput et collo fle
xibili imposuit. Deinde sena per diem sena per — i. zodiaci quae sunt xii.
noctem signa perduceret, nullam non partem sui
explicavit ut per hec que obtulerat oculis eius
cupiditatem faceret etiam ceterorum. Nec enim — singula
omnia nec tanta visimus quanta sunt sed aci
es nostra aperit sibi investigandi viam et funda
menta veri iacit ut inquisitio transeat ex aper
tis in obscura et aliquid ipso mundo inveniat an
tiquius unde ista sydera exierint, quis fuerit
universi status antequam singula in partes disce — ordinavit
derent. Que ratio mersa et confusa diduxerit
Quis loca rebus assignaverit. Sua parte na
tura gravia descenderint et volaverint levia an
preter visum pondus corporum altior aliqua vis
legem singulis dixerit. an illud verum sit quod
anime probatur homines divini spiritus esse partem
ac veluti scintillas quasdam sacrorum in terram desilu
isse atque ex alieno loco exisse. Cogitatio nostra celi

munimenta perrumpit. nec contempta est id quod
ostenditur scire. Illud inquit scrutor quod u
ltra celum mundi latet. utrum ne profunda va
stitas sit. an et hoc ipsum terminis suis clau
datur. qualis sit habitus extra mundum exclusis. que forma
confusa sint. an in omnem partem tantundem lo
ci obtinentia. an et illa in aliquem ordinem cultum de
scripta sint. huic coherant mundo. an longe
ab hoc secesserint. et hic in vacuo volutentur. in
dividua sint per que struitur omne quod natum
futurumque est. an continua eorum materia
sit et totum mutabilis. Utrum contraria inter
se elementa sint. an non pugnent sed per diver
sa conspirent. Ad hec querenda natus esti
ma quod non multum acceperit temporis
etiam si illud totum sibi vendicat. cui licet ni
chil facilitate eripi. nichil negligentia patiatur
excidere. licet horas suas avarissime servet
et usque in ultimum etatis humane terminos pro
cedat. nec quicquam illi ex eo quod natura
constituit fortuna concutiat. tamen homo ad
immortalium cognitionem nimis mortalis est.
Ergo secundum naturam vivo si totum me illi de
di. si illius admirator cultorque sum. Na
tura autem utrumque facere me voluit et agere
et contemplationi vacare. utrumque facio. quoniam
ne contemplatio quidem sine actione est.

Capitulum xxvii

v

Sed refert inquis an ad hanc (contemplacionem)
voluptatis causa accesserit
nichil aliud ex illa petens quam as-
siduam contemplacionem sine exitu est. Est enim
dulcis et habet illecebras suas. Adversus hoc (solucio)
tibi respondeo. eque refert quo animo civilem
agas vitam (vero) an inquietus semper sis nec un-
quam sumas illud tempus quo ab humanis
ad divina respicias; quin res appetere sine ul-
lo virtutum amore. et sine cultu ingenii nu-
das edere operas. minime probabile est.
Misceri enim ista (sine) se bonum est, in ocium sine
actu proiecta virtus. nunquam id quod didicit
ostendens. Quis negat illam debere profectus
suos in opere temptare. Nec tantum quid
faciendum sit cogitare, sed etiam aliquando
manum exercere. et ea que meditata sunt ad
verum perducere, quid si per ipsum sapientem non
est mora. si non actor deest, sed agenda desu-
nt. Hoc quid illi secum esse permittes/ quo
animo ad ocium sapiens secedit/ ut sciat quid
et ea acturum per que posteris prosit. Nos
certe sumus qui dicimus. et Zenonem. et Cri-
sippum maiora gessisse. quam si duxissent ex-
ercitus. gessissent honores/ leges tulissent.
quas non uni civitati. sed toti humano generi
tulerunt. Quid est ergo/ quare tale dari

x.

non conveniunt bono viro. per quos futurum
aliquid ordinet/ nec apud paucos contionetur
sed apud omnes omnium gentium homines que
sunt que erunt. Ad summam quero an ex pre
ceptis suis vixerint. cleantes. et. Crisippus
et. Zenon. Non dubie respondebis sic il
los vixisse quemadmodum dixerunt esse viven
dum. At qui nemo illorum rempublicam
administrauit. Non fuit inquis illis a
ut fortuna. aut dignitas ea que admitti
ad publicarum rerum tractationem solet. sed
et idem nichilominus non segnem egere vi
tam. Invenerunt quemadmodum plus qui
es illorum hominibus prodesset/ quam aliorum
discursus et sudor. Ergo nichilominus hii
multum egisse visi sunt/ quamvis publice

Preterea tria capitulum nichil agerent
genera sunt vite inter que .xxviii.
quod sit optimum queri solet. unum
voluptati vacat. Alterum contemplationi
Tercium actioni. Primum quod deposita con
templatione. deposito quod odio quod implaca
bile est. diversa sequentibus indiximus
videamus ut hec omnia ad idem sub alio atque
alio titulo perveniant/ nec ille qui volup
tatem probat sine contemplatione est. nec
ille qui contemplationi se inseruit. sine vo

al' contentione

in voluptate est; nec ille cuius vita actionibus
destinata est sine contemplatione est. Plu-
rimum, inquis, discriminis est utrum ali-
qua res propositum sit an propositi alterius ac-
cessio sit. Sane grande discrimen, tamen
alterum sine altero est; nec ille sine actione
contemplatur, nec is sine contemplatione
agit, nec ille tercius de quo male existima-
re consensimus voluptatem inertem probat,
sed eam quam ratione efficit firmam sibi. Ita
et hec ipsa voluptaria secta in actu est.
Quidni in actu est, cum ipse dicat epycurus
aliquando se recessurum a voluptate, dolorem eti-
am appetiturum, si aut voluptati imminebit
penitentia aut dolor minor pro graviore
sumetur. Quo pertinet hec dicere? ut ap-
pareat contemplationem placere omnibus.
alii petunt illam, nobis statio hec non por-
tus est. Adice nunc huc quod de lege crisippi
vivere ocioso licet. Non dico ut ocium pa-
tiatur, sed ut eligat. Negant nostri sapien-
tem ad quamlibet rempublicam accessurum.
Quid autem interest quomodo sapiens ad ocium ve-
niat, utrum quia respublica ei deest
an quia ipse reipublice. Si omnibus futura
respublica est semper, aut deerit fastidiose
querentibus, interrogo ad quam rem publi-

b

cam sapiens sit accessurus. ad atheniencium
in qua socrates dampnatur / aristoteles ne damp-
naretur fugit / in qua opprimit invidia vir-
tutes / Negabis michi accessurum in hanc
rempublicam sapientem ¶ Ad carthagi-
niencium ergo rempublicam sapiens ac-
cedet · in qua continua sedicio et optimo
cuique infesta libertas est · summa equi
ac boni vilitas / adversus hostes inhuma-
na crudelitas etiam adversus suos hos-
tilis · et hanc fugiet sapiens ¶ Si percen-
sere singulas voluero / nullam inveniam que
sapientem aut quam sapiens pati possit
/ Quod si non invenitur illa respublica quam
nobis fingimus / incipit omnibus esse ocium
necessarium / quia quod unum preferri po-
terat ocio · nusquam est / Si quis dicat
optimum esse navigare / deinde neget navi-
gandum in eo mari in quo naufragia fi-
eri soleant · et frequenter subite tempesta-
tes sint · que rectorem in contrarium rapi-
ant · puto hic me vetat navem
solvere / quamvis laudet navigacionem ¶

Explicit liber senece de vita beata

Incipit liber lucij Annei Senece ad Se-
renum de tranquillitate animi · etc

Inquirenti michi in me quedam vi-
cia apparebant Seneca in aperto
posita que manu prenderem, quedam
obscuriora et in recessu, quedam non
continua sed ex intervallis redeuncia
que vel molestissima dixerim, ut
hostes vagos et ex occasionibus as-
silientes per quos neutrum esse nec
licet, nec tamquam in pace securum.
Illum tamen habitum in me maxime
me deprehendo, quare enim non ve-
verum ut medico fatear. Nec bo-
na fide liberatum eis que timebam
et oderam nec rursus obnoxium
in statu ut non pessimo ita maxime quer-
lo et moroso positus sum, nec egroto nec
valeo. Non est quod dicas omnium virtutum
tenera esse principia, tempore ipsis duramentum et
robur accedere. Non ignoro etiam que
in speciem laborant, dignitatem dico et elo-
quentie famam et quicquid ad alienum suffragium
venit mora convalescere, Et que veras vi-
res parant et que ad placendum fuco quodam
subornantur, expectant annos donec paula-
tim colorem diuturnitas ducat, Sed ego vere-
or ne consuetudo que rebus affert constanti-
am hoc vicium michi alcius figat, tam bono-

v. loquitur de quodam modo fuerandi
quem pressi temporis et capitur durature

Marginal notes:
scilicet tibi Serene.
scilicet defectibus
q. d. ab hiis que timebam et oderam non sum liberatus nec tamen illis viciis sum omnino obnoxius
i. ad ostentacionem
i. extraneum amicitiam



d

quam malorum. Longa conversatio amorem in-
duit. Hec animi inter utrumque dubii nec
ad recta fortiter nec ad prava vergentis in-
firmitas qualis sit non tam semel tibi pos-
sum quam per partes ostendere. Dicam que (i. serene)
accidunt michi tu morbo nomen invenies.
Tenet me summus amor parsimonie fateor
placet non in ambitione cubile compositum (i. ex armario)
Non ex arcula prolata vestis non ponde-
ribus aut mille tormentis splendere con-
gentibus expressa sed domestica et vilis
servata nec sumenda sollicite. Placet
cibus quem nec parent familie nec spec-
tent non ante in multos paratus dies nec
multorum manibus ministratus sed parabi-
lis facilis nichil habens arcessiti preciosi sed
ubilibet non defuturus nec patrimonio nec (i. non deficiens)
corpori gravis non rediturus qua intra-
verit. Placet minister incultus et rudis ver-
nula. Argentum grave rustici patris sine (i. rusticana vas quod non ab artifice)
ullo nomine artificis. Et mensa non varie-
tate macularum conspicua nec per multas ele-
gantium dominorum successiones civitati nota sed
in usum posita que nullius convive oculos
nec voluptate moretur nec accendat invi-
dia. Cum bene ista placuerint perstringit
animum apparatus alicuius pedagogii diligen- (i. angustiat intus)

exquisiti — i. servi — ornati

tius. quam in tralatu vestita et auro cul-
ta mancipia. et agmen servorum nitentium.
Iam domus etiam qua calcatur preciosa
et divitiis per omnes angulos dissipa-
tis, tecta ipsa fulgentia. et assectator comes-
que patrimoniorum pereuntium populus. Quid
perlucentes ad imum aquas. et circumfluentes
ipsa convivia. Quid epulas loquar scena
sua dignas. circumfudit me. ex longo frugi-
litatis situ venientem. multo splendore lu-
xuria. et undique circumsonuit. Paululum ti-
tubat acies, facilius adversus illam animum
quam oculos attollo. Recedo itaque non peior
sed tristior. Nec inter illa frivola mea
tam altus incedo, tacitusque morsus subit
et dubitatio, numquid illa meliora sint. Ni-
chil horum me mutat. Nichil tamen non
concutit. Placet vim preceptorum sequi et
in mediam ire rem publicam. placet honores fa-
sces que, non scilicet purpura aut virgis ab-
ductum capessere, sed ut amicis propinquis-
que et omnibus civibus, omnibus deinde mor-
talibus paratior utiliorque sim. promptus po-
situs sequor zenonem, cleantem et crisip-
pum, quorum tamen nemo ad rem publicam
accessit. et nemo non misit. Ubi aliquid ani-
mum insolitum arietare percussit. Ubi

s. est perstringit animum
i. adulator
i. que aquis limphatis vina
i. inundantes
i. al' fieri
i. titubarem
a revisione talium
i. corrosio.
i. que apud divites video.
i. in statum meum
i. accedo ad rem publicam
i. quod dicit per illos quodlibet in corde

s. in gubernacione reipublice

aliquid occurrit aut indignum ut in omni vita
humana multa sunt aut parum ex facili flu-
ens aut multum temporis rei non magno
extimande poposcerunt ad otium convertor
et quemadmodum pecoribus fatigatis quoque ve-
locior domum gradus est. placet inter pari-
etes suos vitam coherere. nemo ullum au-
ferat diem. Nichil dignum tanto impen-
dio redditurus sibi ipse animus habeat se co-
lat. Nichil alienum agat nichil quod ad iu-
dicem spectet. ametur expers publice priva-
teque cure tranquillitas. Sed ubi lectio for-
tior erexit animum et aculeos subdiderunt ex-
empla nobilia prosilire libet in forum commo-
dare alteri vocem alteri operam et si nichil
profuturam tamen conaturam prodesse alicuius co-
hercere in foro superbiam male secundis rebus
elati. In studiis puto me hercle melius esse
res ipsas intueri et harum causa loqui. Ceterum
verba rebus permittere ut qua duxerint
hac inelaborata sequatur oratio. quid opus est
seculis duratura componere. vis tu non id age-
re ne te posteri taceant. Morti natus es minus
molestiarum habet funus tacitum. Itaque oc-
cupandi temporis causa in usum tuum non in
preconium aliquid simplici stilo scribe. Mi-
nore labore opus est studentibus in diem

i. in exerciciis

i. separare

i. valde laborata

i. difficilia in stilo

i. quia tale multum deplorat

i. in expressionem laudum

Rursus ubi se animus cogitationis mag-
nitudine levavit ambiciosus in verba est altius-
que ut sperare ita eloqui gestit et ad digni-
tatem rerum exit oratio. Oblitus tamen
legis pressioris que iudicii sublimius feror
et ore tamen non meo. Ne singula diutius
persequar in omnibus rebus hec me sequitur
bone mentis infirmitas cui ne paulatim
defluam vereor aut quod est sollicitius ne
semper casuro similis pendeam et plus for-
tasse imme sit quam quod ego provideo famil-
iariter enim domestica aspicimus et semp-
iudicio favor officit. Puto multos potuis-
se pervenire ad sapientiam nisi putassent
se pervenisse nisi quedam in se dissimulas-
sent. Quedam apertis oculis transilissent.
Non est enim quod magis aliena iudices
adulatione nos perire quam nostra. Quis
sibi verum dicere ausus est quis non inter
laudantium blandientium que positus greges
plurimum tamen sibi ipse assentatus est. Ro-
go itaque si quod habes remedium quo hanc
fluctuationem meam sistas dignum putes me
qui tibi tranquillitatem debeam. Non esse
periculosos motus animi nec quicquam tu-
multuosi afferentis scio ut vera tibi simi-
litudine id de quo queror exprimam non tem-

i. mutua que res altera per et filius

i. quando

i. non in hoc libro

h

tempestate vexor sed nausea. Detrahe ergo quid
quid hoc est mali et succurre in conspectu t[errarum]

Quero me destabili rerum laboranti
hercle iam dudum tacite animi Ci[rca]
Serene ipse tacitus, cui talem affectum
animum similem putem, nec ullo propius ad-
moveri exemplo quam exemplo eorum qui
ex longa et gravi valitudine expliciti motiun-
culis levibus interim offensis perstringuntur
et cum reliquias effugerunt, suspicionibus
tamen inquietantur medicis que iam sanis ma-
num porrigunt et omnem calorem corporis
sui calumniantur. Horum Serene non parum
sanum est corpus, sed sanitati parum assuevit
sicut est quidam tremor etiam tranquilli
maris et ut latus qui ex tempestate requi-
evit. Opus itaque est non illis durioribus que
etiam transcurrimus, sed ut alicubi obstes tibi
alicubi irascaris, alicubi instes gravis, sed
illo quod ultimum venit, ut fidem tibi habeas
et recta ire te via credas, nichil avocatus
transversis multorum vestigiis passim discurren-
tium quorundam circa ipsam errantium viam. Quod
desideras autem magnum et summum est deo que vi-
cinum non concuti. Hanc stabilem animi
sedem greci euthimiam vocant, de qua Democri-
ti est volumen egregium. Ego tranquillitatem

s. quero ego hoc

quidam sic egros

i. attractus

s. tranquilli maris

voco. nec enim imitari et transferre uba
ad illorum formam necesse est. Res ipsa
de qua agitur aliquo assignanda nomine
est. quod appellacionis grece vim debet
habere non faciem. Quo querimus quo
animus semper equalis secundo que cursu e
at. propicius que sibi sit. et sua letus aspiciat.
et hoc gaudium non interrumpat. sed placi
do statu maneat. Nec attollens se unque
nec deprimens. id tranquillitas erit. Quomodo
ad hanc perveniri possit. in universum queramus
Sumes tu ex publico remedio quantum voles.
Totum interim vicium in medium protrahendum
est. ex quo cognoscet quisque partem suam
Simul intelliges quanto minus negocii
habeas cum fastidio tui quam hii quos ad
professionem speciosam alligatos et sub in
genti populo laborantes in sua simulacione
pudor magis quam voluptas tenet. Omnes
in eadem causa sunt. et hii qui levitate ve
xantur. ac tedio. assidua que mutacione pro
posita. quibus semper magis placet quod re
liquerunt. et illi qui marcent et oscitantur
Adice eos qui non aliter quam quibus difficilis
sompnus versant se et hoc atque illo modo
componunt. donec quietem lassitudine inve
niant. statum vite sue formando subinde

Marginal notes: s. vicii vel viciis — s. habeant s. qui titulum magistri sunt et cum [illegible] dimitti nequiunt — al' oscitant

tinet vota novissime manent in quo illos non
mutandi odium sed senectus ad novandum
pigra deprehendit. Adice et illos qui non
inconstantie vitio parum leves sunt sed
inhercia vivunt non quomodo volunt sed
quomodo ceperunt. Innumerabiles deinceps
proprietates sunt sed unus effectus vicii sibi
displicere. Hoc oritur ab intemperie animi
et cupiditatibus timidis aut parum pro-
speris ubi aut non audent quantum conc-
upiscunt aut non consequuntur et in spe toti
prominent semper instabiles mobilesque sunt
quod necesse est accidere pendentibus ad
vota. Omni via pendent et inhonesta se ac
difficilia docent coguntque et ubi sine
precio labor est torquet illos irritum
decus nec dolent prava se frustra vo-
luisse. Tunc illos et penitentia cepti con-
tinet et incipiendi timor. Subrepit que
illa iactatio non invenientis exitum.
Quia nec imperare cupiditatibus suis
nec obsequi possunt et cunctatio vite
parum se explicantis et inter destituta
vota torpentis animi situs. Que omnia
graviora sunt ubi infelicitatis operose
ad ocium perfugerunt et ad secreta studia
que pati non potest animus ad civilia erectus

natura

agendi que cupidus et vere inquietus pa-
tiens sed ipse solaciorum suorum. Ideo quod de-
tractis oblectationibus quas ipse occupatio- i. instabilibus.
nes discurrentibus prebent domum solitudi- i. ipse animus.
nem parietes non fert invitus aspiciat se
sibi relictus est. Hinc illud est tedium et
displicentia sui et nusquam residentis a-
nimi volutatio et ocii sui tristis atque egra pa-
tientia utique ubi causas fateri pudet. tor-
menta intrinsecus egit verecundia. in angusto
incluse cupiditates sine exitu se ipsas stran-
gulant. Inde meror marcorque et mille fluc- s. cupiditates que precedit.
tus mentis incerte quam inchoate spes suspen-
sam habent deploratam et tristem. Inde ille i. querulorum.
affectus otium suum detestantium querentiumque
nichil ipsos habere quod agant et alienis
incrementis inimicissima. Alit enim livo-
rem infelix inhertia et omnes destrui prosperari.
cupiunt quia se non potuere provehere. Ex i. invidia
hac deinde adversatione alienorum processuum et
suorum desperatione obirascens est fortune ad occulta
animus et de seculo querens et in angulos
se trahens et pene incubans sue dum illum
tedet sui pigetque. Natura enim humanus
animus agilis est et pronus ad motus. Grata
omnis illi excitandi se abstrahendique materia
est. Gratior pessimis quibusque ingeniis.

al' distinent

que occupationibus libenter detinentur. Ut
·m· ulcera quedam nocituras manus appetunt
et tactu gaudent. et fedam corporis scabiem

delectat quicquid exasperat. Non aliter
dixerim hiis mentibus in quas cupiditates
.i. p[ro] cor[pore] voluptas est dolor et vexatio — velut mala ulcera erumpunt. voluptati esse
laborem vexationemque. Sunt enim quedam
que corpus quoque nostrum cum quodam dolore
delectent. ut versare se et mutare nondum
.i. moveri — fessum latus. et alio atque alio positum ven-
tillari. qualis ille homericus achilles est
modo pronus. modo supinus. in varios ha-
bitus se ipse componens. quod proprium egri
est. nichil diu pati. et mutationibus ut re-
describit instabiles animos — mediis uti. Unde peregrinationes suscipiuntur
vage et littora pererrantur. et modo mari se
modo terra experitur. semper presentibus
infesta levitas. Nunc campaniam peta-
mus. Iam delicata fastidio sunt. inculta
videantur. bruttios et lucanos saltus persequa-
mur. aliquid tamen inter deserta amenum re-
quiritur. in quo luxuriosi oculi longo loco-
rum horrentium squalore releventur. Taren-
tum petatur. laudaturque portus. et hiberna
celi mitioris. et tecta velamus que satis opu-
lenta tibe est. Iam flectamus cursum ad urbem.
nimis diu a plausu et fragore aures vacave-

tunt. Vivunt tam et humano sanguine fluu[n]t. ¶ in sacrificio quod fiebat diis
aliud ex alio iter suscipitur. et spectacula sp[ectaculis]
mutantur ut ait Lucretius. Hoc se quisque
modo semper fugit. sed quid prodest si non ef-
fugit. sequitur se ipse et urget gravissimus
comes. Itaque scire debemus non locorum vitium
esse quo laboramus. sed nostrum. Infirmi sumus
ad omne tollerandum. nec laboris patientes
nec voluptatis. nec nostri. neque ullius rei diu-
tius. Hoc quosdam egit ad mortem. quod proposi-
ta sepe mutando in eadem revolvebantur. et
non reliquerunt novitati locum. Fastidio
esse illis cepit vita. et ipse mundus. et subit
illud rabidarum deliciarum. quousque eadem. De ex-
ercitatione animi Ca[pitulum].

Adversus hoc tedium quo
auxilio putem utendum
queris. Optimum erat. ut ait Athe-
nodorus actione rerum et reipublice tractati-
one. et officiis civilibus se detinere. Nam
ut quidam sole atque exercitatione et cura cor-
poris diem educunt. athletis que longe utilis-
simum est lacertos suos robur que cui se uni
dicaverunt. maiore temporis parte nutrire.
Ita nobis animum ad rerum civilium certamen pa-
rantibus in opere esse non longe pulcherrimum est. ¶ i. nomini.
Nam cum utilem se efficere civibus mortalibus
que propositum habebat. simul et ipse exercetur. et pro-

prosit aliis qui in medio se officiis posuit co-
munia privata quam pro facultate administrans
Sed quia in hac inquit tam insana hominum
ambitione tot calumpniatoribus in deterius re-
cta torquentibus parum tuta simplicitatis et plus
futurum semper est quod obstet quam quod succe-
dat a foro quidem et publico recedendum est
Sed habet ubi se etiam in privato laxe ex-
plicet magnus animus nec ut leonum anima-
liumque impetus caveis cohercetur sic ho-
minum quorum maxime in se ducto (reducto) actiones sunt Ita
tamen delituerit ut ubicumque otium suum abscon-
derit prodesse velit singulis et universis inge-
nio voce et consilio Nec enim is solus rei
publice prodest qui candidatos extrahit et
tuetur reos et de pace bello quam censet Sed qui
iuventutem exhortatur qui in tanta bonorum
preceptorum inopia virtutem instillat animis
Qui ad pecuniam luxuriamque cursu ruentes
prensat et retrahit et si nichil aliud moratur
in privato publicum negotium agit An ille
plus prestat qui inter peregrinos et cives a
urbanos pretor adeuntibus assessoris verba pro-
nunciat Quam qui quid sit iusticia quid pi-
etas quid sapientia quid fortitudo quid mor-
tis contemptus quid deorum intellectus quam
gratuitorum bonum sit bona conscientia declarat

o

i. prospere

i. coherceret animus

i. maxime propriis secretis

Ergo si tempus in studia conferas quod subdu- p
xeris officiis non deserueris nec munus detrec-
taveris. Neque enim ille solus militat qui
in acie stat et cornu dextrum levumque defen-
dit sed qui portas tuetur et statione minus
periculosa non ociosa tamen fungitur vigi-
lias servat et armamentario preest. Que
ministeria quamvis incruenta sint in numerum stipen-
diorum veniunt. Si te ad studia revocaveris
omne vite fastidium effugies nec noctem fi-
eri optabis tedio lucis. Nec tibi gravis eris
nec aliis supervacuus. Multos in amicitiam
attrahes. Affluet quoque ad te optimus quisque. Num-
quam enim quamvis obscura virtus latet sed mit-
tit sui signa. Quisquis dignus fuerit vesti-
giis illam colliget. Nam si omnem conversati-
onem tollimus et generi humano renunti-
amus vivimusque in nos tantum conversi sequetur
hanc solitudinem omni studio carentem inopia
rerum agendarum. Incipiemus edificia alia (per opera [illegible] animus debet aliquid occupari)
ponere alia subvertere et mare submovere
et aquas contra difficultates locorum educere
et male dispensare tempus quod nobis natura
consumendum dedit. Alii parce illo tempore
utimur alii prodige alii sic impendimus
ut possimus rationem reddere alii ut nullas
habeamus reliquias. Quare nichil turpius

est sepe quam grandis natu senex qui nullum
aliud habet argumentum quo probet se diu
vixisse preter etatem. Michi carissime
Serene nimis videtur summisisse temporibus
se athenodorus. nimis cito refugisse. Nec
ego negaverim aliquando cedendum. sed sensim
relato gradu et salvis signis. salva militari
dignitate. Sanctiores tutioresque sunt ho-
stibus suis. qui in fidem cum armis veniunt.
Hoc puto virtuti faciendum studioque virtu-
tis. si prevalebit fortuna. et precidet agen-
di facultatem. Non statim aversus inermis
que fugiat latebras querens. quasi nullus lo-
cus sit. in quo non possit fortuna persequi. sed
parcius se inferat officiis publicis. et cum delectu inve-
niat aliquid. in quo utilis civitati sit. Mili-
tare non licet. honores petat. privato viven-
dum est. sit orator. silentium indictum est. taci-
ta advocatione cives iuvet. periculosum etiam
ingressu forum est. in domibus. in spectacu-
lis. in conviviis. bonum contubernalem fidelem
amicum temperantem convivam agat. officia si ci-
vis amiserit hominis exerceat. Ideo magno animo
nos. non unius urbis menibus pluribus quasi
in totius orbis commercium emisimus patriamque no-
bis mundum professi sumus. ut liceret latiorem
virtuti campum dare. preclusum tibi tribunal

q

est iste Athenodorus magnus fuit ... et ... illis.

s. ad faciendum ...

quando ... officio publico.

i. despiciat

est et rostris prohiberis aut comitiis. Re- 2
spice post te quantum latissimarum regionum pa-
teat, quantum populorum. Numquam tibi ita mag-
na pars obstruetur ut non maior relinquatur.
Sed vide ne totum istud vitium tuum sit. Non vis
enim nisi consul aut pritanis aut ceris
aut sufes administrare rempublicam. Quid
si militare noles nisi imperator aut tribunus.
Etiam si alii primam frontem tenebunt te
sors inter triarios posuit. Inde voce adhortati-
one exemplo animo milita. Precisis quoque
manibus ille in prelio invenit quod partibus
conferat, qui stat tamen et clamore iuvat.
Tale quiddam facies si a prima te reipublice
parte fortuna submoverit. Stes tamen et
clamores, et si quis fauces oppressisset stes
tamen et silentio iuves. Numquam inutilis
est opera civis boni. Auditus eius visus que
vultu nutu obstinatione tacita incessu que
ipso prodest. Ut salutaria quedam citra gu-
stum tactumque odore proficiunt ita virtus
utilitatem etiam ex longinquo et latens fun-
dit. Sive spatiatur et se utitur suo iure sive
precarios habet excessus cogiturque vela con-
trahere sive ociosa mutaque est et angusto cir-
cumsepta sive adaperta in quocumque habitu est
proficit. Quid tu parum utile putas exem-

[Marginal notes: i. novi pretores dignitatum; s. qui turbe presidet; s. manibus abscisis; s. non manibus; i. in privato]

6

plum bene quiescentis · Longe itaque optimum est miscere otium rebus · quotiens actuosa vita impedimentis fortuitis aut civitatis condicione prohibetur · Numquam enim usque eo interclusa sunt omnia · ut nulli actioni locus honeste sit · Numquid potes urbem invenire miseriorem quam atheniensium fuit · cum illam xxx tyranni divellerent · Mille · CCC · cives optimum quemque occiderunt · nec finem ideo faciebant · sed irritabat se ipsam sevitia · in qua civitate erat aeriopagos · religiosissimum iudicium · in qua senatus populusque senatui similis cohibebat · et cotidie carnificum tristem collegium · et infelix curia tyrannis angusta · Poterat ne illa civitas conquiescere in qua tot tyranni erant · tot satellites erant · Nec spes quidem ulla recipiende libertatis animis poterat offerri · nec ulli remedio locus apparebat contra tantam vim malorum · Unde enim misere civitati · tot armodios · Socrates tamen in medio erat · et lugentes patres consolabatur · et desperantes de republica exhortabatur · et divitibus opes suas metuentibus exprobrabat serum periculose avaritie penitentiam · et imitari volentibus magnum circumferebat exemplar · Cum inter · xxx dominos liber incederet · hunc tamen athene

i. non ob hoc ibi parcebant quod consuetudinem irritabat [illegible]

Armodius fuit ex tribus tyrannis peior et ideo quilibet illorum tyrannorum dicebatur armodius

i. tyrannorum

ipse invitatur occidunt. et qui invitos insultaverant agmini tyrannorum. eius libertatem libertas non tulit. Et ut scias et in afflicta republica occasionem sapienti viro ad se proferendum esse. et in florenti ac beata petulantiam invidiam. mille alia inertia vicia regnare. Utcumque ergo se respublica dabit. ut cumque fortuna permittet. ita aut explicabimus nos. aut contrahemus. utique movebimus. nec alligati metu torpebimus. Immo ille vir fuerit. qui periculis undique imminentibus. armis circa se. et cathenis frementibus. non alliserit virtutem nec absconderit. Non enim debet saluare se. vel obruere. ut opinor. Curius dentatus aiebat malle esse se mortuum. quam vivere. Ultimum malorum est e vivorum numero exire antequam moriaris. Sed faciendum erit si in republica tempus minus tractabile incideris. ut plus otio ac litteris te vendices. nec aliter quam in periculosa navigatione subinde portum petas. Nec expectes. donec res te dimittant. sed ab ipsis te ipse disiungas. de retinendo medio cap

Inspicere autem debebimus primum nosmetipsos. deinde ea que aggredimur negotia. deinde eos quorum causa. aut cum quibus

s. veneno

i. s. tyrannorum

scriptam

debilia

i. dicendum est

inquiebat

vel subinde

agendum est. Ante omnia necesse est se ip-
sum estimare. quia fere plus nobis vide-
mur posse quam possumus. alius eloquen-
tie fiducia prolabitur. alius patrimonio suo
plus imperavit quam ferre posset. alius
infirmum corpus laborioso pressit officio.
Quorundam parum ydonea est verecundia
rebus civilibus. que firmam frontem de-
siderant. Quorundam contumacia non facit
ad aulam. Quidam non habent iram in po-
testate. et illos ad temeraria verba quam-
libet indignatio effert. Quidam urba-
nitatem nesciunt continere. nec periculosis
abstinent facetiis. Omnibus hiis utilior
est negocio quies est. ferox impatiensque
natura irritamenta nocitura libertatis
evitet. De virium comparatione et animi

Estimanda sunt deinde ipsa que
aggredimur. et vires nostre cum
rebus quas temptaturi sumus
comparande. debet enim semper plus esse virium
in actore quam in onere. Necesse est opprimant onera
que ferente maiora sunt. Quedam
preterea non tam magna sunt negotia quam
fecunda. multum quoque negociorum ferunt
fugienda sunt ex quibus nova occupatio multiplex
nascetur. Nec accedendum eo unde liber

regressus non sit. His admouenda ma-
nus est. quorum finem. aut facere. aut certe sperare
possis. Relinquenda que latius actu pro-
cedunt. nec ubi proposueris desinunt. de e
Hominum itaque delectus lectus ha
est. an digni sint. quibus bendis
partem vite nostre impendamus.
an ad illos temporis nostri iactura perveniat.
Quidam enim ultro officia nostra nobis im-
putant. Athenodorus ait. nec ad cenam
quidem se iturum ad eum. qui sibi nil pro hoc
debiturus sit. Puto intelligis multo minus
ad eos iturum. qui cum amicorum officiis pa-
ria mensa faciunt. qui fercula pro congiariis
numerant. quasi in alienum honorem in-
temperantes sint. Deme illis testes spec-
tatores que non delectabit popina secreta.
Considerandum est utrum natura tua agen-
dis rebus. an otio. studio. contemplationi que
aptior sit. et eo inclinandum quo te vis in-
genii referet. Socrates ethorum. iecta manu
a foro subduxit. utiliorem componendis monu-
mentis hystoriarum ratus. male enim re-
spondent coacta ingenia. Reluctante na- ɫ labori
tura irritus labor est. His que
Nichil de tamen eque oblectavit animum. de
animum quam amicitia lectant capitulum

a

fidelis et dulcis / quantum bonum est ubi sint
preparata pectora in que tuto secretum omne
descendat / quorum conscientiam minus quam
tuam timeas · quorum sermo sollicitudinem le-
niat · sententia consilium expediat · hilaritas
tristissima dissipet · conspectus ipse delectet
/ Quos scilicet vacuos quantum fieri poterit a
cupiditatibus eligemus / serpunt enim vicia
et in proximum quemque transiliunt et contactu
nocent · Itaque ut quod in pestilentia curan-
dum est · ne correptis iam corporibus et mor-
bo fragrantibus assideamus · quia pericula
traheremus / afflatu quoque ipso in proximo labora-
bimus · Ita in amicorum legendis ingeniis da-
bimus operam · quam ut minime inquina-
tos assumamus · Initium morbi est egris
sana miscere · Nec hoc preceperim tibi
ut neminem nisi sapientem sequaris aut attra-
has · ubi enim istud invenies quem tot que-
rimus seculis · pro optimo est minime ma-
lus · Vix ubi esset facultas delectus felicio-
ris · si inter plathonas et senofontas et illum
socratici fetus proventum bonos quereres / aut
si tibi potestas cathoniane fieret etatis · que
plerosque dignos tulit · qui cathonis seculo
nascerentur · sicut multos peiores quam umquam
alias maximorumque molitores scelerum / utrum

l. vix posses eligere meliorem

l. subtulit

b.

quem enim turba opus erat · ut tacito posset
intelligi · Habere debuit et bonos quibus
se approbaret et malos in quibus vim suam
experiretur · Aut vero in tanta bonorum
egestate minus fastidiosa fiat electio / preci-
pue tamen vitentur tristes · et omnia de-
plorantes · quibus nulla non causa in que-
relas placet / constet illi licet fides et beni-
volentia · tranquillitati tamen inimicus est
comes perturbatus · et omnia gemens / De mu-
Transeamus ad patrimonia / tatione
maximam humanarum erumnarum / ani-
materiam · Nam si omnia mi C
alia quibus angimur compares / mortes ·
egrotationes · metus · desideria · dolorum ·
laborum quam patientiam · cum hiis que nobis
mala pecunia nostra exhibet · hec pars mul-
tum pregravabit · Itaque cogitandum est
quanto levior dolor sit non habere · quam
perdere · et intelligemus paupertati eo mi-
norem tormentorum / quo minorem dampnorum
esse materiam · Erras enim si putas ani-
mosius detrimenta divites ferre / maximis
quam minimis quam corporibus · par est dolor vul-
neris · Bion eleganter ait · non minus
molestum esse calvis quam comatis pilos
velli · Idem scias licet de pauperibus locu-

pletibus quam pauperibus illis esse tormentum. Sed
utrique eque pecunia sua adhesit nec sine
sensu evelli potest. tollerabilius autem est
ut dixi faciliusque non acquirere quam a-
mittere. Ideo que letiores videbis quos num-
quam fortuna respexit quam quos deseru-
it. Vidit hoc dyogenes Vir ingentis
animi et effecit ne quid sibi eripi posset.
Tu istud paupertatem, inopiam, egestatem
vocas. Quod voles ignominiosum securi-
tati nomen impone. Putabo hunc non esse
felicem si quem mihi alium inveneris
cui nichil pereat. aut ego fallor aut regnum est
inter avaros circumscriptores latrones pla-
giarios unum esse cui noceri non possit.
Si quis de felicitate dyogenis dubitat
potest enim dubitare et de deorum immor-
talium statu an parum beate degant quod
illis non predia nec orti sint nec alieno
colono rura preciosa nec grande in foro fe-
nus. Non te pudet quisquis divitiis
adstupes. Respice agedum mundum. illos
nudos videbis deos omnia dantes nichil
habentes. Hunc tu pauperem putas
an diis immortalibus similem qui se fortui-
tis omnibus exuit. Feliciorem tu demetrium
pompeianum vocas quem non puduit locuple-

Margin notes:

t

et scilicet dyogenem

percat

scilicet nullum inveneris qui iste est felix

scilicet admiraris vel admirando in eis delectaris

qui forte inde deperierunt

notem esse pompeio. Numeratus illi est
tidie servorum velud imperatori exercitus refe-
rebatur. Cui iam dudum divitie esse debu-
erant. duo vicarii et cella laxior. Et dyo-
geni servus unicus fugit. nec eum reduce-
re cum monstraretur tanti putavit. turpe est inquit
mathen sine dyogene posse vivere. dyogene
sine mathen non posse. videtur michi dixis-
se. Age tuum negocium fortuna. Nichil apud
dyogenem iam tui est. fugit michi servus.
immo liber abiit. familia vestiarium petit.
victumque. tot ventres avidissimorum animalium
tuendi sunt. Emenda vestis. et custodiende
rapacissime manus. et flencium detestanciumque
ministeriis utendum. quanto ille felicior qui ni-
chil ulli debet nisi quod facillime negat sibi. Sed
quoniam non est roboris nobis tantum. angustan-
da certe sunt patrimonia. ut minus ad in-
iurias fortune simus expositi. Habiliora sunt
corpora in bello. que in arma sua contrahi
possunt. quam que superfunduntur et que undi-
que magnitudo sua vulneribus obiecit. Opti-
mus pecunie modus est. qui nec in paupertatem
cadit. nec procul a paupertate discedit. De

Placebit autem nobis. si prius vana
parsimonia placuerit. gloria re-
sine qua nec ulle opes movenda

c

sufficiunt, nec ulla non satis patent. perspiciamus
cum in vitio remedium sit. et possit ipsa pau-
pertas in divitias se advocata frugalita-
te convertere. Assuescamus a nobis removere
pompam. et usus rerum non ornamenta
metiri. Cibus famem domet. potio sitim
libido quatenus necesse est fluat. Discamus
membris nostris inniti. cultum victumque non
ad nova exempla componere. sed ut maiorum
suaderent mores. Discamus continentiam
augere. luxuriam coercere. gulam tempe-
rare. iracundiam lenire. paupertatem equis
oculis aspicere. frugalitatem colere. et his
similia. pudebit enim naturalibus desideriis
plus parvo parata remedia adhibere. spes
effrenatas. et animum in futura imminentem
velud sub vinculis habere. id agere ut di-
vitias a nobis potius quam a fortuna peta-
mus. Non potest umquam tanta varie-
tas et iniquitas casuum ita depelli. ut non
multum procellarum irruat magna armamen-
ta pandentibus. cogente in artum res sunt
ut tela in vanum cadant. Ideo exilia in-
terim calamitates in remedium cessere. et le-
vioribus incommodis graviora sanata sunt
ubi parum audit precepta animus nec
curari mollius potest. Quid in consulit

f

sit paupertas et ignominia verum eciam ad
liberetur si malo malum opponitur. Assuescam
mus ergo cenare posse sine populo. et seruis
paucioribus seruiri. et vestes parare in quod
invente sunt. et habitare contractius. non
in cursu tantum circi et certamine. sed in his
spatiis vite interius flectendum est. Studi
orum quoque que liberalissima impensa est
tamdiu rationem habet. quamdiu modum
Reprehensibilis modum vero si excedit. quo
ad innumerabiles libros. et bibliothecas
quarum dominus vix tota vita indices per
legit. Honerat discentem turba. non instru
it. multoque satius est paucis te auctoribus
tradere quam errare per multos. sex milia
librorum Alexandrie arserunt. pulcherrimum
regie opulentie monumentum. alius lauda
verit sicut et Livius. qui elegantie curaeque
regum egregium id opus ait fuisse. Non
fuit elegantia illud aut cura. sed studiosa
luxuria. ymo nec studiosa quidem. quia non
in studium. sed in spectaculum comparaverant
sicut plerisque ignaris eciam puerilium lit
terarum libri. non studiorum instrumenta. sed
cenationum ornamenta sunt. Paretur
itaque librorum quantum satis sit. Nichil
in apparatum. Honestius magis hac impensa

scilicet diu trite

scilicet titulos

scilicet librorum

scilicet libros

scilicet picture

S

quam in Corinthia picte tabule effugerint. Vi-
ciosum est quod nimium est. Quid habes cur
ignoscas homini armaria citro atque ebore cap-
tanti corpora conquirenti aut ignotorum auc-
torum aut improbatorum et inter tot milia li-
brorum oscitanti cui voluminum suorum frontes
maxime placent titulique. Apud desidiosis-
simos ergo videbis quicquid orationum hystori-
arum quam est. tecto tenus exstructa loculamen-
ta. Iam enim inter balnearia et thermas
bibliotheca quoque necessarium domus or-
namentum expolitur. Ignoscerem plane si stu-
diorum nimia cupidine oriretur. Nunc ista
i. bibliothece conquisita cum ymaginibus suis descrip-
ta exornatorum operum ingeniorum in speciem et cul-
tum parietum comparantur. De adversitate

At aliquod genus vite ferenda. T
difficile incidisti. et tibi ignoranti
vel publica fortuna. vel privata
laqueum impegit. quem nec solvere posses
nec abrumpere. Cogita compeditos primo egre
ferre honera et impedimenta crurum. deinde
ubi non indignari illa sed pati proposuerunt.
necessitas fortiter ferre docet. consuetudo
facile. Invenies in quolibet genere vite oblec-
tamenta et remissiones et voluptates si
volueris mala putare levia potius quam

h. no.

invidiosum facere. Nullo melius no-
mine de nobis natura meruit, que cum
sciret quibus erumpnis nasceremur, cala-
mitatum mollimentum consuetudinem invenit,
cito in familiaritatem gravissima addu-
cens. Nemo duraret si rerum adversa-
rum eandem vim assiduitas haberet quam pri-
mus ictus. Omnes cum fortuna copulati sumus:
aliorum aurea cathena est et laxa, ali-
orum arta et sordida. Sed quid refert?
eadem custodia universos circumdedit. alli-
gati quia sunt etiam qui alligaverunt, nisi
forte tu leviorem in sinistra cathenam pu-
tas. alium honores, alium opes vinciunt; quos-
dam nobilitas, quosdam humilitas premit;
quibusdam aliena super caput imperia
sunt, quibusdam sua; quibusdam exilia uno
loco tenent, quosdam sacerdotia. Omnis vi-
ta servitium est. Assuescendum est itaque con-
dicioni sue et quam minimum de illa querere
dum. et quicquid habet circa se commodi appre-
hendendum est. nichil tam acerbum est in quo
non equus animus solatium inveniat. Ex-
igue sepe aree in multos usus describentis
arte patuere, et quamvis angustum pedem
dispositio fecit habitabilem. Adhibe racionem
difficultatibus; possunt et dura molliri

i modicam ptez ei

et angusta laxari et gravia scite ferentibus
minus premere. Non sunt preterea cupidi
tates i longinquum mittende. sed in vicinum
illis egredi permittamus. quoniam includi ex
toto non patiuntur. Relictis hiis que aut
non possunt fieri. aut difficulter possunt pro
pe posita. speique nostre alludentia seq
amur. Sed sciamus omnia eque levia esse
extrinsecus diversas facies habentia. intror
sus pariter vana. Nec invideamus altius
stantibus. que excelsa videbamus. prerup
ta sunt. Illi rursus quos sors iniqua in an
cipiti posuit. tuciores erunt superbiam detra
hendo rebus per se superbis et fortunam
suam quam maxime poterit in planum defe
rendo. Multi quidem sunt quibus necessario
herendum sit in fastigio suo. ex quo non pos
sunt nisi cadendo descendere. sed hoc ipsum
testentur maximum onus suum esse. quod aliis
graves esse cogantur. nec sublevatos se sed
suffixos iusticia. mansuetudine. humana
al' lege lege et benigna manu preparent multa
ad secundos casus presidia quorum spe securius
pendeant. Nichil tamen eque nos ab hiis
animi fluctibus vindicaverit. quam semper
aliquem incrementis terminum figere. nec
fortune arbitrium desinendi dare. sed ipsos

multos quidem tuta exempla hortentur consi/
stere · Sint et alique cupiditates animum acu/
ent · et finite non in inmensum incertum que pro/
deant.

Ad imperitos et medi decim ducent
ocres · et male sanos · hic perito/
rum meus sermo pertinet · increpatio
non ad sapientem · huic non timide · nec pede/
tenti ambulandum est · tanta enim fiducia
est · ut obviam fortune ire non dubitet · nec
unquam loco illi cessurus sit · nec habet ubi
illam timeat · quia non mancipia tantum pos/
sessiones que et dignitates · sed corpus quoque
et oculos et manum · et quicquid cariorem vitam
facit · seque ipsum inter precaria numerat · vi/
vitque ut commodatus sibi et reposcentibus si/
ne tristicia redditurus · Nec ideo vilis est sibi quia
scit se suum non esse · sed omnia tam dilige/
ter faciet · tam circumspecte · quam religiosus
homo sanctusque solet tueri fidei commissa ·
Quandocumque autem reddere videbit · non
queretur cum fortuna · sed dicet · gratias ago pro
eo quod possedi habuique / magna quidem
res tuas mercede colui · sed quia imperas ·
illa dei · cedo · gratus libensque · si quidem
habere me tui volueris · etiam servabo · si
aliud placet · ego non facio · Signatum
argentum · domum · familiamque meam · reddo ·

k
·no·
i nam

L

restituo. Appellauit natura que prior
nobis credidit et huic dicemus recipe ani[mum]
meliorem quam dedisti. non tergiuersor nec
refugio. paratum habes a volente quod non

nota de morte

sentienti dedisti aufer. Reuerti unde vene-
ris quid graue est. male viuet quisquis
nesciet bene mori. Huic itaque primum rei pre-
cium detrahendum est et spiritus in seruilia
numerandus. Gladiatores ait Cicero inui-
sos habemus si omni modo vitam impetrare
cupiunt. fauemus si contemptum eius pre se
ferunt. Idem euenire nobis scias. Sepe
enim causa moriendi est timide mori. For-
tuna illa que ludos sibi facit. quo inquit te
reseruem malum et trepidum animal. eo
magis vulneraberis et confoderis. quia nescis
prebere iugulum. at tu et viues diucius
et morieris expedicius. qui ferrum non sub-
ducta ceruice nec manibus oppositis sed
animose recipis. Qui mortem timebit nichil
umquam pro homine viuo faciet. At qui sci-
et hoc sibi cum conciperetur statim condictum
viuet ad formulam. Et simul illud quoque eo-
dem animi robore prestabit. Ne quid ex
hiis que eueniunt subitum sit. Quicquid enim
fieri potest quasi futurum sit prospiciendo
malorum omnium impetus molliet. qui adue-

paratos expectantes quam nichil afferunt novi / m.
securis et beata tantum [i. prosperitatem] expectantibus gra-
ves veniunt. Morbus est, captivitas, ruina,
ignis. Nichil horum repentinum est. Sci-
ebam in quam tumultuosum me contubernium
natura clusisse. Totiens in vicinia mea concla- [i. conclusisse]
matum est, totiens prope limen immaturas
exequias fax cereusque precessit. Sepe a la-
tere ruentis edificii fragor sonuit. Mul-
tos ex hiis quos forum, curia, sermo mi- [i. adiunctas]
chi contraxerant nox abstulit, et e iunctas ad
sodalicium manus copulatas interscidit. Mi-
rer aliquando me pericula accessisse que circa
me semper erraverunt? Magna pars homi-
nis est que navigaturum de tempestate non cogi-
tat. Numquam me in bono male pudebit auc- [quia in bono certa mali auctores sunt imitandi]
toris. Publilius [auctor] tragicis comicisque vehe-
mentior ingeniis, quotiens mimicas in- [comicus i. comedus]
eptias et verba ad summam caveam specta- [i. sic dictus]
ntia reliquit, inter multa cothurno alia non
tantum sipario fortiora et hec ait: Cuivis
potest accidere quod cuiquam. Hoc si quis
in medullas dimiserit et omnia aliena ma-
la, quorum ingens cotidie copia est, sic as-
pexerit tamquam liberum illis et ad se iter
sit, multo ante se armabit quam petatur.
Sero animus ad pericula patientiam post

n periculum instruit. non putavi hoc futurum.
Umquam tu hoc eventurum credidisses. Quare
(al' ante) ante non. Que sunt divitie quas non egesta-
tas et fames et mendicitas a tergo sequatur.
Que dignitas cuius non pretextam et an-
gulare et lora patricia sordes comitentur
et expectatio note et mille macule et extre-
ma contemptio. Quod regnum est cui non pa-
rata sit ruina et proculcatio et dominus et car-
(i. hora) nifex. Nec magnis ista intervallis diviso
(q. d. i momento is qui sedebat in suo solio flecteret genua sua coram alio) sed hore momentum interest inter solium et
aliena genua. Scito ergo omnem condicio-
nem versabilem esse et quicquid in ullum incurrit
posse in te quoque incurrere. Locuples es numquid
ditior pompeio. cui (cum graius) congnatus vetus congna-
(cognatus) tus hospes novus aperuisset cesaris domum
ut suam clauderet defuit panis et aqua cum
tot flumina possideret in suo cadentia men-
dicavit stillicidia fame ac siti periit in pala-
cio cognati illi heres publicum funus e-
surienti locaret. Honoribus summis functus es.
Numquid aut tam magnis aut tam insperan-
(i. princeps romanorum) tis aut tam universis quam seianus. Quo
(i. ad summos honores) die illum senatus deduxerat populus in
frusta divisit. In quem quicquid congeri pote-
rat dii homines que contulerant. Et ex eo ni-
chil superfuit quod carnifex traheret. Hoc

reges lydorum
es non adversum te mittar qui rogum suum
conscendit iussus et extingui vidit factus
non tantum rogo sed etiam morti sue superstes
Non adiugurtam quem populus romanus i
tra annum quem timuerat spectavit. Ptho — l. ad occidendum
lomeum affrice regem armenie et methrida
tem inter gayanas custodias vidimus al
ter in exilium missus est alter ut meliore
fide mitteretur oportebat optabat. In tan — i. ut mitteretur [illegible]
ta rerum sursum ac deorsum versatione si
non quicquid fieri potest pro futuro habes das
in te vires rebus adversis quas infregit — i. qui previdet eas posse evenire
quisquis prior vidit. Proximum ab istis
erit ne aut in supervacuis ex supervacuo labo
remus. Idem ne que aut non possumus
consequi concupiscamus aut adepti cupidi
tatem vanitatum nostrarum sero post multi
sudorem intelligamus. Idem aut ne la
bor irritus sit sine effectu aut effectus la
bore indignus fere enim ex hiis tristitia se
quitur si aut non successit aut successus
Circumcidenda devagantibus pudet
est concursatio qualis extra pro
est magne parti hominum domos positi
et theatra et fora pererrantium. Alienis se
negotiis offerunt semper aliquid agentibus
similes. Horum si aliquem exeuntem de do

p

mo interrogaueris · quo tu · quid cogitas · Re- (s. vadis)
spondebit tibi non me hercles scio · sed aliquos
videbo · aliquid agam · Sine posito vagant
querentes negocia · nec quod destinauit agunt
sed in que incurrerunt · inconsultus illis vanus-
que cursus est · Qualis formicis per arbusta re-
pentibus · Que in summum cacumen deinde in
ymum inanes aguntur · His plerique similem
vitam peragunt · Quorum non inmerito quis inquie-
tam · et inerciam dixerit · Quorundam quasi
ad incendium currencium misereberis · usque eo
impellunt obvios · et se alios que precipitant
Cum interim concurrerint · aut salutaturi ali-
quem non resalutaturum · aut funus ignoti ho-
minis prosecuturi · aut iudicium sepe litigan-
tis · aut ad sponsalia sepe nubentis · et lecticam
assectati · quibusdam locis etiam tulerunt · de-
inde domum cum supervacua redeuntes lassi-
tudine iurant nescisse se ipsos · Quare exierint
ubi fuerint · postero die erraturi per eadem illa
vestigia · Omnis itaque labor aliquo referatur (s. vadat aliquo)
aliquo respiciat non industria inquietos et
insanos · sed false rerum ymagines agitant
Nam ne illi quidem sine aliqua spe moven-
tur · proritat illos alicuius rei species · cuius va-
nitatem capta mens non coarguit · Eodem mo-
do unumquemque ex his · qui ad augendam turbam

erunt inanes et leves cause pueribus; tamen
durius. Nichil quod habentem in quo laboret
ipse otia expellit. Et cum multarum frustra
liminibus illusus nomen ioculatoris per-
salutavit, a multis exclusus, neminem ex omni-
bus difficilius domi quam se convenit. Ex
hoc malo dependet illud teterrimum vitium
auscultatio et publicorum secretorumque inquisi-
tio et multarum rerum scientia que nec tuto
narrantur nec tuto audiuntur. Hoc secu-
tum puto Democritum ita cepisse. Qui tran-
quille volet vivere nec privatim agat multa
nec publice ad supervacua scilicet referen-
tem. Nam si necessaria sunt et privatim
et publice non tantum multa sed innume-
rabilia agenda sunt. Ubi vero nullum of-
ficium sollempne nos citat, inhibende actiones.

Nam qui multa agit de varie-
tate fortune sepe fortune potestatem
sui facit quam tutissimum est raro
experiri, ceterum semper de illa cogitare et
sibi nichil de fide eius promittere. Navi-
gabo nisi si quid inciderit et pretor fiam nisi
si quid obstiterit et negotiatio mihi respon-
debit nisi si quid intervenerit. Hoc est quare
sapienti nichil contra opinionem dicimus
accidere. Non illum casibus hominum excer-

scilicet ipsum democritum al' referens scilicet dominum democritum

x primus, sed erroribus. Nec illi omnia ut voluit cedunt, sed ut cogitavit. Inprimis autem cogitavit aliquid posse propositis suis resistere. Necesse autem levius ad animum pervenire destitute cupiditatis dolorem, cui successum non utique promiseris. capitoli xiiii

i. in corde propositum

Faciles etiam nos facere debemus ne nimis destinatis rebus indulgeamus, transeamusque in ea in que nos

i. ne sim absque providentia

casus deduxerit. Nec (i. positum) mutationes aut consilii aut status pertimescamus, dummodo nos levitas inimicissimum quietis vitium non excipiat. Nam et pertinatia necesse est anxia et misera sit, cui fortuna sepe aliquid extorquet, et levitas multo gravior nusquam se continens. Utrumque infestum est tranquillitati, et nichil mutare posse et nichil pati. Utique animus ab omnibus externis in se revocandus est: sibi confidat, se gaudeat, sua suspiciat, recedat quantum potest ab alienis et se sibi applicet, dampna non sentiat, etiam adversa benigne interpretetur. Zenon noster cum omnia sua audiret submersa, iubet inquit me fortuna expeditius philosophari. de minatione mort

Minabatur (tyrannus) Theodoro philosopho tyrannus mortem et quidem insepultam. Habes inquit cur tibi placeas, hemina sanguinis

theodor9 · i. liberum tum impleas · i. mensura

tyrannus in tua potestate est. Non quod ad
sepulturam pertinet. O te ineptum si pu-
tas mea interesse supra terram an infra pu-
trescam. Canus iulius vir in primis ma-
gnus cuius admirationi ne hoc quidem ob-
stat quod nostro seculo natus est. Cum Gaio
diu altercatus postquam abeunti falleris
ille dixit et ne forte inepta spe tibi blandiaris
duci te iussi. Gratias inquit ago tibi optime
princeps. Quid senserit dubito multa enim
michi concurrunt. contumeliosius esse voluit
et ostendere quanta crudelitas esset in qua mors
beneficium erat. An exprobravit illi quot-
tidianam dementiam. agebant enim gra-
tias et quorum liberi occisi et quorum bona abla-
ta erant. An tamquam libertatem libenter
accepit. Quid est magno animo respondit.
Dicet aliquis potuit post hoc iubere illum
Gaius vivere. non timuit hoc canus. No-
ta erat Gaii in talibus imperii fides. Cer-
te illum decem medios usque ad suppli-
cium dies sine ulla sollicitudine exegisse.
Verisimile non est Que vir ille dixerit
que fecerit quam in tranquillo fuerit. Lude-
bat calculis cum centurio agmen existentium
turba damnatorum trahens illum quoque ex-
citari iuberet. Vocatus numeravit calculos

Margin: .B. — recitare — Gaius — vobis illis — scilicet sic dicendo — scilicet crudelitate — scilicet apparitore existente cum centurione — scilicet Canus — i. cum iuberet Canus ad mortem

l. centurioni

et sodali suo uide inquit ne post mortem me
am mentiaris te uicisse. tunc annuens cen
turioni. testis inquit eris uno me antecess
-lusisse tu canum illa tabula putas tabula
illusit. Tristes erant amici talem amissuri
et uirum. Quid mesti inquit estis. Vos
queritis an inmortales anime sint. Ego iam
sciam. Nec desiit in ipso fine ueritatem scru
tari, et ex morte sua questionem habere.
Prosequebatur illum philosophus suus.
nec iam procul erat tumulus in quo cesari
deo nostro fiebat quotidianum sacrum. Is
quid inquit. cane nunc cogitas. aut que ti
mes. Obseruare inquit canus proposui illo
uelocissimo momento. an sensurus sit animus
exire se. promisitque si quid explorasset. circu
iturum amicos et indicaturum quis esset ani
marum status. Ecce in media tempestate tran
quillitas. ecce animus eternitate dignus
qui fatum suum in argumentum ueri uocat qui
in ultimo illo gradu positus exeuntem animam
percunctatur. nec usque ad mortem tantum sed a
liquid etiam ex ipsa morte discit. Nemo
diutius philosophatus est. sed non tamen
relinquetur magnus uir et cum cura
dicendus. dabimus te in omnem memoriam cla
rissimum caput gaiane cladis magna porcio.

l. p Gaii cllate

Marginal notes: l. sacrificium; l. philosophus suus; l. ad morte; l. a meo canus

Sed nichil prodest privatae tristitiae causas abiecisse. Capitulum xvi.

occupat enim nonnumquam odium generis humani. et occurrit tot scelerum felicium turba. cum cogitaveris quam sit rara simplicitas. et quam ignota innocentia. et vix umquam nisi cum expedit fides. et libidinum lucra damnaque pariter invisa. et ambitio usque eo iam se suis non continens terminis. ut per turpitudinem splendeat. agitur animus in noctem. et velud eversis virtutibus quas nec sperare licet. nec habere prodest tenebre obducuntur. In hoc itaque flectendi sumus. ut omnia vulgi vitia non invisa nobis. sed ridicula videantur. Et democritum potius imitemur quam heraclitum. hic enim quotiens in publicum processerat flebat. ille ridebat. huic omnia que agimus miserie. illi inepcie videbantur. Elevanda ergo omnia. et facili animo ferenda. Humanius est deridere vitam quam deplorare. Adice quod de humano quoque genere melius meretur qui ridet illud quam qui luget. Ille et spei bone aliquid relinquit. Hic autem stulte deflet que corrigi posse desperat. et universa contemplatus maioris animi est ille qui risum non tenet

a

quam qui lacrimas; qui levissimum af-
fectum animi movet. et nichil magnum
nichil severum. ne miserum quidem ela-
to apparatu peragat; Singula propter que
leti aut tristes sumus. sibi quisque proponat
et sciet verum esse. quod Byon dixit. omnia
hominum negocia simillima initiis esse. nec
vitam illorum magis seriam aut severam esse
quam conceptus nichilo natus; sed satius
est publicos mores et humana vicia placi-
de accipere. nec in risum nec in lacrimas ex-
cidere. Nam alienis malis torqueri eter-
na miseria est. alienis delectari malis vo-
luptas inhumana. sicut illa inutilis huma-
nitas flere quia aliquis filium efferret. et
frontem suam fingere. In tuis quoque malis
id agere te oportet. ut dolori tantum des
quantum poscit racio. et non quantum consue-
tudo. Plurimi quidem enim lacrimas fun-
dunt ut ostendant. et totiens siccos ocu-
los habent quotiens spectator defuit. tur-
pe iudicantes non flere cum omnes faciant.
Adeo penitus hoc se malum fixit ut aliena
opinione pendere. ut in simulacione exeant
res simplicissima dolor eveniat Cap xxvi

Sequitur pars que solet non inmerito
contristare et in solicitudinem addu-

b

tere. ubi dolor et virtus in aequali sunt. ubi so-
crates cogitur in carcere mori. rutilius in
exilio vivere. Pompeius et Cicero clien-
tibus suis prebere cervices. Cato ille vir-
tutum viva ymago incumbens gladio sil- /. al. simam
de se ac de republica palam facere. neces-
se est torqueri tam iniqua premia fortu-
nam persolvere. Et quid sibi quisque
nunc speret cum videat pessima optimos
pati. Quid ergo est? Vide quomodo quis-
quis illorum tulerit. et si fortes fuerunt ipsos
tum illos animo desidera. digni sunt quo-
rum virtus tibi placeat. aut indigni quo-
rum desideretur ignavia. Quid enim tur-
turpius. quam si permaximi viri fortiter /. s[illegible]
moriendo faciunt. Laudemus totiens dignum
laudibus. et dicamus tanto fortior. tanto
felicior. Omnes effugisti casus. livorem.
morbum. existi custodia. non tu dignus
mala fortuna sed diis visus es indignus in
quem iam aliquid fortuna posset. Sub-
ducentibus vero se et ipsa morte ad vi- /. fortune
tam respectantibus manus inicienda est.
Neminem flebo letum. neminem flentem.
Ille lacrimas meas ipse abstersit. hic suis
lacrimis effecit ne ullis dignus sit. Er-
go hercle fleam quod virtus vivitur. aut

al' vivus

regulum · quod tot clauis confixus tibi figitur · aut cathonem qui uulnera sua fortiter tulit / omnes isti leui impensa inuenerunt · quomodo eterni fierent / ad immortalitatem moriendo venerunt Capitulum xvii

Est et illa sollicitudinis non mediocris materia · si te anxie componas · nec vllis simpliciter te ostendas / qualis multorum vita est ficta · ostentationi parata / torquet enim assidua obseruatio sui · et deprehendi aliter quam solet metuit · Nec vmquam cura soluimur · ubi tociens nos extimari putamus · quotiens aspici · Nam et multa incidunt que inuitos denudent / et ut bene cedat tanta sui diligentia · non tamen iocunda vita aut secura est semper sub persona viuentium · At illa quantum habet voluptatis · sincera et per se ornata simplicitas · nichil obtendens moribus suis · Subit tamen et hec vite contemptus periculum · si omnia omnibus patent / sunt enim qui fastidiant · quidquid propius adierunt / sed nec virtuti periculum est · ne admota oculis reuilescat · et satius est simplicitate contempni · quam perpetua simulatione torqueri / Modum tamen rei adhibeamus · multum interest simpliciter viuas an negligenter / multum

/ si ficte qui volt videri quod non est

/ aspicimus

i. cum [illegible]

in se recedendum est. Conuersatio enim dis-
similium bene composita disturbat et reno-
uat affectus et quicquid imbecillum in animo
nec percuratum est exulcerat. Miscenda
tamen ista et alternanda sunt solitudo et
frequentia. Illa nobis faciet hominum deside-
rium, hec nostri, et erit altera alterius
remedium. odium turbe sanabit solitudo,
tedium solitudinis turba. Nec in eadem
intentione equaliter retinenda mens est sed
ad iocos reuocanda. cum pueris Socrates (i. veris tempore)
ludere non erubescebat. et Catho vino
laxabat animum curis publicis fatigatum.
Et Scipio triumphale illud et militare
corpus mouet ad numeros. non molliter
se infringens, ut nunc mos est incessu eti-
am ipso ultra muliebrem mollitiem flu-
entibus, sed ut illi antiqui viri solebant
inter lusum ac festa tempora. virilem in
modum tripudiare. non facturi detrimen-
tum etiam si ab hostibus suis spectarentur.
Danda est remissio animis. meliores acrio-
res que requieti surgent. Ut fertilibus
agris non est imperandum. cito enim exhau- (i. exigendo ultra quam ferre potest)
riet illos numquam intermissa fecunditas.
ita animorum impetus assiduus labor fran-
git vires. recipient paululum resoluti et

c

remissi. Nascitur ex assiduitate laborum
hebetatio quedam et languor. Nec ad-
tanta hominum cupiditas tenderet nisi na-
turalem quedam voluptatem haberet lu-
sus iocusque. quorum frequens usus omne ani-
pondus omnemque vim eripiet. Nam
et sompnus refectioni necessarius est. hunc
tamen semper si die nocteque continues mors
erit. Multum interest remittas aliquid
an solvas. Legum conditores instituerunt
dies ut ad hylaritatem homines publice
congerentur. tamquam necessarium laboribus
interponentes temperamentum. Et magni ut
dixi viri quidam sibi menstruas certis dies
ferias dabant, quidam nullum diem inter o-
tium et curas dividebant. Qualem Pol-
lionem Asinium oratorem magnum meminimus
quem nulla res ultra decimam retinuit. ne
epistolas quidem post eam horam legebat ne
quid nove nasceretur. sed totius diei lassi-
tudinem duabus illis horis ponebat. Qui-
dam medio die interiunxerunt et post meri-
dianas horas aliquid levioris operis distu-
lerunt. Maiores quoque nostri novam rela-
tionem post horam decimam in senatu fieri
vetabant. Miles vigilias dividit et nox
immunis est ab expeditione redeuntium. Indul-

f

gens est animo/ dandumque subinde otium
quod alimenti ac virium loco sit. Et in ambu
lationibus apertis vagandum ut celo libe
ro et multo spiritu augeat attollatque se al' vectacio
animus. Aliquando vegetatio iterque et mu
tata regio vigorem dabunt convictusque
et liberalior potio/ non nunquam et usque ad
ebrietatem veniendum non ut mergat nos al' eluit
sed ut deprimat curas. Deludit enim curas.
et ab ymo animum movet et ut morbis qui
busdam ita tristitie medetur. Liberque non
ob licentiam lingue dictus est inventor vini
sed quia liberat servitio curarum animum asse
rit. auget et audaciorem in omnes conatus
facit. Sed ut libertatis ita vini salubris mo
deratio est. Solonem archesilanumque indul
sisse vino credunt. Cathoni ebrietas obiec
ta est. facilius efficiet quisquis obiecit
crimen honestum quam turpem Cathonem. i. inebriandi
Sed nec sepe faciendum est ne animus ma
lam consuetudinem ducat. Et aliquando in ex
ultationem libertatemque est extrahendus
tristisque sobrietas removenda paulisper.
Nam sive greco poete credimus aliquando
et insanire iocundum est sive Platoni frustra
poeticas fores compos sui pepulit. sive
aristotili/ nullum magnum ingenium sine

5 mixtura demencie fuit. Non potest
grande aliquid et sup ceteros loqui. nisi
mota mens cum vulgaria et solita contempsit.
instinctus qz sacro surrexit excelsior. tunc
demum aliquid cecinit. grandium ore mortalis
Non potest sublime quicquam et in ardu
o positum contingere. quam diu apud se e/
desidat oportet a solito et efferatur et mor
deat frenos et rectorem rapiat suum eo qz fe
rat quo per se timuisset ad scendere/ Capitulum

Habes serene carissime que ·xix·
possint tranquillitatem tueri/que
restituere. que semper repentibus
viciis resistant. Illud tamen scito nichil
horum satis esse validum rem imbecillem
l· al' cadet servantibus. nisi intenta et assidua cura cir
cuit animum labentem Explicit Sene
ca de tranquillitate animi C · C/

Incipit liber Annei Lucii Senece de
clemencia ad Neronem Cesarem.



Scribere de clemencia Nero
Cesar institui. ut quodammodo
speculi vice fungerer, et te
tibi ostenderem pventurum
ad voluptatem maximam
omnium. Quamvis enim
recte factorum verus fructus

sit fecisse · nec ullum virtutum precium dignum
illis extra ipsa sit / iuvat inspicere et circu-
ire bonam conscientiam · Tum immittere oculos h
in hanc immensam multitudinem · discordem · sedi-
ciosam · impotentem · in perniciem alienam sua-
que pariter exultaturam · Sic hoc ingenium fre-
gerit ita loqui secum · Ego ne ex omnibus mor- al' q
talibus placui · electus que sum · qui in terris
deorum vicem fungerer · Ego vite necis que
arbiter gentibus · qualem quisque sortem sta-
tumque habeat · in manu mea positum est · Quid
cuique mortalium fortuna datum velit · meo
ore pronunciat · Ex nostro responso letitie
causas · populi · urbes que concipiunt · Nul-
la pars unquam nisi volente propicio que
me floret · Hec tot milia gladiorum que
pax mea comprimit · ad nutum meum stringuntur /
Quas naciones funditus excidi · quas trans-
portari / quibus libertatem dari / quibus eri-
pi · quos reges mancipia fieri · quorum que ca-
piti regium circumdari decus oporteat / que
ruant urbes / que oriantur / mei iurisdictio
est · In hac tanta facultate rerum · non
ira me ad iniqua supplicia compulit / non
iuvenilis impetus / non temeritas hominum
et contumacia / que sepe tranquillissimis que
pectoribus patientiam extorsit / non ipsa

7

ostentande per terrores potentie dum eff-
quens magnis imperiis gloria. Conditum
ymo strictu apud me ferrū est. Summa par-
symonia etiam vilissimi sanguinis. Ne-
/al' misi mo non cui talia desunt / hominis nomine
apud me gratiosus est. Severitatem abdi-
tam. at clementiam in procinctu habeo. Sic
me custodio tamquam legibus quas ex si-
tu ac tenebris in lucem evocavi. rationem
redditurus sim. Alterius etate prima mo-
tus sum. alterius ultima. Alium digni-
tati donavi. Alium humilitati. Quotiens
nullam inveneram mie causam / michi pep-
ci. hodie diis immortalibus si a me racionem
repetant / adnumerare genus humanum
paratus sum. Potes hoc cesar audac-
ter predicare. Omnia que in fidem tute-
lamque suscepisti haberi nichil per te / ne-
que vi neque clam dampnato clamante
/· po· ppl'o· rei publice. Rarissimam laudem et nulli
×al' meruisti adhuc principi concessam concupisti
innocentiam. non perdis operam. nec bo-
nitas ista tua singularis. ingratos aut
malignos estimatores nacta est. Refer-
tur tibi gratia. Nemo unus homo uni /· po· p
homini tam carus quam tu reipublice
Magnum longum que eius bonum. sed in-

k.

gens tibi onus imposuisti. Nemo iam
divum augustum · nec tyberii Cesaris prima tempora
loquatur · nec quod te imitari velit / exempla
extra te querit / principatus tuus ad augu
exigitur. Difficile hoc fuisset · si non na/
turalis tibi ista bonitas fuisset sed ad tem/
pus sumpta. Nemo enim potest personam supra
diu ferre · ficta cito in naturam suam recidet /
Quibus veritas subest / queque ut ita dicam
ex solido nascuntur tempore ipso in maius melius
que procedunt. Magnam adibat aleam po/
pulus Romanus · cum incertum esset quo se statu no/
bilis indoles daret. Iam vota publica in/
tuto sunt. Nec enim periculum est · ne te
subita tui capiat oblivio / facit quidem avi
dos nimia felicitas · nec tam temperate sunt
cupiditates unquam · ut in eo quod contingit
desinant / Gradus a magnis ad maiora fit
· et spes improbissimas complectitur · inspera/
ta assecuti. Omnibus tamen nunc civibus tuis
et hec confessio exprimitur · esse felices · et/
illud nichil iam his accedere bonis posse ·
nisi ut perpetua sint / Multa illos cogunt
ad hanc confessionem · qua nulla in homine
tardior est securitas alta · affluens · ius
supra omnem iniuriam positum · Obversatur
oculis letissima forma · R · p · tue ad summum

libertatem nichil deest nisi pereundi licentia.
Et precipue tamen ad minimos usque
pervenit clementie tue admiratio. Cetera
enim bona pro portione fortune sue quisque
sentit aut expectat maiora minora que. Ex
clementia omnes idem sperant. nec est
quisquam cui tam valde innocentia sua pla-
ceat, ut non stare in conspectu clementiam
paratam humanis erroribus gaudeat.
Esse autem aliquos scio qui clementia pes-
simum quemque putent sustineri quoniam nisi
post crimen supervacua est et sola hec vir-
tus inter innocentes cessat. Sed primum om-
nium sicut medicine apud egros usus etiam a-
pud sanos honor est, ita clementiam quam-
vis pena digni invocent etiam innocentes
colunt. Deinde habet hec in persona quoque
innocentium locum quia interim fortuna
pro culpa est. nec innocentie tantum clementia
succurrit sed sepe virtuti quoniam quidem
condicione temporum incidunt quedam que pos-
sint laudata puniri. Adice quod magna
pars hominum est que reverti ad innocen-
tiam possit. Sed non tamen vulgo ignosce-
re decet. Nam ubi discrimen inter malos
bonos que sublatum est confusio sequitur et
viciorum erupcio. Itaque adhibenda modera-

tio est que sanabilia ingenia distinguere ·m·
a deploratis sciat. nec promiscuam hanc aut
vulgarem clementiam oportet. nec abscisam.
Nam tam omnibus ignoscere crudelitas est
quam nulli. Modum tenere debemus, sed
quia difficile est temperamentum, quicquid equo
plus futurum est, in partem humaniorem prepon
deret. Sed hec suo loco melius dicentur.
Nunc in tres partes omnem hanc materiam
dividam. Prima erit manumissionis, secunda
que naturam clementie habitumque demon
stret. Nam cum sint vitia quedam virtutes
imitantia, non possunt secerni nisi signa quibus
dignoscantur impresseris, tercio loco queremus
quo ad hanc virtutem perducatur animus, quo
quo confirmet eam et usu suam faciat. Nullam
ex omnibus virtutibus magis homini convenire
cum sit nulla humanior, constet necesse est — non solum inter nos
~~non inter nos solum~~ qui hominem voluptati — qui hominem sociale
donantium, quorum omnia dicta facta ad utilitatem — animal communi bono
tatem suam spectant. Nam si quietem pe — genitum videri vo
tit et otium, habent virtutem nature sue nactus — lumus sed etiam inter
est, que pacem amant et (manus) pacem retinent. — illos
Nullum tamen clementia ex omnibus magis
quam regem aut principem decet. Ita enim
magne vires decori sunt, si illis salu — al' glorieque
taris potentia est. Nam pestifera vis e[st]

n· Valerii adnotescendum. Illius demum magni-
no tudo fundata stabilisque est, quam omnis tam

supra se esse, quam pro se sciunt. Cuius curam
excubare pro salute singulorum atque universo-
rum cotidie experiuntur; quo procedente, non
tamquam malum aliquod aut noxium anima-
l e cubili prosilierit diffugiunt, sed tamquam
ad clarum ac beneficum sydus certatim ad-
volant, obicere se pro illo mucronibus in-
sidiantium paratissimi et substernere corpo-
ra sua, si per stragem illi humanam iter ad salu-
tem struendum sit. Somnum eius nocturnis
excubiis muniunt, latera obiecti circumfusique
defendunt. Incurrentibus periculis se op-
ponunt. Non est hic sine ratione populis urbi-
bus consensus sic protegendi amandique
reges et se sua iactandi, quocumque de-
sideravit imperantis salus; nec haec vili-
tas sui est aut clementia pro uno capite tot
milia excipere ferrum ac mortibus multis
unam animam redimere. Ideo numquam sanus
et invalidus. Quemadmodum totum corpus
animo deservit, cum hoc tanto maius
tanto speciosius sit, ille in occulto ma-
neat tenuis et in qua sede latitet incertus,
tamen manus, pedes, oculi negotium illi
gerunt, illum hec cutis munit, illius iussu

iacemus aut inquieti discurrimus cum
ille imperavit sive cinctus dux est male
luxuria causa servitium sive ambitiosus cum
studium dextram flammis adiecimus aut vo-
luntarie subsilimus sic hec immensa mul-
titudo unius anime circumdata illius spi-
ritu regitur illius ratione flectitur pressura se
ac fractura viribus suis nisi consilio sus-
tineretur. Suam itaque incolumitatem amant
cum pro uno homine denas legiones in a-
ciem deducunt cum in primam frontem procurrunt
et adversa vulneribus pectora ferunt ne
imperatoris sui signa vertantur. Ille est enim
vinculum per quod respublica coheret ille spiritus
vitalis quem hec tot milia trahunt nichil
ipsa per se futura nisi onus et preda si mens
illa imperii subtrahatur. Rege incolumi mens
omnibus una amisso rupere fidem. Hic ca-
sus romane pacis exitus erit hic tanti fortu-
nam populi in ruinas aget. Tam diu ab
isto aberit hic populus quamdiu sciet ferre
frenos. Quos si quando abruperit vel ali-
quo casu discussos reponi sibi passus non erit.
Hec unitas et hic maximi imperii contex-
tus in multas partes dissiliet. Idem que huic
urbi dominandi finis erit qui parendi fue-
rit. Ideo principes reges que et quocumque alio

p

nomine sunt tutores status publici. non est mi-
rum amari ultra privatas etiam necessitu-
dines. Nam si sanis hominibus publica pri-
vatis potiora sunt. sequitur ut his quoque ca-
rior sit in quem se respublica convertit. Olim
enim se ita induit r. p. Cesar. ut seduci al-
terum non posset. sine utriusque pernicie. Nam
et illi viribus opus est. et huic capite. Lon-
gius videtur recessisse a proposito oratio mea.
At me hercules. rem ipse premis. Nam si
quod adhuc colligis. tu animus reipublice
tue es. illa corpus tuum. Vides ut puto quam
necessaria clementia sit. Tibi enim parcis
cum videris alteri parcere. Parcendum ita-
que est etiam improbandis civibus. non ali-
quam membris languentibus. Et si qui mis-
so sanguine opus est. sustinendum est ne ul-
tra quam necesse sit incidas. Ergo ut dice-
bam clementia omnibus quidem hominibus secun-
dum naturam. maxime tamen decora imperatoribus.
quanto plus habet apud illos quod servet.
quantoque in maiore materia apparet. Quantu-
lum enim nocet privata crudelitas. Prin-
cipum sevitia bellum est. Cum autem virtuti-
bus inter se sit concordia. nec ulla altera me-
lior aut honestior sit. quedam tamen quibus-
dam personis aptior est. Decet magnanimitas

a nam

quemlibet mortalem . etiam illum infra quem
nichil est . Quid enim est magis infortunium
quam malam fortunam retinere . Hec tamen
magnanimitas in bona fortuna latiorem
locum habet . melius quam in tribunali quam
in plano conspicitur . Clementia in quamcumque
domum pervenit . eam felicem tranquillamque pre-
stabit . Sed in regia quo rarior eo mirabilior
est . Quid enim est mirabilius . quam eum cui irasci
ire nichil obstat . cuius gravioris sententie ipsi
qui pereunt assentiuntur . quem nemo interpellaturus
est . ymo si vehementius excanduerit . ne
deprecaturus quidem ipsum sibi manum inicere
et potestate sua in melius placidiusque uti .
Hoc ipsum cogitantem . occidere contra le-
gem nemo non potest . servare nemo preter
me . Magnam fortunam magnus animus decet .
qui nisi se ad illam extulerit et altior ste-
terit . illam quoque infra terram deducit . Ma-
gni autem animi est proprium . placidum
esse . tranquillumque . et iniurias atque offen-
siones superne despicere . Muliebre est fure-
re in ira . ferarum vero et generosarum quidem pre-
mordere et urgere proiectos . elephanti leo-
nes que transeunt quod impulerunt . et ignobilis
bestie pertinacia . Non decet regem seva
nec inexorabilis ira . Non multum enim supra

x eam eminet cum se inferendo exequat. ac si
dat vitam si dat dignitatem periclitantibus et meri-
tis amittere, facit quod nulli nisi rerum potenti
licet. Vita enim etiam superiori eripitur, numquam
nisi inferiori datur. Servare proprium est ex-
cellentis fortune, que numquam magis suspici
debet, quam cum illi contigit idem posse quod diis,
quorum beneficio in lucem eduimur tam boni quam
mali. Deorum itaque sibi animum asserens prin-
ceps, alios ex civibus suis, quia utiles bonique
sunt, libens videat, alios in numero relinquat; quos-
dam esse gaudeat, quosdam patiatur. Cogita-
te in hac civitate in qua turba per latissima iti-
nera sine intermissione defluens eliditur, quotiens
aliquid obstitit quod cursum eius velut torren-
tis rapidi moraretur, in qua tribus eodem
tempore theatris vie postulantur, in qua con-
sumitur quicquid terris omnibus aratur, quanta
solitudo ac vastitas futura sit, si nichil relin-
quitur nisi quod iudex severus absolverit.
Quotus quisque ex questoribus est qui non ex
ipsa lege teneatur qua querit. Quotus
quisque accusator vacat culpa. Et nescio an ne-
mo ad dandam veniam difficilior sit quam qui
illam petere sepius meruit. Peccavimus
omnes, alii gravia, alii levia, alii ex destina-
to, alii forte impulsi aut aliena nequitia ab-

cati. Alii in bonis consiliis parum fortiter 6
stetimus. et innocentiam inviti ac renitentes
perdidimus. nec deliquimus tantum. sed usque
ad extremum evi delinquimus. Etiam si quis
tam bene purgavit animum. ut nichil obtur-
bare eum amplius possit ac fallere. ad in-
nocentiam tamen peccando pervenit. Quo-
niam deorum feci mencionem. optime hoc exemplum
principi constituam ad quod formetur. ut se ta-
lem esse civibus. quales sibi deos velit. Expe-
dit ergo habere inexorabilia peccatis atque erro-
ribus numina/ expedit usque ad ultimam infes-
ta pernitiem/ Et quis regum erit tutus/ cuius
non membra aruspices colligant. Quod si dii
placabiles. et eque delicta potentum non
statim fulminibus persequuntur. quanto equius
est hominem hominibus prepositum miti ani-
mo exercere imperium. et cogitare utrum mundi
status gratior oculis pulchriorque sit sere-
no et puro die. an cum fragoribus crebris
omnia quatiuntur. et ignes hinc atque illinc
micant. Atqui non alia facies quieti mo-
ratique imperii. quam sereni celi et nitentis.
Crudele regnum turbidum tenebrisque ob-
scurum est inter trementes. et ad repentinum
sonitum expavescentes. ne eo quidem qui
omnia perturbat inconcusso. Facilius privatis

ignoscitur pertinax se vindicantibus possunt
enim ledi dolorque eorum ab iniuria veniunt
timent praeterea contemptum et non retulisse
se ledentibus gratiam infirmitas videtur non
clementia. At cui ultio in facili est is o-
missa ea certam laudem mansuetudinis
consequitur. humili loco positis exercere
manum litigare in rixam procurrere ac mo-
rem ire sue gerere liberius est. leves inter
paria ictus sunt. Regi vociferatio quoque
verborumque intemperantia non ex maiestate
est. Grave putas eripi loquendi arbitrium
regibus quod humillimi habent. Ista inquit
servitus est non imperium. Quid tu non ex-
periris nobis istud esse tibi servitutem. Alia
condicio est eorum qui in turba quam non
excedunt latent quorum et virtutes ut appare-
ant diu luctantur et vitia tenebras habent
vestra facta dictaque rumor excipit. nullis
magis curandum est qualem famam habeant
quam qui qualemcumque meruerint magnam ha-
bituri sunt. Quam multa tibi non licent
que nobis beneficio tuo licent. Possum
in qualibet parte urbis solus incedere sine
timore quamvis nullus sequatur comes nullus
sit domi nullus ad latus gladius. Tibi in
tua pace armato vivendum est. Aberrare

ffortunam tuam non potes. Obsidet te. et quo v
ciensque descendis, magno apparatu sequitur.
Et hec magnitudinis summe servitus. non
posse fieri minorem. sed cum diis tibi ipsa
necessitas est. Nam illos quoque celum
alligatos tenet. nec magis illis descende
re datum est quam tibi tutum. fastigio tuo af
fixus es. Nostros motus pauci sentiunt, prodi
re nobis ac recedere et mutare habitum. sine sen
su publico licet. Tibi non magis quam soli
latere contingit. Multa contra te lux est.
Omnium in istam conversi oculi sunt. Pro
dire te putas, oriris. Loqui non potes. nisi
ut vocem tuam que ubique sunt gentes ex
cipiant. Irasci non potes, nisi ut omnia
tremant. sic neminem affligere, nisi ut quic
quid circa fuerit quatiatur. Ut fulmina pau
corum periculo cadunt, omnium metu. sic animad
versiones magnarum potestatum terrent latius quam
nocent. Non enim quantum fecerit. sed quan
tum facturus sit cogitatur. quam multa pt
Adice nunc quod privatos homines ad accipi
endas iniurias opportuniores acceptarum pa
tientia facit. Regibus certior est ex man ^frequens
suetudine securitas. quia ^vindicta pau
corum odium reprimit. omnium irritat. volun
tas oportet ante seviendi. quam causa de

a ficiat. Aliqui quemadmodum precise arbores
plurimis ramis repullulant et multa sa-
torum genera ut densiora surgant. reciduntur
ita regia crudelitas auget inimicorum nu-
merum tollendo. Parentes enim liberique eorum
qui interfecti sunt et propinqui et amici in
locum singulorum succedunt. Hoc quam verum sit
admonere te exemplo domestico volo. divus
augustus fuit mitis princeps. Si quis
illum a principatu suo estimare incipiat. in
communi quidem r. p. gladium movit. cum
huius etatis esset quod tu nunc es. duodevi-
cesimum egressus annum iam pugiones in si-
nu amicorum absconderat. Jam insidiis M.
anthonii consulis latus petierat/ iam fu-
erat collega proscriptionis. Sed cum annum
quadragesimum transisset et in gallia mo-
raretur/ delatum est ad illum indicium L.
Cinne stolidi ingenii virum insidias ei stru-
ere datum est. et ubi et quando et quemad-
modum vellet aggredi. unus ex sociis defere-
bat. constituit se ab eo vindicare. Consilium
l. al' vox amicorum advocari iussit. Nox illi inqui-
eta erat cum cogitaret adolescentem nobilem
hoc detracto integrum. Gnei pompeii ne-
potem damnandum. Jam unum hominem occi-
dere non poterat. Cum M. anthonio pro-

b.

scriptionis edictum inter cenam dictaret / ge-
mens subinde uoces varias emittebat et in-
ter se contrarias / Quid ergo ego percussorem
meum securum ambulare patiar me sollicito.
Ergo non dabit penas qui tot ciuilibus bel-
lis frustra petitum caput tot naualibus
tot pedestribus prelijs incolume. Postquam
terra mari que pax parta est. non occidere
constituat. sed immolare. Nam sacrifica-
tem placuerat adoriri. Rursus silencio in-
terposito maiore multo voce quam Cinne i-
rascebatur. Quid viuis si perire te tam mul-
torum interest. Quis finis erit suppliciorum.
quis sanguinis. Ego sum nobilibus adole-
scentulis expositum caput. in quod mucro-
nes acuant. Non est tanti vita. si ut ego
non peream. tam multa perdenda sunt. Inter-
pellauit tandem illum liuia uxor. Et admit-
tis inquit muliebre consilium. Fac quod medi-
ci solent. qui ubi usitata remedia non pro-
cedunt. temptant contraria. Seueritate
nichil profecisti adhuc. Saluidienum lepi-
dus secutus est. lepidum murena. mure-
nam cepio. cepionem egnatius. ut alios ta-
ceam. quos tantum ausos pudet. Nunc tempta
quomodo tibi cedat clementia. Ignosce L. cinne
deprehensus est. iam nocere tibi non potest

pro de fame tue p.c. Gavisus s. quod advocatum invenerat, uxori gratias egit, renunciari aut extemplo amicis quos in consilio rogaverat imperavit, et cinnam unum ad se accersit. Dimissis que omnibus e cubiculo, cum alteram cinne poni cathedram iussisset. Hoc inquit primum a te peto ne me loquentem interpelles, ne medio sermone meo proclames, tibi dabitur loquendi liberum tempus. Ego te cinna cum in hostium castris invenissem, non factum tantum michi inimicum sed natum servavi. patrimonium tibi omne concessi. hodie tam felix es et tam dives, ut victo victores invideant. Sacerdotium tibi petenti ceteris compluribus, quorum parentes mecum militaverant dedi. Cum sic de te meruerim, occidere me constituisti. Cum ad hanc vocem exclamasset procul hanc a se abesse clemenciam, non prestas inquit fidem cinna convenerat ne interloqueris. Occidere inquit me paras, adiecit locum, socios, diem, ordinem insidiarum, cui commissum esset ferrum. Et cum defixum videret, nec ex conventione iam, sed ex consciencia tacentem, quo inquit hoc animo facis ut ipse sis princeps. Male me hercle cum p. r. agitur, si tibi ad imperandum nichil preter me obstat. Domum tueri tuam non potes. Nuper libertini hominis gratia in privato

iudicio superatus es. adeo nichil facilius po
tes quam contra cesarem advocare. Cedo
si spes tuas solus impedio. Paulus ne te
et maximus fabius et cossi et servilii ferent
tantum quam agmen non inania nomina pre
ferentium. sed eorum quam ymaginibus suis de
cori sint. Ne totam eius orationem repe
tendo magnam voluminis partem occupem. Di
utius enim quam duabus horis locutum esse
constat cum hanc penam qua sola erat con
tentus futurus ostenderet. Vitam inquit t
Cynna iterum do prius hosti nunc insidiatori
ac parricide. Ex hodierno die inter nos ami
citia fiat. Contendamus utrum ego meliore
fide tibi vitam dederim an tu debeas. post
hoc detulit ultro consulatum questus quod
non auderet petere. Amicissimum fidelissi
mumque habuit, heres solus illi fuit. nullis b am
plius insidiis ab illo petitus est. Ignovit
abavus tuus victis. Nam nisi ignovisset
quibus imperasset. Salustium et cocceios et
duellios et totam cohortem primam admis
sionis adversariorum castris conscripsit. Iam
domitios. messalas. asinios. cicerones. et quid
quid floris erat in civitate. clementie sue
debebat. Ipsum lepidum quamdiu mori pas
sus est. Per multos annos tulit ornamenta

l. al' debebat

ta principem retinentem. et pontificatum maximum
non nisi mortuo illo transferri in se passus est
Maluit enim illum honorem vocari quam
spolium. Hec eum clementia ad salutem se-
curitatemque perduxit. Hec gratum ac favo-
rabilem reddidit. quamvis nondum subactis po-
puli romani cervicibus manum imposuisset. Hec hodieque
prestat illi famam que vix vivis principibus servit
Deum esse non tamquam iussi credimus. Bonum
principem augustum bene illi convenisse pa-
rentis nomen fatemur. ob nullam aliam causam
quam quod contumelias quoque suas. que acerbi-
ores principibus solent esse quam iniurie. nulla
crudelitate exequabatur. quod probrosis in se
dictis arrisit. quod dare illum penas apparebat
cum exigeret. quod quoscumque ob adulterium fami-
lie sue dampnaverat. adeo non occidit ut di-
missis quoque tutiores essent diplomata da-
ret. hoc est ignoscere cum scias multos futu-
ros. qui pro te irascantur. tibi alieno sanguine
gratificante. non dare tantum salutem sed
prestare. Hoc augustus senex faciebat. aut
iam in senectutem annis vergentibus. In a-
dolescentia caluit. arsit. ita multa fecit. ad
que motus oculos retorquebat. Comparare nemo
mansuetudini tue audebit divum augus-
tum. etiam si in certamen iuvenilium annorum

f

deduxerit et senectute · postquam vinum fuerat
moderatus · Et clemens nempe post mare
acciacum romano cruore infectum · nempe
post fractas in Sicilia classes et suas alie/
nas · nempe post ustas navales et proscripci/
ones · Ego vero clementiam non voco lassam
crudelitatem · Hec est cesar clementia
vera quam tu prestas · que non sevicie penitentia
cepit nullam habere maculam · nunquam civilem
sanguinem fudisse · Hec est in maxima potestate
verissima animi temperantia · et humani ge/
neris · Comprehendit te sui amor · non cupidi/
tate aliqua · non temeritate ingenii · non
priorum principum exemplis corruptus · quan/
tum in cives suos liceat experiendo temp/
tare · sed hebetare aciem imperii sui · pre/
stitisti cesar civitatem incruentam · et hoc
quod magno animo gloriatus es · nullam te
toto orbe stillam cruoris humani misisse
quo maius est mirabiliusque quod nulli un/
quam citius gladius commissus est · Cleme/
ntia ergo non tantum honestiores · sed tutiores
prestat · ornamentumque imperiorum est · simul
et certissima salus · Quid enim est quod cum
reges consenuerint · liberis quod ac nepotibus
tradiderint regna · Tyrannorum execrabilis
ac brevis potestas est · Quid interest inter

tyrannum ac regem. Species enim ipsa fortune ac
licentia par est. nisi quod tyranni in voluptate
seviunt. reges non nisi ex causa aut necessita-
te. Quid ergo non reges occidere solent. Sed
quotiens id fieri publica utilitas persuadet tyran-
nis sevitia cordi est. Tyrannus autem a rege
distat factis non nomine. Nam et dyonisius
maior iure merito quod preferri multis regibus
potest. Et L. sillam appellari quid prohibet
cui occidendi finem fecit inopia hostium. De-
scenderit licet e [in] dictatura sua et se toge reddi-
derit. Quis tamen unquam tyrannus tam a-
vide humanum sanguinem bibit quam ille
qui septem milia civium romanorum contrucidari
iussit. Et cum in vicino ad edem bellone sedens
exaudisset exclamationem tot milium sub gla-
dio gementium. exterrito senatu hoc agamus
inquit p. c. Seditiosi pauculi meo iussu
occiduntur. hoc non est mentitus. pauci sille vi-
debantur. sed mox de silla consequemur quod
al' corpore hostibus irascendum sit. utique in hostile nomen
cives. et ex eodem tempore abrupti transilierint
Interim hoc quod dicebam de clementia efficiat
ut magnum inter regem tyrannum quod discrimen
sit. Uterque licet non minus armis velletur. Sed
alter arma habet quibus in munimentum pa-
cis utitur. Alter ut magno timore magna

h

odia compescat. nec illas manus quibus se
commisit securus aspiciat. Contrariis inuicem
agitur. Nam cum inuisus sit quia timetur.
timeri uult quia inuisus est. Et illo exe-
crabili uersu. qui multos dedit precipites utitur.
Oderint dum metuant. ignarus. quanta rabi-
es oriatur ubi ultra modum odia creuerint.
Temperatus enim timor cohibet animos. assiduus
uero et acer et extrema admouens in audaciam
iacentes excitat. et omnia experiri suadet.
Sic feras lineis et penna conclusas conti-
neas. Deinde ergo eques telis incessit. temp-
tabunt fugam per ipsa que fugerant. proculca-
bunt quoque formidinem. Acerrima uirtus est
quam ultima necessitas extendit. Relinquat
oportet securi aliquid metus. multo quoque plus
spei quam periculorum ostentet. Alioquin ubi que-
scenti paria metuuntur. incurrere in pericula iuuat
et aliena anima abuti. Placido tranquillo-
que regi fida sunt auxilia sua. quibus ad communem
salutem utitur. gloriosus quoque miles. Publi-
ce enim securitati dare operam uidetur. omnem
laborem libens patitur. ut parentis custos.
At illum acerbum et sanguinarium necesse est grauentur
stipatores sui. Non potest habere quisquam
bone ac fide uoluntatis ministros. quibus in tor-
mentis et eculeo et ferramentis ad mortem

7 paratus utitur, quibus non aliter quam hostibus ho-
mines obiectat, omnibus rebus noxie ac so-
licitudinis ut qui homines deos quoque testes ac vin-
dices facinorum timeat, eo perductus ut non li-
ceat illi mutare mores. Hoc enim inter cetera
vel pessimum habet crudelitas: perseverandum est
nec ad meliora patet regressus. Scelera enim
sceleribus tenenda sunt. Quid autem eo in-
felicius, cui iam esse malum necesse est. O
miserabilem illum sibi certe. Nam ceteris
misereri nephas sit, qui cedibus ac rapinis
potentiam exercuit, qui suspecta sibi cuncta red-
didit tam externa quam domestica. Cum arma
metuat, ad arma confugiens, non amicorum
fidei credens, non pietati liberorum, qui ubi
circumspexit queque fecit, queque facturus est
et conscientiam suam plenam sceleribus ac tor-
mentis adaperuit, sepe mortem timet, sepius
optat, invisior sibi quam servientibus. E contrario
is cui cure sunt universa, qui alia magis
alia minus tuetur, nullam non rei publice partem
tamquam sui nutrit, inclinatus ad mitiora
etiam si ex usu est animadvertere, ostendens quam
invitus aspero remedio manus admove-
at, in cuius animo nichil hostile, nichil
efferum est, qui potentiam suam placide
ac salutariter exercet, approbare civibus

imperia sua cupiens, felix hinc videtur, fortunamque suam publicavit, sermone affabilis
accessu quoque facilis, vultu quo maxime popu-
los demeretur amabilis, equis desideriis pro-
pensus, etiam iniquis acerbus, a tota civitate
amatur, defenditur, colitur. Eadem de illo ho-
mines secreto loquuntur que palam, tollere fi-
lios cupiunt et publicis malis sterilitas in-
dicta recluditur. Bene se meriturum de liberis
suis non dubitat, quibus tale seculum os-
tenderit. Hic princeps suo beneficio tutus
nichil presidiis eget, arma ornamenti causa
habet. Quod ergo officium eius est quod bono-
rum parentum qui obiurgare liberos nonnumquam
minaciter solent, aliquando admonere verberibus.
Numquid aliquis sanus filium a prima
offensa exheredat, nisi magne et multe
iniurie patientiam evicerint, nisi plus potest
quod timet quam quod dampnat. Non accedit
ad decretorium stilum, multa ante temptat
quibus dubiam indolem et peiore loco iam
positam revocet. Postquam omnia simul
deploratum sunt, ultima experitur. Nemo
ad supplicia exigenda pervenit, nisi qui reme-
dia consumpsit. Hoc quod parenti, etiam princi-
pi faciendum est, quem appellavimus pa-
trem patrie, non adulatione vana adducti

Ceterum enim cognomina honori data sunt. Ma
gnos et felices augustos diximus et ambitiose
maiestati quicquid potuimus titulorum congessimus
illis hoc tribuentes. Patrem quidem patrie ap
pellavimus ut sciret datam sibi potestatem
patrie que est temperatissima liberis consules
suaque post illos reponens. tradat sibi. Pa [al' tradi]
ter membra sua abscidat, etiam cum absciderit
reponere cupiat et in abscidendo gemat cunc
tatus multum diuque. prope est enim ut nimis
puniat qui nimis. Triconem equitem R
memoria nostra quia filium suum flagellis
occiderat populus graphiis in foro confodit.
vix augusti cesaris auctoritas illum infes
tam patrum quam filiorum manibus eripu
it. Tarium qui filium deprehensum in parri
cidii consilio exilio damnavit causa cognita nemo
non suspexit quod contentus exilio fuit. Et
exilio delicato massilie parricidam continuit
et annua illi prestitit quanta prestare integro
solebat. Hec liberalitas effecit ut in qua
civitate numquam deest patronus peioribus
nemo dubitaret quin reus merito damnatus
esset quem ipse tibi damnare potuisset
qui odisse non poterat. Hoc ipso exemplo
dabo quem compares bono patri bonum principem.
Cogniturus de filio Tarius advocavit

in consilium cesarem augustum · venit in pri- m
uatos penates · assedit · pars alieni consi-
lii fuit · non dixit · ymo in domum meam veniat · quod
si factum esset · cesaris futura erat cognicio
non patris · Audita causa · excussisque omni-
bus · et hiis que adolescens pro se dixerat · et
hiis quibus arguebatur · petit ut sententiam
suam quisque scriberet · ne ea omnium fieret ·
que cesaris fuisset · Deinde priusquam
aperirentur codicilli · iurauit se tharius ho- i. filii
minis locupletis hereditatem non aditurum
Dicet aliquis pusillo animo · Timuit ne
videretur locum spei sue aperire velle in
filii dampnacione · Ego contra sentio / quili-
bet nostrum debuisset aduersus oppiniones
malignas satis fiducie habere in bona con-
sciencia · Principes multa debent etiam
fame dare / iurauit se non aditurum hereditatem
Tharius quidem eodem die · et alterum heredem
perdidit / Sed Cesar libertatem sententie sue
redemit · Et postquam approbauit gratuitam
esse seueritatem suam · quod principi semper curando
est · dixit relegandum · quo patri videretur
non culleum · non serpentes · non carcerem decre-
uit · memor non de quo censeret · sed cui in
consilio esset / Mollissimo genere pene contentum
esse debere patrem dixit in filio adolescentulo
patrem

n impulsus in id scelus inquis se quod proximum e
rat ab innocentia timide gessisset. Debebat
illum abducere et a parentis oculis submouere.
O dignum quem in consiliis patres aduoca
rent. O dignum quem coheredem innocenti
bus liberis scriberent. Hec clementia prin
cipem decet ut quocumque venerit mansuetiora
omnia faciat. Nemo regi tam vilis sit
ut illum perire non sentiat. qualiscumque pars
imperii est. In magna imperia ex minoribus
petamus exemplum. non unum imperandi genus
imperat princeps ciuibus suis. pater libe
ris. preceptor discentibus. tribunus vel cen
turio militibus. nonne pessimus pater vide
bitur qui assiduis plagis liberos etiam ex le
uissimis causis compescet. Utrum autem
preceptor liberalibus studiis dignior. qui
excarnificabit discipulos. si memoria illis
non constiterit. aut si parum agilis in legen
do oculus heserit. an qui monitionibus et
verecundia emendare ac docere malit. Tribu
num centurionemque da seuum desertores fa
ciet. quibus tamen ignoscitur. Numquid
aliquanto equum est grauius homini et durius
imperari quam imperantur animalibus mutis.
Atqui equum non crebris verberibus exter
ret domandi peritus magister. fit enim formi

dolosus et contumax nisi eum blandiente
tactu permulseris. Idem facit venator qui
et instituit catulos vestigia sequi quique iam
exercitatis utitur ad excitandas vel persequen-
das feras nec crebro illis minatur contunde-
tur animus et quicquid est indolis comminuetur
trepidatione degeneri nec licentiam vagandi
errandique passim concedit. Adicias huius
licet tardiora agentes iumenta que cum
ad contumelias et miserias nata sint nimia
seuicia coguntur iugum detractare. Nul-
lum animal morosius est nullum maiore
arte tractandum quam homo nulli magis
parcendum. Quid enim est stultius quam iumen-
tis quidem et canibus erubescere iras exerce-
pessima autem condicione sub homine esse. Mor-
bis medemur nec irascimur. Et qui et hic
morbus est animi mollem medicinam deside-
rat ipsumque medentem minime infestum egro.
Mali medici est desperare ne curet idem
in his quorum animus affectus est facere debe-
bat cui tradita salus omnium est non cito spem
proicere nec mortifera signa pronunciare.
Luctetur cum vitiis resistat aliis morbum
suum exprobret quosdam molli curatione deci-
piat citius melius quam sanaturus remediis
fallentibus. Agat princeps curam non tantum

p salutis. sed etiam honeste cicatricis. Nulli
regi gloria est ex seva animadversione. Quis
enim dubitat posse. At contra maxima. si
vim suam continet. si multos ire aliene eri-
puit. neminem sue impendit. Servis imperare
moderate laus est. Et in mancipio cogitandum
est. non quantum illud impune pati possit. sed
quantum tibi permittat equi bonique natura que
parcere etiam captivis et precio paratis iu-
bet. Quanto iustius iubet tanto iustius ho-
minibus liberis. ingenuis. honestis non ut
mancipiis abuti. sed hiis quos gradu ante-
cedas. quorumque tibi non servitus tradita sit
sed tutela. Servis ad statuam licet confu-
gere cum in servum omnia liceant. Est aliquid
quod in hominem licere commune ius animantium
vetet. Quis non Vedium Polionem peius ode-
rat quam servi sui. quod murenas sanguine
humano saginabat. et eos qui se aliquid of-
fenderant in vivarium quod aliud quam serpe-
tum abici iubebat. O hominem mille morti-
bus dignum. sive devorandos servos obicie-
bat murenis quas esurus erat. sive in hoc
tantum illas alebat. ut sic aleret. Quem-
admodum domini crudeles tota civitate common-
strantur. invisique et detestabiles sunt. ita re-
gum et iniuria latius patet. et infamia atque

odium seculis traditur. Multos autem non nas-
ci melius fuit, quam numerari inter publica
mala natos. Excogitare nemo quicquam poterit
quod magis decorum regenti sit quam cleme-
tia quocumque modo is et quocumque iure prepo-
situs ceteris erit. Eo scilicet formosius id esse
magnificentiusque fatebimur quo in maiore pre-
stabit potestate. Quam non oportet noxiam
esse si ad nature legem componitur. Natura
enim commenta est regem quod ex aliis animalibus
licet cognoscere. Et ex apibus quarum regi
amplissimum cubile est medio et tutissimo
loco. Preterea honore vacat exactor alie-
norum operum et amisso rege totum dilabitur
nec unquam plus unum patiuntur meliorem
quod pugna querunt. Preterea insignis regi
forma est dissimilis ceteris tum magnitu-
dine tum nitore. Hoc tamen maxime disting-
uitur. Iracundissime ac pro corporis captu
pugnacissime sunt apes et aculeos in vulnere
relinquunt. Rex ipse sine aculeo est. No-
luit illum natura nec seuum esse nec ul-
tionem magno constaturam petere. Telum
quod detraxit et iram eius inermem reliquit.
Exemplar hoc magnis regibus ingens.
Est enim illi mos exercere se in parvis
et ingentium rerum documenta in minima agere.

Pudeat ab origius animalibus non trahere
mores. cum tanto hominum moderatior animus
esse debeat. quanto vehementius nocet. utinam
quidem eadem homini lex esset. et ira cum telo
suo frangeret. nec liceret nocere quam semel. nec
alienis viribus exercere odia. facile enim lassa-
retur furor si per se sibi satisfaceret. et si mor-
tis periculo vim suam effunderet. Sed ne nunc
quidem illi cursus tutus est. Tantum enim ne-
cesse est timeat. quantum timeri voluit. et ma-
nus omnium observet. et eo quoque tempore quo
non captatur peti se iudicet. nullum quod mo-
mentum immune timet. Habeat hanc aliquid
agere vitam substinet. cum liceat innoxium
aliis ob hoc securum salutare potentiamque eius
letis omnibus tractare. Errat enim si quis
existimat tutum esse ibi regem. ubi nichil a re-
ge tutum. Sed securitas securitate mutua pa-
ciscenda est. Non opus est instruere in altum
editas arces. nec in ascensum arduos colles
emunire. nec latera montium abscidere. mul-
tiplicibus se muris turribusque sepire. Sal-
vum regem clementia in aperto prestabit. Unum
est inexpugnabile munimentum amor civium.
Quid pulchrius est quam vivere optantibus
cunctis. et vota non sub custode titubantibus
si paulum valitudo titubavit. non spem hominum

i. imperii

al' h[abet] autem s[ed] contra

securitati sed metum. Nichil esse cuiquam tam 6.
preciosum quod non pro salute presidis sui com- 1
mutatum velit. O ne illo cui contingat verentes
vivere deberet. In hoc assiduis bonitatis ar-
gumentis probavit non rem publicam suam esse sed se
rei publice. Quis huic audeat struere aliquod pe-
riculum. Quis ab hoc non si possit fortunam
quoque avertere velit sub quo iusticia pax pu-
dicicia securitas dignitas florent sub quo
opulenta civitas copia bonorum omnium habun-
dat. Nec alio animo rectorem suum intuetur
quam si dii immortales potestatem visendi sui
faciant intueamur venerantes colentesque.
Quid autem non proximum illis tenet locum
is qui se ex deorum natura gerit beneficus
ac largus et in melius potens. Hoc affectare
hoc imitari decet. Maximum ita haberi ut op-
timus simul habeatur. A duabus causis
punire princeps solet. Si aut se vindicat
aut alium. Prius de illa parte disseram
que ipsum contingit. Difficilius est enim mo-
derari ubi dolori debetur ulcio quam ubi
exemplo. Supervacuum est hoc loco admonere
ne facile credat ut verum excuciat ut in-
nocentie faveat ut appareat ut non mi-
norem magis rem periclitantis quam iudicis
sciat. Hoc enim ad iusticiam non ad clemen-

tiam pertinet. Aut illum hortamur
ut manifeste lesus animum in potestate habeat et pe-
nam si tuto poterit donet, sin minus tempe-
ret. longe quam sit inhumanius, quam maliens ex-
orabilior iniuriis. Nam quemadmodum
non est magni animi qui de alieno libe-
ralis est, sed ille qui quod alteri donat sibi
detrahit: ita clementem vocabo non in ali-
eno dolore facilem, sed illum qui cum suis
stimulis exagitetur non prosilit, qui in-
telligit magni animi esse iniurias in summa
potentia pati, nec quicquam esse gloriosius
principe impune leso. Ultio duas res
prestare solet: aut solacium affert ei qui
accepit iniuriam, aut in reliquum securita-
tem. Principis maior est fortuna quam
ut solatio egeat, manifestior quam vis quam
ut alieno malo opinionem sui virium querat.
Hoc dico cum ab inferioribus petitus vio-
latus quam est. Nam si quos pares ali-
quando habuit, infra se videt, satis vin-
dicatus est. Regem et servus occidit
et serpens et sagitta, servavit quidem
nemo nisi maior eo quem servavit.
Uti itaque animose debet tanto mune-
re deorum dandi auferendique vitam potes-
tate in illis presertim quos scit aliquando sibi fasti-

regio obtinuisse. Hoc arbitrium adeptus
ultionem impleuit. prestititque quantum vere pe-
ne satis erat. perdidit enim vitam qui
debet. et quisquis ex alto ad inimici pedes
abiectus. alienam de vita et regno sententiam
expectauit. in servatoris sui gloriam viuit
plusque nomini eius confert incolumis
quam si ex oculis ablatus esset. Assiduum
enim spectaculum aliene virtutis est in tri-
umphum cito transisse. Si vero regnum
quoque suum tuto relinqui apud eum po-
tuit. reponi quoque eo unde deciderat. ingen-
ti incremento surgit laus eius. qui contentus
fuit ex rege victo nichil preter gloriam
sumere. Hoc est etiam ex victoria sua
triumphare. testari quod nichil se quod
dignum esset victore apud victos inve-
nisse. Cum civibus et ignotis atque humilibus
eo moderatius agendum est. quo minoris
est afflixisse eos. Quibusdam libenter par-
cas. a quibusdam te vindicare fastidias.
Et non aliter quam animalibus parvis et
obterentem inquinantibus reducenda manus
est. At in illis qui in ore civitatis servati
puniti quam erunt. occasione note cleme-
tie utendum est. Transeamus ad ali-
enas iniurias. in quibus vindicandis h

a ttra lex secuta est. que princeps quoque sequi
debet. Aut ut eum quem punit emendet.
Aut pena eius ceteros meliores reddat. aut
sublatis malis securiores ceteri uiuant.
Ipsos facilius emendabis minore pena. di-
ligentius enim uiuit cui aliquid integri super-
est. Nemo dignitati perdite parcit. In-
punitatis genus est iam non habere pene locum.
Ciuitatis autem mores magis corrigit par-
citas animaduersionum. facit enim consuetudinem
peccandi multitudo peccantium. Et minus grauis
nota est. quam turba dampnacionum leuat.
Et seueritas quod maximum remedium habet
assiduitate amittit auctoritatem. Consti-
tuit bonos mores ciuitati princeps. et ui-
cia eius facilius remouet. si paciens eorum
est non tamquam probet. sed tamquam inuitus
et cum magno tormento ad castigandum
veniat. Verecundiam peccandi facit ipsa
clemencia regentis. Grauior multo pena
videtur. que a miti uiro constituitur. Preterea
videbis ea sepe committi. que sepe vindicantur.
Pater tuus plures intra quinquennium cul-
leo insuit. quam omnibus seculis insutos
accepimus. Multo minus audebant liberi
nefas ultimum admittere. quamdiu sine le-
ge crimen fuit. Summa enim prudentia

b.

tristissimi viri et rerum nature peritissimi
maluerunt velut incredibile scelus et
ultra audaciam positum preterire quam dum
vindicant ostendere posse fieri. Itaque par-
ricide cum lege ceperunt et illis facinus
pena monstravit. Pessimo vero loco pi-
etas fuit postquam sepius culleos vidimus
quam cruces. In qua civitate raro homines
puniuntur in ea consensus fit innocentie et in-
dulgetur velut publico bono. Putet se
innocentem esse civitas erit. Magis irascetur
a communi frugalitate desistentibus
si paucos esse viderit. Periculosum est mihi
crede ostendere civitati quanto plures mali
sint. Dicta est aliquando a senatu sententia ut
servos a liberis cultus distingueret. De-
inde apparuit quantum periculum immineret si
servi nostri numerare nos cepissent. Idem
scito metuendum esse si nulli ignoscitur. Cito
apparebit pars civitatis deterior quanto pre-
gravet. Non minus principi turpia sunt
multa supplicia quam medico multa fu-
nera. Remissius imperanti melius paretur. no.
Natura contumax est humanus animus
et in contrarium atque arduum nitens sequiturque
facilius quam ducitur. Et ut generosi ac no-
biles equi melius facili freno reguntur



Ista clementia voluntaria innocentia impe
tu suo sequitur. et dignum putat cuius qui
servet sibi. Plus itaque hac via proficitur.
Crudelitas minime humanum malum est indignumque
est tam miti animo. ferina ista rabies est
sanguine gaudere et vulneribus et abiecto
homine in silvestre animal transire. Quid
enim interest oro te Alexander leoni lysima
chum obicias an ipse laceres dentibus tuis
tuum os. Est tua illa feritas. O quam cuperes
tibi potius ungues esse. tibi rictum illum e
dendorum hominum capacem. Non exigimus
a te ut manus ista exitium familiarium certis
simum ulli salutaris sit. ut iste animus ferox in
satiabile gentium malum citra sanguinem
cede que satietur. Clementia invocatur ad occidendum
amicum carnifex inter homines eligitur. Hoc
est quare vel maxime abhominanda sit se
vitia quod excedit fines primum solitos deinde
humanos nova supplicia conquirit ingenium
advocat instrumenta excogitat per que va
rietur atque extendatur dolor et delectetur ma
lis hominum. Tunc illi dirus animi morbus ad
insaniam pervenit ultimam cum crudelitas
versa est in voluptatem etiam occidere hominem
iuvat. Maturaliter vir a tergo sequitur
aversio. Odiosus. venena. gladii. tam multis

periculis patetur · quam multorum periculum ipsum est
privatis quam non numquam consiliis · Alias vero
consternatione publica circuierunt · Levius ei
et privata pernicies · non totas urbes movet /
quod late furere cepit et omnes appetit undique
configitur · Serpentes parvule fallunt nec
publice conquiruntur · ubi aliqua solitam men/
suram transit · et in monstrum excrevit · ubi fon/
tes potu inficit et si afflavit · deurit · obterit
que · quacumque incessit balistis petitur · possunt
verba dare et evadere pusilla mala · inge/
tibus obviam itur · Sic unus eger nec domum
quidem perturbat · At ubi crebris mortibus
pestilentiam esse apparuit · conclamatio civi/
tatis ac fuga est · et diis ipsis manus inten/
duntur · Sub uno aliquo tecto flamma ap/
paruit · familia vicinique aquam ingerunt · At
incendium vastum et multas iam domos de/
pastum parte urbis obruitur · Crudelitatem pri/
vatorum quoque serviles manus sub certo cruc/
periculo ulte sunt · Tyrannorum gentes populi
que et quorum erat malum · et hii quibus immine/
bat · excidere aggressi sunt · Aliquando sua pre/
sidia in ipsos consurrexere perfidiamque et im/
pietatem et feritatem · et quicquid ab illis didi/
cerant in ipsos exercuerunt · Quid enim potest
ab eo quisquam sperare · quem malum esse

c voravit. Non diu apparet nequitia. nec
gnatum videtur peccatum. sed putavit esse tu-
tam crudelitatem. Quare huius regnum non
aliud est quam captarum urbium forma. et terri-
biles facies publica metus. omnia mesta.
trepida. confusa. Voluptates ipse timentur
non convivia securi ineunt. in quibus lingua
sollicite etiam ebriis custodienda est. non spec-
tacula. ex quibus materia criminis ac periculi que-
ritur apparent. licet inquit magna impen-
sa. et regiis opibus. et artificum exquisi-
l. ludi tis nominibus. Quem tamen in carcerem
iuvent. Quod istud dii boni malum est. occi-
dere. sevire. delectari sono cathenarum. et civi-
um capita decidere. quocumque ventum est
multum sanguinis fundere. aspectu suo ter-
rere ac fugare. Que alia vita esset. si le-
ones ursique regnarent. si serpentibus in nos
ac noxiosissimo cuique animali daretur potestas.
al. expertia Illa rationis inexperta. et a nobis immanitatis
crimine damnata. abstinent suis. et tu-
ta est etiam inter feras similitudo morum.
Apud homines tantum. ne a necessariis quidem
rabies temperat sibi. sed externa suaque in
equo habet. quo post exercitatior a singulorum.
Deinde cedibus ingentia gentium serpere.
et inicere tectis ignem. aratrum vetustis

f

in urbibus indulgentie potentiae. putat et unum oc-
cidi iubere, aut alterum parum imperatorium
credit nisi eodem tempore grex miserorum sub-
iectus steterit / crudelitatem suam in ordine co-
actam putat. felicitas illa multis salutem
dare. et ad vitam ab ipsa morte revocare. et
mereri clementiae civicam non potest. Nul-
lum ornamentum principis fastigio dignius
pulchriusque est. quam illa corona ob ci-
ves servatos. non hostilia arma detracta
victis. non currus barbarorum sanguine
cruentati. non parta bello spolia. Haec di-
vina potentia est gregatim ac publice ser-
vare. Occisos autem occidere et indiscre-
tos incendium ac ruine potentia est. Expli-
cit liber Annei Senece Lucii de cle-
mentia ad Neronem. Incipit liber
secundus de Clementia ad Neronem.

Ut de clementia scriberem
Nero Cesar. una me
vox maxime compulit.
quam ego non sine admi-
ratione. et cum diceretur
audisse memini. et dein
aliis narrasse / vocem
generosam magni animi.
magne lenitatis. que non composita. nec

i. clementie

aliciens auribus subito data terruit · et bonitatem tuam cum fortuna tua litigante in medium adduxit ¶ Animadversurus in latrones duos Burrus prefectus tuus vir egregius et tibi principi notus · exigebat a te scriberes in quos · et ex qua causa animadverti velles · hoc sepe dilatum · ut aliquando fieret instabat ? Invitus invito cum cartham protulisset [al' protulisset] : traderetque · exclamasti · vellem nescire litteras · O · dignam vocem quam audirent omnes gentes que romanum imperium colunt · queque iuxta iacent dubie libertatis · queque contra viribus aut animo attollunt · O · vocem in contionem omnium mortalium mittendam in cuius verba principes regesque iuramentum faciant · O · vocem publica generis humani innocentiam dignam · cui redderetur antiquum illud seculum ¶ Non [al' nunc] profecto consentire decebat ad equum bonumque expulsa alieni cupidine ex qua omne animi malum oritur · pietatem integritatemque cum fide ac modestia surgere et vicia diuturno abusa regno · tandem felici ac puro seculo dare locum futurum · hoc cesar ex magna parte sperare · et confiteri libet ¶ Tradetur ista animi tui mansuetudo · diffundetur paulatim per omne imperii corpus · et cuncta in similitudinem tuam formabuntur ¶ A capite bo-

ualitudo i omnes uegeta est atque erecta aut lan-
guore demissa prout animus eorum uiuit aut
marcescat. et erunt ciues, erunt socii digni hac
bonitate. et in totum orbem recti mores reu-
tentur. parcetur ubique manibus tuis. Diu-
tius me morari hic patere. non ut bland-
dus auribus tuis. nec enim hic michi mos est.
Maluerim ueris offendere quam placere
adulando. Quid ergo est preter id quod bene
factis dictis que tuis quam familiarissimum esse
te cupio. ut quod natura et impetus est fiat
iudicium. Illud mecum considero multas uoces
magnas sed detestabiles in uitam humanam al' ferri
peruenisse celebresque uulgo fieri. ut illam
Oderint dum metuant. Cui grecus uersus
similis est qui se mortuo terram misceri ig-
nibus iubet. et alia huius note. ac nescio quo-
modo ingenia in immani et inuisa materia
secundiori expresserunt sensus uehementes
et concitatos. Nullam adhuc uocem audi-
ui ex bono lenique animosam. Quid ergo est
ut raro inuitus et cum magna cunctatione
cum multis dilationibus. ita aliquando scribas
necesse est istud quod tibi in odium litteras
adduxit. Sed sicut facis cum magna cuncta-
tione cum multis dilationibus. ne forte
decipiat nos speciosum clementie nomen

7 aliquid et in contrarium abducat. Videamus quid
sit clemencia qualisque sit et quos fines habeat

Clemencia est temperancia de clemencia
animi in potestate ulciscendi quid sit
vel lenitas superioris adversus infe-
riorem. In constituendis penis plura propone-
re tucius est, ne una finicio parum rem compre-
hendat, et ut ita dicam formula excidat.
Itaque dici potest et inclinacio animi ad
lenitatem in pena exigenda. Illa finicio con-
tradiccionis inveniet, quamvis maxime
ad verum accedat. Si dixerimus clemenciam
esse moderacionem aliquid ex merita ac debita ·al' ex iusta
pena remittentem, reclamabitur nullam virtutem
cuiquam minus debito facere. At qui omnes
intelligunt clemenciam esse que se flectit cit-
ra id quod merito constitui potest. Huic con-
trariam imperiti putant severitatem, sed nulla

virtus virtuti contraria est. Quid ergo oppo-
nitur clemencie? Crudelitas, que nichil a-
liud est quam atrocitas animi in exigendis
penis. Sed quidam non exigunt penas, cru-
deles tamen sunt, tamquam qui ignotos homines
et obvios non in compendium sed occidendi causa
occidunt, nec interficere contenti seviunt, ut
Sinis ille et Procrustes et pirate qui
captos verberant et in ignem vivos impo-

k

sunt. Hec crudelitas quidem. sed quia nec
ultionem sequitur. nec peccatori alicui irascitur.
nullum enim antecessit crimen. extra finitionem
nostram cadit. que finitio continebat in penis
exigendis intemperantiam animi. possumus
dicere non esse hanc crudelitatem. sed feri-
tatem. cui voluptati sevitia est. possumus
insaniam vocare. Nam varia sunt genera
eius. et nullum certius quam quod in cedes
hominum et laniationes pervenit. Illos ergo
crudeles vocabo. qui puniendi causam
habent. modum non habent. Sicut in Pha-
lari quem aiunt. non quidem in homines
innocentes. sed super humanum ac probabi-
lem modum sevisse. possumus effugere cavil-
lationem. et ita finire. ut sit crudelitas
inclinatio animi ad asperiora. hanc cle-
mentia repellit longius stare a se. Cum
severitate illi convenisse adesse certum est.
Ad rem pertinet querere hoc loco quid sit misericordia.
plerique enim ut virtutem eam laudant. et bo-
num hominem vocant misericordem. Hoc autem
vitium animi est. utraque enim circa seve-
ritatem. circaque clementiam posita sunt. que
vitare debemus. per speciem severitatis crude-
litatem. per speciem clementie in misericordiam. In hoc le-
viore periculo erratur. Sed par error est

causas recedentium. Ergo quemadmodum religio
deos colit, superstitio violat. Itaque clemen-
tiam mansuetudinemque omnes boni viri prestabunt
misericordiam autem vitabunt. Est enim vitium
pusilli animi ad speciem alienorum succedentium
Itaque pessimo cuique familiarissima est. Anus
Et sunt mulierculae que lacrimis nocentis-
simorum moventur. Que si liceret carcerem effrin-
gerent. Misericordia non causam sed fortunam
spectat. Clementia rationi accedit. Scio
male audire apud imperitos sectam stoycorum
tamquam nimis duram et minime principibus re-
gibus quam bonum daturam consilium. Obicitur enim
illi quod sapientem negat misereri. negat igno-
scere. Hec si per se ponantur invisa sunt. Vi-
dentur enim nullam spem relinquere humanis
erroribus sed omnia delicta ad penam de-
ducere. Quod si est quid nichil hec scientia
que dediscere humanitatem iubet portumque
adversus fortunam certissimum mutuo auxi-
lio cludit. Sed nulla secta senilis benignior
quam est. Nulla amantior hominum et communibus
bonis attentior ut propositum sit usui esse
aut auxilio nec sibi tantum sed universis singu-
lis quam consulere. Misericordia est egritudo
animi ob alienarum miseriarum speciem aut tri-
stitia ex alienis malis contracta que accidere i-

mentibus cadere. Egritudo autem in sapie- m
tem virum non cadet. serena enim eius
mens est. nec quicquam incidere potest quod il-
lam obducat. Nichil quam eque hominem
quam magnus animus decet. Non potest
autem magnus esse idem et mestus. et merore
contundit et mentem obducit et contrahit. hoc
sapienti ne in suis quidem accidet calamita-
tibus. sed omnem fortune iram reverberabit
et ante se franget. Eandem semper faciem
servabit. placidam. inconcussam. quod facere
non posset si tristiciam reciperet. Adice quod
sapiens et providet et in expedito consilium
habet. Numquam autem liquidum sincerumque
ex turbido venit. Tristicia inhabilis
est ad despiciendas res. ut ille excogitan-
do periculosa vitanda. eque extimanda.
Ergo non miseretur. quia id sine miseria a-
nimi non fit. Cetera omnia que qui miserentur
volo facere libens et altus animo faciet.
Succurret alienis lacrimis non accedet. Da-
bit manum naufrago. exuli hospitium. egenti
stipem. non hanc contumeliosam quam pars
maior horum qui se misericordes videri
volunt abicit et fastidit quos adiuvat
contingi quod ab his timet. sed ut homo
homini ex communi dabit. Donabit lacrimis

n maternis filium et cathenas solui iubebit
et ludo eximet. et cadauer eciam noxium
sepelliet. sed faciet ista tranquilla mente
vultu suo. ergo non miserebitur sapiens. sed suc-
curret. sed proderit in commune auxilio natus
in publicum bonum. ex quo dabit cuique partem
etiam ad calamitosos pro porcione improban-
dos et emendandos bonitatem suam permittet
Afflictis vero et forcius laborantibus multo li-
fortune bencius subueniet. Quociens poterit interce-
det. Ubi enim potius utetur an viribus
quam ad restituenda que casus impulit. vultu
quidem non deiciat nec animum. Ceterum
omnibus dignis proderit et deorum more ca-
lamitosos propicius respiciet. Misericordia vicina
est miserie. habet enim aliquid trahitque ex
ea. Imbecilles oculos esse scias qui ad
alienam lippitudinem et ipsi suffunduntur
tam me hercle morbum et non hylarita-
tem scimus semper arridere ridentibus et
ad omnium oscitacionem ipsum quoque os diducere
Misericordia vicium est animorum nimis miseria pa-
cientium. Quam si quis a sapiente exigat
prope est ut lamentacionem exigat. et alienis
funeribus gemitus. ¶ At quare non
ignoscet venia constituamus. nunc quoque
quid sit venia ut sciamus dari illam a sapi-

ente non debere. Venia est pene debite
remissio. Hanc sapiens quare non debeat
dare, reddunt rationem diutius quibus
hoc propositum est. Ego ut breviter tamquam
in alieno iudicio dicam. et ignoscit qui pu
niri imittit quod debet. Itaque penam quam
exigere debet non donat sed illud quod e ve
nia consequi iustum est et tibi vitam tri
buit. Parcit enim sapiens. consulit et cor
rigit. idem faciet quod si ignosceret. nec ig
noscet. quia qui ignoscit fatetur aliquid se
quod fieri debuit omisisse. Aliquem verbis
tantum admonebit. pena non afficiet etatem
eius emendabilem intuens. Aliquem invi
die crimine laborantem. iubebit incolumem
esse quia deceptus est. quia per vinum lapsus.
hostes dimittet salvos. aliquando etiam laudatos
si honestis causis pro fide. pro federe. pro li
bertate in bellum acciti sunt. Hec omnia
non venie. sed clementie opera sunt. Clemen
tia liberum arbitrium habet. non sub for
mula. sed ex equo et bono iudicat. et absol
vere illi licet. et quanti vult taxare litem.
Nichil ex his facit tamquam iusto minus
fecerit. sed tamquam id quod constituit ius
tissimum sit. Ignoscere autem est quem vides
puniendum non punire. Venia debite

p. pene remissio est. Clementia hoc primum
prestat ut quos dimittit nichil aliud illos
pati debuisse pronunciat. plenior est ergo
quam venia et honestior. De verbo ut mea
fert opinio controversia est. De re quidem
convenit. Sapiens multa remittet. multos
parum sane. sed sanabilis ingenii servabit.
Agricolas bonos imitabitur. qui non
tantum rectas. et proceras arbores colunt
illis quoque quas aliqua depravabit causa
adminicula quibus regantur applicant. ali-
as circumcidunt ne proceritatem rami pre-
mant. quasdam infirmas vicio loci nutri-
unt. quibusdam aliena umbra laboranti-
bus celum aperiunt. Videbit quod
ingenium qua ratione tractandum sit quo
in rectum prava flectantur. Explicit li-
ber annei lucii Senece de Clementia
ad Neronem. Incipit liber annei
Senece lucii de copia verborum.



uisquis prudentiam sequi
desiderans. tunc per rationem
recte vives. si omnia pri-
us estimes et perpenses.
et dignitatem rebus non
ex opinione multorum sed
earum natura constituas

Nam sunt que videntur esse bona et non sunt.
Et sunt que videntur esse bona et non sunt
Que cumque autem ex rebus transitoriis
possides non mireris nec magni existimes
quod caducum est. nec apud te que habes
tamquam aliena servabis. sed pro te tamquam
tua et dispenses et utaris. Si prudenciam
amplecteris ubique idem eris. et prout
rerum varietas exigit. ita te accomodes
tempori. Nec te in aliquibus mutes. sed potius
aptes. sicut et manus que eadem est. et
cum in palmam extenditur. et cum in pugillum
convertitur. Prudentis proprium examinare
consilia. et non facili credulitate
ad falsa prolabi. De dubiis ne diffinias.
sed suspensam tene sententiam. Nichil af-
firmes. quia non omne quod verisimile est
statim et verum est. sicut et sepius quod pri-
mum incredibile videbatur non continuo
falsum est. Si prudens esse cupis in fu-
tura prospectum intende que possunt con-
tingere animo tuo cuncta pro[illegible] occulta ...ere. Ni-
chil tibi subitum sit. sed totum ante con-
spicias. Prudens fallere non vult. falli
non poterit. Opiniones tue iudicia sint.
Cogitationes vagas et inutiles et velut
sompnio similes non recipias. Cogitatio

x

tua stabilis sit et certa. sive deliberet. sive
querat. sive contempletur. non recedat a vero
Sermo tuus non sit inanis. sed aut sua-
deat aut moneat. aut consoletur aut precipiat
Lauda parce. vitupera parcius. Simili-
ter non minus reprehensibilis est nimia laudacio
quam inmoderata vituperacio. Illa adulaci-
one. ista malignitate suspecta est. Testi-
monium veritati non amicicie reddas. Cum
consideracione promitte. plenius quam pro-
miseris presta. Presencia ordina. futurum pro-
spice. preterita recordare. Qui nichil de fu-
turis premeditatur in omnia incautus incidit.
Non semper in actu sis. sed animo tuo inter-
dum requiem dato. et requies ipsa sit plena
sapiencie studiis et cogitacionibus bonis.
Prudens enim nunquam ocio marcescet. animum re-
missum habeat. nunquam solutum. Non te
moveant dicentis auctoritas. nec quis sed quid
dicat intendito. nec quam multis. sed quibus
placeas cogita. Magnanimitas que et
fortitudo si in sit animo tuo. cum magna fi-
ducia vives. liber. intrepidus. alacer. Si ma-
gnanimus fueris. nunquam iudicabis tibi con-
tumeliam fieri. honestum vindicte genus est
ignoscere. Neminem susurro appetas. ne-
minem suffodias. Palam aggredere. non geris

conflictum nisi indueris Nam fraudes
et doli imbecillem decent Eris magnanimus
si pericula nec appetas ut temerarius nec
formides ut timidus Nam timidum non
facit animum nisi vite reprehensibilis con
scientia Si diligis continentiam circumcide
superflua et in artum desideria constringe C
onsidera quantum natura poscat et non
quantum cupiditas expetat Si continens
fueris eo usque pervenies ut te ipso contentus
sis Qui enim sibi satis est cum divitiis natus e
Impone concupiscentie frenum omnia que bla
ndimenta que occulte animum voluptatem
trahunt reice Ede citra cruditatem
bibe citra ebrietatem Observa ut nec
in convivio nec in qualibet vite communitate
quos imitaberis damnare videaris Nec
presentibus deliciis inhereas nec deside
rabis absentes Victus sit tibi et facili pa
ne ad voluptatem sed ad cibum accede P
alatum tuum fames excitet non sapores
Desideria tua parvo redime quia hoc
tantum curare debes ut desinant atque
ad spiritum quantum potes abducere habitatio non
amena sed salubriter Si res exigue sint
non sint tamen angustie nec tua deflens
nec aliena mireris Turpia fugito ante

quam accidant. nec quemquam alium ve-
hementius plus quam te. Omnia tolera-
bilia preter turpitudinem crede. A verbis quoque
turpibus abstineto, quia eorum licentia im-
prudenciam nutrit. Sermones utiles
magis quam facetos et affabiles ama. rec-
tos quam obsecundantes. Miscebis inter-
iocos seriis. sed tamen paratos et sine de-
trimento indignacionis ac verecundie. Re-
prehensibilis risus est si inmodicus, si pueri-
liter effusus, muliebriter fractus. Non erit
tibi scurrilis risus, sed grata urbanitas. S-
ales sine dente sint. Ioci sine vilitate. Ri-
sus sine cachinno. vox sine clamore. incessus
sine tumultu. quies tibi non desidia erit
et cum aliis luditur. tu sancti aliquid hone-
sti quod tractabis. Si continens es adu-
laciones evita. Sit tibi tam turpe lau-
dari a turpibus, quam si lauderis ob tur-
pia. Letior esto quociens displices ma-
lis, et malorum de te estimaciones malas ve-
ram tui laudacionem ascribe. Non au-
dax, non arrogans. Submittes te non
proicies. gravitate servata. admoneberis
libenter. Reprehenderis patienter. Si
merito obiurgaverit aliquis. scito quia
profuit. Si inmerito. prodesse voluit. Non

acerba sed blanda verba timebis. Esto
viciorum fugax ipse, aliorum vero non curiosus scru-
tator, nec acerbus reprehensor, sed sine ex-
probratione correctior, ita ut admonitionem
tuam hilaritate preuenias, et errori facile ve-
niam dato. Nec extollas quemquam, nec deic-
ias. Dicentium esto tacitus auditor, audientium
promptus receptor. Requirenti facile respon-
de. Contendenti facile cede, ne in iurgia con-
uiciones que discedas. Si continens es, et
animi tui et corporis motus obserua, nec
indecora sint, nec ideo contempnas quia latent.
Nam nichil differt si nemo videat, cum
ipse videas illos alios. Mobilis esto non le-
uis, constans non pertinax. Aliquam [illegible]
te scienciam habere nec ignotum sit, nec
molestum. Omnes tibi pares facies, si
inferiores superbiendo non contempnas, supe-
riores recte viuendo non metuas. In red-
denda officio sis tarde, neque negligens neque ex-
actor appareas. Cunctis esto benignus,
nemini blandus, paucis familiaris, omnibus
equus. Seuerior esto iudicio quam ser-
mone, vita quam vultu. Esto clemencie se-
uicie detestator, fame bone nec tue se-
minator, nec aliene inuidus. Rumoribus,
criminibus, suspicionibus minime cre-

a dulus sed potius hiis qui per speciem simplici-
tatis ad nocendum aliquibus subrepunt op-
positissimus. ad iram tardus / ad misericor-
diam promptus. In adversis firmus. in pro-
speris cautus et humilis. Occultator vir-
tutum / sicut idem alii viciorum. Vane glorie
contemptor. Bonorum quibus preditus es
non acerbus exactor. Nullius impruden-
ciam despiciens. Rari sermonis ipse. sed lo-
quencium patiens. Severus serius. sed hy-
larem non aspernans / sapientie cupidus et do-
cilis. Quod nosti sine arrogantia postula-
ti impertias. Quod nescis sine occultacione
ignorantie tibi postula impertiri. Iustitia
tacite nature convencio. in adiutorium multo-
rum inventa. Iustitia non nostra constitu-
cio. sed divina lex est. et vinculum socie-
tatis humane. Quisquis ergo hanc sectari
desideras. time deum prius et ama. ut
ameris a deo. Amabilis enim deo / si michi
eum imitaberis ut velis omnibus prodesse
nulli nocere. Iustus ut sis non solum
non nocebis. sed etiam nocentes prohibe-
bis. Nichil nocere non est iustitia. sed
calliditate animi speculare. Nichil tibi
intersit / an iures / an affirmes. De re-
ligione et fide scias agi. ubicumque de veritate

b

tractatur · Si aliquando coarteris vti mo-
diratio/ iurare non ad falsi · sed ad veri custodia ·
Si contingat fidelitatem mendacio redimi ·
non mencieris · sed potius excusaberis · quia
ubi honesta causa est · iustus secreta non pro-
dit · Tacenda enim tacet · loquenda loquitur ·
Hec si studere curaveris · letus et intrepi-
dus cursus tui finem expectabis · Poste
ita tristem sermone hylaris tumultuosa qui-
etus · Iustitia tamen mediocritatis itinere
regenda est · nec ductu leviter levium · rimosa
semper animatione · negligentia subsequatur ·
dum nec demergis · nec dimittis erra-
tum vitiis corrigendis tiranni geris · sed
licenciam peccandi · aut illudentibus tibi
prestare promittis · aut illudentibus tibi
blande · nec cursus et asperitatis vel se-
ne reservans humane societati ducis
appareas · Ita ergo amabilis iustitie
regula tenenda est · ut reverencia discipline
eius · nec nimia discipline communitate
despecta vilescat · nec severior atrocitate
dilutionem gratiam humane amabilitatis a-
mittat · Prudenciam i moderatam callidi-
tatis amat · suspiciosum · attonitum · semper
aliquid timentem/ aliquid repromittentem · astu-
tia plenum/ versipellem/ simplicitatis inimicam

·Comminatorem aut sapit / · et ut postremo uno
comprehendam / in cunctis malus homo vocetur
Perfecta prudentia nec obtusum habet
ingenium aliquando nec versutum Magnanimitas
si se supra modum extollat · faciet virum mi/
nacem · inflatum · turbidum · inquietum · et
in quascumque excellentias dictorum aut facto/
rum neglecta honestate festinum · qui inmodici/
tatibus omnibus supercilia subrigens · et ut bestia/
rius etiam quieta excitat / alium ferit a/
lium fugit Mensura magnanimitatis
est nec timidum esse hominem nec audacem
Temperantie modus est ut nec voluptatibus
deditus · prodigus et luxuriosus appareas ·
nec avara tenacitate sordidus aut obscurus
obsistas Primum argumentum composite
mentis existimo · posse consistere · et secum
morari Egri vero est iactatio discurrere
et locorum varietatibus inquietari. Nusquam
est / qui ubique est · Certis ingeniis in/
nutriri · et immorari oportet si velis aliquid
trahere quod in animo fideliter sedeat Peregri/
nantes · hospitia habent multa · nullas ami/
citias Non prodest cibus nec corpori ac/
cedit · qui statim sumptus emittitur. Nichil
enim eque sanitatem impedit / quam remedi/
orum crebra mutatio Non convalescit plan/

ta que sepe transfertur. Nichil tam utile
est, ut in transitu prosit. Fastidientis sto-
machi est multa degustare, que ubi varia
et diversa sunt inquinant non alunt. Ex
pluribus ergo que legis aliquid apprehende
aliquid quottidie adversus paupertatem, ali-
quid adversus mortem auxilii compara. Ho-
nesta res leta paupertas. Illa vero non e
leta semper. Non qui parum habet pau-
per est, sed qui plus cupit pauper est. Non
puto pauperem cui quantulumcumque superest sa-
tis est. Malo securus tam et bono tempore vi-
mitipias. Sera parsimonia in fundo est. Ma-
gne divitie sunt lege nature composite pau-
pertates. Nudum latro transmittit. Et
in obsessa via pauperi par est. Paupertas
contenta est desideriis instantibus satisfa-
cere. Parvo constat fames, magno fa-
stidium. Non potest studium salutare
fieri sine frugalitatis cura. Frugali-
tas paupertas voluntaria est. Si ad
naturam vixeris, numquam eris pauper. Si
ad opiniones, numquam dives. Dubitabit a-
liquis ferre pauper ut eum a furoribus
liberet. Nature se sapiens accomodet.
Multis parasse divitias non finis mise-
riarum fuit sed mutacio. Non est in reb

e vitium sed in animo. Quemadmodum enim si re/
feras vitium egrum in ligneo lecto aut in aureo
collocas/ quocumque illum transtuleris mor/
bum suum secum transfert. Vitium eger animus
in divitiis an in paupertate ponatur. Non im/
pendium est ut voluptatibus abstineat
Certissimum argumentum firmitatis capit
si blanda et in luxuriam trahentia nec it nec
abducitur. Licet sine luxuria agere festi/
diem. Contentus esto nummis. et vilissimo
cibo. dura atque horrida veste. In ipsa se/
curitate animus preparet. et contra iniurias
fortune inter beneficia affirmetur. Grabba/
tus tibi severus sit et panis durus ac sor/
didus. hec triduo et quatriduo fer. Inter
dum pluribus diebus ut non lusus sit sed — al' luxus.
experimentum. tunc intelliges non opus esse
fortuna. Hoc enim quod necessitati sat
est exerceamus. et ne imparatos fortuna
deprehendat. fiat nobis paupertas familia/
ris. Non est iocundior res aqua et polen/
ta. Nemo alius est deo dignus quam qui
opes contempsit. Redige te ad parva ex
quibus cadere non possis. Multum est non
corrumpi vitiorum contubernio. Mag/
nus ille est qui in divitiis pauper est
Nemo nascitur dives. Quisquis exit

in lucem pane et lacte contentus esse. Ita viue ut nichil tibi committas nisi quod committere etiam inimico tuo possis. Sed quia interueniunt quedam que consuetudo fecit esse archana, cum amico tuo omnes curas tuas omnes cogitationes misce. Fideles si putaueris facies. Nam quidam fallere docuerunt dum falli timent. Diu cogita an aliquis recipiendus sit in amicitiam; cum placuerit tibi fieri toto illum pectore admitte. Tam audacter cum illo loquere quam tecum. Si aliquem amicum existimas cui non tantundem credere quantum tibi, vehementer erras et non satis nosti vim vere amicitie. Omnia cum amico tuo delibera, sed de te prius. Post amicitiam credendum est, ante amicitiam iudicandum. Nulla verba com- qm ca tiam iudicandum amico meo reservabis. Quedam sunt que tantum amicis committenda sunt. Obviis narrant et in quaslibet aures quicquid illos urit exonerant. Quidam rursus etiam carissimorum conscientiam reformidant. Utrumque enim vitium est et omnibus credere et nulli. Sic utrosque reprehendas et eos qui inquieti sunt et eos qui semper quiescunt. Nam ille tumultu gaudens

est nisi industria et exagitatione mentis con
cussacio Hec non est requies que motum
omnem molestiam indicat/sed dissolutio et
languor Quidam a deo in latebras confu
giunt ut putent in tenebris esse quicquid in
luce est Inter se ista miscenda sunt et qui
escenti agendum est/et agenti quiescendum
Cum rerum natura delibera hec me
ditare quotidie ut possis equo animo vi
tam relinquere Nullum bonum adiuvat
habentem/nisi ad cuius amissionem animus est
paratus Necesse est mors ut perveniat
aut transeat Nullum magnum quod ex
tremum est Nulli potest secura vita con
tingere/qui de producenda nimis cogitat
Repugnetur vita nostra inter bonos et
publicos mores/frons populo nostra co
veniat/id agamus ut meliorem vitam seq
uamur quam vulgus non ut contrariam A
lioquin quos emendare volumus fugamus
a nobis et avertimus a nobis Illud quoque
efficimus ut nichil imitari velint nostri
dum timemus ne imitanda sint omnia
Propositum nostrum est secundum naturam
vivere Suspiciant omnes vitam nostram
sed magis agnoscant Plurimum est non
sentire que inspexit prius Qui in modum

intrauerit, nos potius miretur quam sup-
pellectilem. Magnus ille est qui fictilibus
sic utitur quemadmodum argento. Nec minor
ille est qui sic auro utitur quemadmodum tes-
ta. Infirmi animi est posse pati diuiti-
as. Contra naturam est torquere corpus
suum, et facile odisse mundum, diuicias et
squalorem appetere, et cibis non tantum
uilibus uti sed tetris et horridis. Nullius
boni sine socio iocunda possessio. Aliquid
gaudeo scire ut doceam. Multos tibi da-
bo qui non amico sed amicicia caruere.
Multa bona nostra nobis nocent. Adhuc
in nobis enim pueticia non sed grauius pu-
erilitas remanet. Et hoc quidem peius
quod auctoritatem senum habemus, uicia pu-
erorum. Spem metus sequitur. Prouiden-
tia maximum bonum humane condicionis
in malum uersa est. Nos et uetitis torque-
mur et preteritis. Timoris enim tormentum
memoriam reducit, prouidencia anticipat.
Multum proficit qui sibi amicus est. Nunquam
erit solus. Scito hunc esse amicum omnibus.
Ita sapiens se contentus est non ut
uelit esse sine amico, sed ut possit equo
animo amissum ferre. Sine amico nunquam
erit; substituit in loco alium amissi. Ego

7 tibi monstrabo amatorem sine herba sine
medicamento. Si vis amari ama. Iocun-
dius est amicum facere quam habere. Qui
se spectat et propter hoc ad amiciciam venit
male cogitat. Quemadmodum cepit ita desi-
net. Qui utilitatis causa assumptus est
tam diu placebit quam diu utilis fuerit.
Necesse est inicia nostra ut inter se earum
exitus congruant. Qui amicus esse cepit
quia expedit placebit. Aliquod precium con-
tinuacionis preter ipsum amicum paro ut ha-
beam pro quo possim mori. Ait quidam
philosophus sapientem nulla re egere. et tamen
multis illi rebus opus esse. Contra stulto
1 nulla opus esse. nulla re enim uti scit. sed
omnibus eget. Sapienti et manibus et o-
culis ad quottidianum usum necessarium
opus est. eget nulla re. Egere enim
necessitatis est. nichil autem necesse est sa-
pienti. Quamvis tamen se ipso contentus
sit amicis illi opus est. Hos cupit habere
quamplurimos. non ut beate vivat. vi-
vet enim sine amicis beate. Inimi-
1 ca est multorum conversatio. Nemo enim ali-
quod vicium vult aut commendat aut impr-
imit nescientibus. Et utique quo maior est
populus cui miscetur hoc periculi plus est.

Nichil vero tam dampnosum bonis mori- k
bus quam in aliquo spectaculo reside. In
spectaculum enim certius pugnam mors est
Subducendus est populo tener animus
et parum tenax recti. unum exemplum luxu-
rie aut avaricie. Vicinus dives cupi-
ditatem irritat. Recedat a te quantum
potes. Cum his versare qui te meli-
orem facturi sunt. Illos admitte. quos
tu poteris facere meliores. Fuge mul-
titudinem. fuge paucitatem. fuge etiam
unum. unus michi pro populo. et populus pro
uno. Satis michi sunt pauci. satis est
michi unus. satis est michi nullus.
Hec non multis. sed tibi. Satis enim
magnum alter alteri theatrum sumus.
Quis populo placere potest cui non placet
virtus. Malis artibus redimitur favor
vulgi. Nunquam placere volui populo.
quem enim vulgus novit. ego nescio.
quid ego scio vulgus ignorat. Sapien-
cie servias oportet ut tibi contingat vera
libertas. philosophie servire libertas
est. nisi sapienti sua non placent. Omnis
stulticia laborat fastidio sui. Omnes
habere amicos operosum est. Satis ini-
micos non habere. Sapiens nunquam

iram provocabit potentium/ immo nec decli-
nabit. Non minus contemptum quam sus-
cipi nocet sorem (forme) eloquentia. et quecumque alia
populum movet. adversarios habent. Con-
silium rerum omnium sapiens non exitum
expectat. Is maxime divitiis fruitur/ qui
minime divitiis indiget. Stultum est et
inconveniens litterato viro/ occupatio exer-
cendi lacertos. et dilatandi cervicem. ac
latera firmandi. Bibere et sudare vita car-
diaci est. Quicquid facies. cito aspice ad
animum reddi. Illud excole. illud exerce
labore modico alitur ille. Quod bonum vinum
quod vetusta sit melius. Non te iubeo immi-
nere libro aut pugillaribus/ dandum est
aliquod intervallum animo/ non ut resol-
vatur/ sed ut remittatur. Stulti vita est
turbida. tota in futurum fertur. Scio nemi-
nem posse beate vivere. nec tollerabiliter
quidem sine sapientie studio. Perseverandum
est et assidue laborandum donec mens sit
quod bona voluntas est. Sapientia animum
format et fabricat vitam disponit actus
regit agenda et omittenda demonstrat.
Sapientia nos tueri debet/ hec docebit
ut deum sequamur. hec exigit philosophus
ut ad legem suam quisque vivat. nec oratio

dissonat vita. ut ipsi inter se iuncta unius
omnium actionum sit color / est difficile hoc
Nec hoc dico sapientem uno semper iturum
gradu sed una via. Quam semper [illegible]
vivas regulam apprehende / et ad hanc vitam
omnem exequere. Tunc scito te omnibus
cupiditatibus esse solutum / cum eo perveneris
ut nichil deum roges nisi quod rogare pos-
sis. Sic vive cum hominibus tamquam deus
videat. Sic loquere cum deo / tamquam ho-
mines audiant. Sic fac omnia inquit
Epicurus / tamquam spectet Epicurus. Nul-
la sapientia naturalia animi et corporis
vitia ponuntur. Quicquid infixum et inge-
nitum est leniter arte non vincitur. Qui-
busdam constantissimis et in conspectu
populi sudor erumpit / quam fatigatis
et estuantibus solet. Quibusdam tremunt
genua dicturis / quorundam dentes colli-
dunt / lingua titubat. labia concurrunt. Hec
disciplina. nec usus unquam excutit / sed
natura vim suam exercet. [illegible]
in iuvenibus magis apparet quibus plus
caloris est. et tenera frons. nichilominus
et veteranos tangit. Quidam nunquam ma-
gis quam cum erubuerint timendi sunt quasi
omnem verecundiam effuderint / ut quidam

n

Bonum sanguinis sunt. ita quidem mutati et mobilis cito rubos prodeuntis. Hec nulla sapientia ambigit. Non prohibetur ut abducitur. Aliquis vir bonus eligendus est nobis ac semper ante oculos habendus. ut sic tamquam illo spectante vivamus et omnia tamquam illo iudice faciamus. Magna pars peccatorum si testis assistit vitatur. Aliquem habeat animus quem vereatur cuius auctoritate secretum suum secretius faciat. O felicem qui sic aliquem vereri potest ut ad memoriam eius se componat atque ordinet. Qui sic aliquem vereri potest cito erit verendus. Elige eum cuius tibi placuit vita et oratio/ plus tibi et viva vox et convictus quam proderit oratio. Illum tibi ostende vel custodem vel exemplum. Opus aliquos elige ad quos mores nostri se exigant. Felix est qui cogitatus emendat nisi ad regulam prava non corriges. Quam dulce est cupiditates fatigasse ac reliquisse/ que si aliter evelli non possunt/ ipsum cor evellendum erat. Molestum est iniquus mortem ante oculos habere. Morte nil certius hora mortis nil incertius. Prima ista tam inprecinquam semper ante oculos debet esse. plurim

sunt que nos terrent quam que premunt. Ne
suo precipio tibi ne sis miser ante tempus
cum illa que velud imminentia expavisti nu-
quam fortasse ventura sunt. P cimu te-
spice an certa argumenta sint venturi
mali, plerumque ex suspicionibus laboramus
et illudit nobis illa que solet conficere bel-
lum fama. Nescio quo magis vana per-
turbant. Vera enim modum suum habent.
Verisimile est aliquid futurum mali, non sta-
tim verum est. Quam multa non expectata
venerunt, quam multa expectata nusquam
comparuerunt. Quid iuvat dolori occur-
rat suo. Quosdam trima mollit de-
posuit. Habet etiam mala fortuna levita-
tem. Satis cito cum intima venerit tibi
meliora promitte. Stultitia semper incipit
vivere. Quid est tamen turpius quam se-
nex incipiens vivere. Malum est in
necessitate vivere. Sed in necessitate vivere
nulla necessitas est. Patent undique ad
libertatem vie multe, breves, faciles.
Agamus deo gratias quod nemo in vita
teneri potest. Calcare necessitate ipsa licet.
Que magis torquent quam debent. Que-
dam torquent que debent. quedam torquent
que omnino non debent. Aut augmus do-

lorem aut fugimus aut percipimus. Immo-
dica ira gignit insaniam. Ingentis ire exi-
tus furor est/ et ideo ira vitanda est non
moderationis causa sed sanitatis. Satis
multum temporis sparsimus incipiamus vasa col-
ligere. Infecto vivimus/ moriamur impor-
tu. Incertum est quo te loco mors expectat
tu eam omni loco expecta. Qui mori didi-
cit. servire dedicit. una est cathena que
nos ligatos tenet amor vite. Animum de-
bes mutare non celum. Ingens bona non co-
modatur. nec emitur. et puto si venalis esset
non haberet emptorem. At mala quottidie
emuntur. Quid terrarum iuvare novitas potest
bene vivere omni loco positum est. Nonte
ipsum statuas non autem tibi ullus locus
placebit. Patria mea totus hic mundus
est. Quicquid facis contra te facis. et motu
ipso noces tibi. Magis quis veneris quam quo
interest. et ideo nulli animum adicere debe-
mus. propter ea mens tam impsas quam in alte-
ritates cadit. Ante circumspiciendum est cum qui-
bus edas et bibas/ quam quid edas et bibas.
Sine amico visceratio/ leonis ac lupi vi-
ta est. Errat qui amicum in atrio querit.
in convivio probat. Nullum habet maius
malum occupatus homo. et bonis suis ob-

sensus. quem qui amicos se putat quibus
non est. Singula inquit epicurus tangens
novatorem te epistule mee facientia. quia omnia
ista que colis. Si vis te divitem facere, non
pecunie adiciendum sed cupiditatibus est
detrahendum. Si sapiens es intellige te e
distendi. ex istis occupationibus speciosis et
malignis. Nemo tam timidus est ut malit
semper pendere quam semel cadere. Con
tentus esto negotiis in que descendisti. tur
pe est honeste cedere et reluctari cum offi
cio quod semel recepisti. Non est vir fortis
ac strenuus qui fugit laborem. Otio
siosam vitam sapiens feret non eliget
et mallet impar esse quam impugnans. Non
multum prodest vitia sua proiecisse. cum vitiis
alienis rixandum est. Ante omnia memento
demere rebus tumultum ac videre quid in quaque
re sit. Ipse voluptates in tormenta
vertuntur. Turpe est aliud loqui, aliud
sentire. Cotidie morimur. cotidie enim de
mitur aliqua pars vite. Ridiculum est cu
rrere ad mortem tedio vite. Vir fortis
ac sapiens fugere non debet ex vita
sed exire. Incommodum summum est minui et
deperire. Quidam etiam vitiis gloriantur.
Paucos servitus plures servitutem tenent

Peiores morimur quam nascimur. Nemo non
ita exit de vita tamquam modo intraverit. Nemo
quicquam habet facti. Institutum non discipline
Nemo cum sarcinis enatat. Nemo quam be-
ne vivat sed quam diu curat. Percepit
sapienciam si quis tam securus moritur quam
nascitur. Ad summam pervenit qui scit quod
gaudeat. Hoc ante omnia fac, disce gaudere.
Qui enim iudicat gaudere qui ridet. Animus
debet esse alacer et fidens et super omnia erec-
tus. Verum gaudium res vera est. Qui
felicitatem suam in aliena potestate posuit
sollicitus sui est et incertus. Despice et con-
culca ista que exterius splendent. Viri
bonum auditus tua est. Pauci sunt qui se
sua et consilio disponant. Molestum est
semper vitam inchoare. Male vivunt qui semper
vivere incipiunt. Quidam ante vivere de-
sierunt quam inceperunt. Non amo ami-
cum ni offenderem. Malo successum in quam
fidem deesse. Alterius vicia emendanda, al-
terius frangenda sunt. Scio alios inter
flagella ridere, alium gemere sub colaphis.
Sapiencia ars est certum tamen petit
eligat profuturos. Ab his quos desperavit
recedat, non tamen cito relinquat, et
in ipsa desperatione extrema temptet. Ceu

inter affectus sanitatis loco est bona re- 6
missio Nec desperaveris etiam diutinos
egros posse sanari · circa temperantiam stete-
ris si multa invitus facere cogeris · et pa-
ti panem et aquam natura desiderat Ad
hec nemo pauper est · nemo est cui no satiu-
s sit cu aliquo esse quam secum Tunc p-
cipue in te secede cum esse cogeris in turba-
Litterata colloquia et eruditus sermo no
ostendunt verum robur animi · Est ora-
etiam timidissimus audax Quid egeris
tunc apparebit cum animam ageres Com-
pone mores tuos · attolle animum tuum adv-
sus formidata resiste Multo magis ad
rem pertinet qualis tibi quam qualis a-
liis videaris · Circumspiciendum est quid ex-
eas Magnus gubernator et scisso velo na-
vigat Nichil habet quod speret quem se-
nectus ducit ad mortem Mors a deo ex-
tra omne malum est · ut sit extra omnem me-
tum metu Multo fortiorem esse q i ipsa
morte est · quam qui circa mortem · Mors
eni amota/ et imperitus animam dedit non vita-
di inevitabilia · Vivere noluit · qui
mori non vult · Mors necessitatem habet
equam et invictam · Venit aliquis ad mor-
tem sed invitus mori Clementer nemo

hylatis excipit. nisi qui se ad illam compo
suerit. Non timemus mortem sed cogita
tiones mortis. Suadeo te amantissimis
tuis presta. bonis animus mala precantur.
Unu bonu est qd beate vite et causa
et firmamentu est. s. sibi fidere. Aliter non potest
ut una vestra res modo mala sit modo bo
na. modo levis et proferenda. modo expa
vescenda. labor bonu est. Generosos ani
mos labor nutrit. facit ipse felicem. faci
es autem si intellexeris bona esse quibus
iuncta virtus est. turpia quibus malicia
iuncta est. Quid e bonu. Rerum sciencia.
Quid est malum. Rerum impericia. Ho
nesta et turpia virtutis et malicie socie
tas efficit. Perfecta virtus est equali
tas ac tenor vite per omnia consonans sibi
Nemo novit deum. Multi de deo male
ingrate existimant. et impie. Non sumus
sub rege unus quisque se iudicat. Sic vi
ve tamquam quid facias audituri sis
Hoc est salutare non conversari cu dissi
milibus et diversa cupientibus. Percurre
te tecum et considera quam pulchra res
sit consummare vitam ante mortem. deinde
expectare securum reliquam partem. Mirum
est aliquid fortiter dici ab homine mollitie

professo Civos captare flosculos turpe v
est/ et fulcire se notissimis et paucissimis
vocibus. Turpe est senem ex commentario
sapere. Patet omnibus veritas nondum
occupata. Pars magna bonitatis/ vel
le fieri bonum. Non est huius animi i rec- non
to/ tuus actu discordans. Aut amabis me
amicus non es. qui amicus est amat
Qui amat non utique amicus est. Ita
que amicitia semper prodest. Amor aliquando
etiam nocet. Nam nisi turpe ratione
amore turpium conciliari non potest. Te-
nit ad nos ex hiis quos amamus etiam
absentibus gaudium. sed id leve. et e-
vanidum. Conspectus autem et presen-
tia. et conversatio habet aliquid vive voluptatis
Obsecro tu eadem velis hodie que
heri. Istos magnopere contempne qui te
obiurgant quia umbra paveris et omn-
Res inquieta felicitas. Qui nichil a-
gere videntur maiora agunt. Si vis
omnia tibi subicere. te subice rationi. Mul-
tos reges si ratio te rexerit. Habet
hoc ipse optimum generosus animus
quod concitatur ad honesta. Neminem
excelsi ingenii virum humilia delec-
tant et sordida. Magni animi est ma-

a

gna continere, at mediocria malle quam nimia. Necesse est in immensum exeat cupiditas quod naturalem modum transilit. Inania et ex libidine orta sine termino sunt. Quidam voluptatibus se mergunt, quibus in consuetudinem ductis carere non possunt, et hoc miserrimi sunt quod eo pervenerunt ut que supervacua fuerant necessaria facta sint. Tunc est consummata infelicitas ubi turpia non solum delectant, sed etiam placent, et desinit esse remedio locus ubi quod vicia fuerant mores sunt. Initium est salutis notitia peccati. Nam qui peccare se nescit, corrigere non vult. Deprehendas te oportet antequam emendes. Quantum potes teipsum argue et inquire. Ante accusatoris primum partibus fungere, deinde iudicis, novissime precatoris. Aliquando te offendere. Malo adolescentem tristem quam hylarem et amabilem tratione. Iuvenem parcendi senem ... Meditandum est adversus omnia tela, que adversus omne hostium genus. Bene facit mortem contempnere. Nemo discit ut si necesse fuerit equo animo in rosa iaceat, sed in hoc induantur in tormentis non summittat fidem. Mors nullum habet incommodum

Mors quam timemus et recusamus in-
termittit vitam non eripit. Veniet iterum qui
nos in lucem reponat dies. Equo animo
debet exiturus exire. Effugere non potes
necessitatem. At vincere potes, et hanc tibi dabit
philosophia. Ad hanc confer si vis salvus
esse, si securus si beatus. Humilis res est
stultitia, abiecta, sordida, servilis. Nichil
ordinatum est quod precipitatur aut properat.
Inhibenda est luxuria, coercenda est a-
varicia. Quid horum semper potest fieri.
Nullus medicus egros in transitu curat.
Recte facies si non videris istos quibus tu
dicaris et quemadmodum queris. Sicut sa-
pienti viro incessus modestior convenit ita
oratio pressa non audax. Tarde loquitur te
esse liberum, prope est a te deus. Bonus vir
sine deo nemo est. Quid est stultius quam
in homine aliena laudare. Quid eo de-
mentius, qui ea miratur que ad alium
proximo transferri possunt. Nemo glo-
riari nisi de suo debet. Invicta autem ma-
gnitudinis. Non est magnum eventualiter
magna generari. Nulla maior pena ne-
quitie est, quam quod sibi et suis displicet. Quam
curiosa nobis videntur que carissime con-
stant. Circumspice ista que nos in insaniam

arguunt. Qui se habet nichil perdidit. Q/
quid inter yma eminet magnum est. Tunc
felicem te esse iudica, cum poteris in publico
viuere. Tu te quemque inuenies qui possit
aperto hostio viuere. Janitores conscientia
nostra non superbia opposuit. Sic viuamus
ut deprehendi sit subito aspici. Bona
conscientia turbam aduocat. mala etiam
in sollitudine anxia. et sollicita est. Si
honesta sunt que facis omnes sciant. Si
turpia quid refert neminem scire cum tu sci/
as. O te miserum si contempnis hunc te/
stem. Bona mens omnibus patet. Omnes
ad hoc nobiles sumus. Non reicit que/
quam philozophia. nec eligit. omnibus lu/
cet. patricius socrates non fuit. Platonem
non accepit nobilem philozophia. sed
fecit. Plato Ut neminem regem non ex seruis
oriundum esse. neminem non seruum ex regibus
Quis est generosus, ad virtutem bene
natura compositus. Non facit nobilem
atrium plenum fumosum ymaginibus. Ne/
mo non nostram gloriam. nec quod ante nos
fuit nostrum est. Animus facit nobiles cui
ex qualicumque condicione est. supra se surge/
re licet. Potes hoc consequi. ut solus
liber sis inter ingenuos. Tota illo mete

pergendum est · ubi provideri debet · ne res nos
ne verba deficiant Nemo umquam nisi dum
disputat captus est ¶ Pugnant vota mu
tuum votis consilia cum consiliis Adulatio
que similis est amicitie non tantum illam
sed vincit et preterit · Eo ipso gratiores sunt
quo ledit Vitia nobis sub specioso nomine
subrepunt · Temeritas sub titulo fortitudi
nis latet Moderatio vocatur ignavia pro
cautio timidus accipitur · In hiis magno pe
riculo erramus Non statim bonum est
si quod necessarium est Nullius enim orna
spectat maxissimum · Vive cum servo tuo
clementer · communicate quoque et in sermone
illum admitte · et in consilium · et in convictum ·
Servos quibus coram dominis loqui non
licet de dominis loquuntur · Servorum fideles pati
sunt pro dominis porrigere cervicem periculum
imminens in caput suum vertere Arrogan
cie proverbium iactatur totidem hostes esse
quot servos · ¶ Non habemus illos hostes
sed facimus · Stultissimus est qui hominem
aut veste aut ex condicione que modo vestis
circumdata est estimat · Servus est sed
fortasse liber animo · Servus est hoc illi
nocebit Ascendit quis non sit alius li
bidini servit · alius avaritie servit alius

ambicionem/omnis timor. Nulla servitus
turpior quam voluntaria. Tollerent te
pocius servi tui/quam timeant. Qui co-
litur et amatur/non potest amor cum timore
misceri. Rectissime te facere iudico quod non
vis timeri a servis tuis. Quod verberum
castigatione nosteris verberibus multa admo-
nentur. Non quicquid nos offendit et ledit
Sed et ad rabiem cogunt pervenire nequi-
cie ut quicquid ex eis voluntate responderit
iram evocet. Regum nobis induimus a-
nimos queremus quidam acceperit iniuriam
ut facerent. Multos splendidissime na-
tos/senatorium promiliciam auspicantes gra-
dum fortuna depressit. Alium gerillis pas-
torem alium custodem case fecit. Sibi quis-
que dat mores ministeriam casus assignat. N
on amicitas in foro et in curia queras. Si
diligenter attendis et domi invenies. H
oc habent inter cetera boni mores placent
permanent sed /virum bonum naturam non
ordo facit levius est malicia sepe mutatur
non in melius sed in malum. Infelix qui
huic vim ceci servunt ut altilia de essent
secet. Evitate istos per que turpiore deplo-
rant. Et de carum fuga loquuntur quibus
carere non possunt. Quedam tempora

eripiunt nobis · quedam subducunt · quedam
effluunt Magna pars uite elabitur ma-
le agentibus · Maxima nichil agentibus · to-
ta vita aliud agentibus Quid etatis re-
tro est mors tenet · Dum differtur vita
transcurrit · turpissima iactura est que per
negligenciam fit Si invenimus qui bonos
viros dicat · qui prudentes · qui sanctos ag-
noscimus · Non sumus modica laudati-
one contenti Quidquid in nos adulacio si-
ne pudore congessit tamquam debitum prendimus
Optimos nos esse sapientissimos affirman-
tibus assentimus / cum sciamus illos sepe men-
tiri · Adeo quoque indulgemus nobis / ut lau-
dari velimus Taurus paucissimorum iu-
gerum pascuo impletur · una silva elephantis
pluribus sufficit · homo et terra pascitur
et mari · Quid ergo tam insaciabilem na-
tura nobis alvum dedit / cum modica corpora dedisset
ut vastissimorum edacissimorumque animalium a-
viditatem vinceremus Nec sicci sint oculi
amisso amico / nec fluant lacrimandum est
non plorandum · Id agamus ut iocunda fi-
at nobis amissorum recordacio / Nemo
libenter ad id redit quod sine tormento cogi-
taturus est · est mihi amicorum defunctorum re-
cordacio dulcis ac blanda est / Habui

enim illum tamquam amissurus. amisi tam
quam habeam/ ffeces autem illos qui neglige
tissime cum amicos habeant miserrime lu
gent/ nec amant quemquam nisi perdiderint.
Ideo qz tunc effusius merent. quia vere
tur/ ne dubium sit an amauerint se. iudi
cia affectus sui querunt. Turpissimum aut
est in homine prudente remedium meroris lassitudo
merendi. Malo relinquas dolorem quam ab il
lo relinqueris. et quoniam primum id facere de
siste. quod etiam si voles diu facere non poteris
Potest ex casa parua vir magnus ex
ire. Potest et ex deformi humili qz corpu
sculo formosus animus et magnus. Nichil
est diuino diuinius. nichil est celesti cele
stius. Crescere enim posse/ imperfecte rei
signum est. Mortalia minuuntur. cadunt. de
teruntur. crescunt/ exhauriuntur/ implentur.
Itaque illis in tam incerta sorte inequalitas
est. Diuinorum vna natura est. Quid tu
non putas parem esse virtutem eius qui
fortiter hostium menia expugnat. et eius qui
patientissime sustinet. Virtutem materia
non mutat. nec peiorem facit dura. ac dif
ficilis/ nec meliorem hylaris et leta. Quedam
aperta transeunt. condita et obscura ri
mantur. fures effractorios signata sollici

tant. Vile videtur quicquid patet. Aperta h
effractorius preterit. hos mores habet populus
Hiis quisque imperitissimus in secreta irru
pit. Non est qui eximet ullam etatem ap
tiorem esse ad bonam mentem quam que se mul
tis experimentis longa ac frequenti rerum
penitentia domuit. que ad salutaria mitiga
tis affectibus venit. hoc est huius boni tempus
Quisquis senex ad sapienciam pervenit annis pueril/
Mutare te loca et de alio in aliud trans
sire nolo. primum quia tam frequens migra l'omio
tio instabilis animi est. coalescere otio non potest
nisi desiit circumspicere et errare. Ut ergo
animum possis continere primum corporis tui
fugam siste. Evitanda est omnis commotio
dilecti corporis. Nichil enim fatalius
quam amor vetus desiit. Ideo qui deponere
vult desideria rerum omnium quarum cupiditate
flagravit. oculos et aures abstrahat ab hiis que reli
quit. nunquam cito rebellat affectus. Vix est
fit toto seculo potest. ut virtus tam longa
licencia tumida subiugant et iugum acci
piant. ne dum si tam breve tempus disci
dimus intervallo. Vix ad perfectum perdu
cit vigilia et intencio. Stulticia est timore
mortis mori. Ille non qui occidat expec
ta quid occupas. Quare suscipis aliene

7

cupiditatis procuratioz Utrum invides
carnifica tuo an paras. Vidisti aliquando canem
missa a domino frusta panis aut carnis a/
perto ore captantem. quicquid excepit protinus
integrum devorat. et semper ad spem venturi
hiat. Idem evenit nobis expectantibus quic/
quid fortuna dicat/ id sine ulla voluptate di/
mittimus. statim ad rapinam alterius erec/
ti et extenti. Quisquis de accipiendo cogi/
tat oblitus accepti. nec ullum habet cupi/
ditas maius malum/ quam quod ingrata est.
Omnium animos mala aliena ac repentina
sollicitant. Que ad modum inanem sonum fun/
dae territat. ita nos non tantum adictum
exagitamur. sed adcrepitum. Non potest quisquam
beatus esse. qui huic se opposuit
credidit/ non enim bonum est nisi quod intre
pidum. Inter suspecta male vivitur. Nul/
lus contra fortunam inexpugnabilis murus
est. Intus instruamur si illa pars tuta est
pulsari homo potest/ non potest capi. pla/
ceat ergo homini. quicquid deo placuit. Ob
hoc se ipsum sua miratur. quia non potest vinci
quia mala sub se ipso tenet. ratione
qua valencius nichil est/ casum/ dolorem
et iniuriam/ subigit. ama rationem. te amor
contra durissima armabit. Catulorum

amor fetus inuenabilium impingit quas
feruidus et inconsultus impetus prestat
indomitus. Iuuenabilia non nunquam in-
genia cupida glorie in contemptu tam
ferri quam ignium sit. Species quos-
dam ut uerbera uirtutis in uoluptatem
traducit. Quanto hiis omnibus racio for-
cior est. quanto constancior est, tanto vehe-
mencius permaneat et placata exhibit. Q-
uid autem dementius quam angi futuris,
nec se tormentis reseruare et arcessere sibi
miserias et admouere, quam optimum est
differre. si discutere non possint. Hec est
propositi nostri summa. quod sentimus loq-
uimur. quod loquimur sentiamus. Concordet ser-
mo cum vita. Ille promissum suum im-
pleuit quid videat, et cum audiat idem est,
videbimus quantum sit. qualis sit, unde sit.
Non delectent uerba nostra sed prosint.
Nemo sit certa peritissimum malicie. nisi
qui totam eam ebiberit. nisi qui prima
sapienciam sumit. Nulli sapiencia cui sunt ac-
cedit, pecunia venit ultro, honor offer-
tur. Gracia et dignitas fortasse ingeruntur
tibi. Virtus uite non incidit, nec leui qui-
dem opera aut paruo labore cognoscitur.
Si quis hec omnia habent. valitudinem.

diuicias · ymagines multas · frequens atri-
um · sed malus ex confesso sit · improbabis
illum. Iterum si quis aliquod horum que
retuli habeat · deficiat pecunia · clientum
turba · nobilitate auorum et proauorum serie
sed ex confesso sit bonus / probabis illum. N-
auis bona dicitur non que preciosis colo-
ribus depicta est · nec cui argenteum aut
aureum rostrum · nec cuius tutela ebo-
re celata est · nec que fiscis ac opibus re-
gijs pressa est · sed stabilis et firma et iunc-
turis aquam includentibus spissa ad ferendum
incursum maris solida · gubernaculo parens
uelox nesciens uentum / Sic in homine ni-
chil ad rem pertinet quantum aret · quantum
fenerat · a quam multis salutetur · quam
precioso incumbat lecto / quam perlucido po-
culo bibat · sed quam bonus sit · bonus at
autem est si racio sit explicita · et recta est
ad nature sue uoluntatem accomodata ·
hec uocatur uirtus hoc est honestum et uni-
cum hominis bonum. Unus dies homi-
eruditorum plus patet / quam imperiti longis-
sima etas. Iterum hoc tene hoc morde ad-
uersis non succumbere · letis non credere · om-
nem fortune licenciam in oculis habere · tamquam
quicquid potest facere facturum sit · quicquid

expectatum est diu levius accedit. Tur m.
hunc aiecto. divicie. honores. potencie. et
ceteraque opinione nostra cara sunt precio
suo vilia. Nichil habent ista magnifici
quo mentes nostras turbant preter hoc quod
mirari illa consuevimus. Non enim quia
concupiscenda laudantur, sed concupiscuntur
quia laudata sunt. Et tu singulorum errore
faciet publicum. Philosophie circumdan-
dus est inexpugnabilis murus, quem fortuna
multis machinis lacessitum transit. Insu-
perabilis loco stat animus qui externa sua
deseruit, et arce sua se vindicavit ipsum. In-
fra quem omne telum cadit. Non habet for-
tuna, ut putamus, longas manus. Ne-
minem occupat nisi herentem sibi. Ita quod quan-
tum possumus ab illa resiliamus. Quid
prodest ab homine aliquid esse secretum, ni-
chil deo clausum est. Item est animis
nostris et cogitationibus magnis intermedius
intervenit. Sic intervenit dico, non tamquam
aliquando discedat. Non est animus in
sua potestate ebrietate devinctus. Nam
ubi possedit animum nimia vis vini quod
quid latebat exit. Quemadmodum dolia
rumpuntur et omne quod in imo iacet in sum-
mam partem vis caloris eiectat, sic vino

n estuante quicquid in ymo iacet abditum ef-
fertur et prodit in medium. homines uino non
continent cibum quemadmodum vino redunda-
te. Ita nec secretum quidem quod suum alienum-
que est pariter effundunt. Alit lectio in-
genium studio fatigatum non sine studio ta-
men reficit. nec scribere tantum nec legere de-
bemus altera res contristabit vires et ex-
hauriet. De stilo dico. altera solvit ac di-
luet. invicem hic et illa commendandum est et
alterum altero temperandum. ut lectione quicquid
collectum est stilus redigat in corpus. Apes
ut aiunt imitari debemus que vagantur
et flores ad mel faciendum ydoneos carpunt
deinde quicquid attulere disponunt ac per favos
digerunt. Et ut virgilius noster ait. Liquen-
tia mella stipant et dulci distendunt nec-
tare cellas. has quoque imitari debemus
et quecumque ex lectione digessimus separare. me-
lius enim distincta servantur. deinde ad-
hibita ingenii nostri facultate in unum saporem
varia illa libamenta diffundere. ut etiam
si apparuerit unde sumptum est. aliud tamen
esse quam unde sumptum est appareat. non
plus potest quamvis mediocris turba quam
posset viri magni violentia. sed pessime cu-
piditatem. sed modicam habe ambicionem

sed non constantiam / habet verecundiam · sed
placabilem / habet inconstantiam · sed inq-
vagam ac mobilem / habet libidinem · sed
non insanam · Melius autem cum illo agi-
tur · qui unum vicium integrum habet · quam
cum eo / qui leviora quidem sed omnia · Dein-
quam perniciosa serviant modo quamvis vi-
cia morborum serpunt / et egra corpora in-
nima interdum inergit accessio · Tigres le-
ones que numquam feritatem exuerit · aliquando
summittunt · et cum minime expectaveris / exaspe-
ratur torvitas mitigata · Non tempus
animalia temperametur · fatalius sustulere
ris illa quam feceris · Numquam bona fide
vitia mansuescunt · Leonibus magister ma-
num insevit · osculatur tigrim suus cu-
stos · elephantum minimus Ethiops iubet
subsidere in genua · et ambulare per fu-
nem / sic sapiens artifex est domandi ma-
la · dolor · egestas · ignominia · carcer · ex-
ilium · ubique horrenda ad hunc pervenere
· mansueta sunt / Chelidonius ex Cle-
opatre patrimonium grande possedit · Nat-
improbe lingue / quam impure · In cuius
ore femine purgabantur · multorum heres
fuit · et multos habuerit heredes · Quid
ergo · nescio utrum illum pecunia impu-

p

efficiat. an ipse pecuniam impugnauerit. quod sit
in quosdam homines. quo denarius in cloa-
cam cadet. Qualia quisque habet talis est
Physicus tanti est quantum habet. Errantis
quidem qui incommoda diuitiis imputatis.
Ille neminem ledunt/ aut sua nocet cui quam
stulticia/ aut aliena nequitia. Quemadmo-
dum gladius qui neminem occidit. occiden-
tis est telum/ non ergo diuitie tibi nocent
sed propter diuitias tibi nocetur. non quod ipse
faciant aliquid/ sed quia facturos irritant
Gramaticus circa curam sermonis versatur
et si latius euagari vult circa hystorias.
iam ut longissime fines suos proferat circa
carmina. Quid horum ad virtutis viam ster-
nitur. Sillabarum enarratio et verborum dilige-
ntia. et memoria fabularum et versuum lex ac mo-
dificatio. Quid ex his metum demit. cupi-
ditatem eximit. libidinem frenat. Non
discere debemus ista. sed didicisse. Musice
doces me quomodo acute inter se ac graues
consonent. quomodo neruorum disparem sonum
fiat concordia/ fac potius quomodo animus meus
secum consonet. nec consilia mea discrepent
Geometer docet/ quomodo meciar quantum hom-
sit est. Quid michi prodest agellum scire
in partes diuidere. si nescio cum fratre diuidere

Geometriam autem scis rotunda metiri. In
quadratum redigis quamcumque acceperis
formam, nichil est quod mensuram tuam non
cadat. Si artifex es, metire hominis animum,
dic quam magnus sit, dic quam pusillus
sit. Sed nec liber vero illa docent aliud vo
virtutem. Quid enim prodest equum regere,
et cursum eius freno temperare, affectibus
effrenatissimis abstrahi? Quid ergo? Ni-
chil confert nobis libera studia? Ad alia
multum, ad virtutem nichil est. Quare ergo
liberalibus studiis filios erudimus? Non
quia virtutem dare possunt, sed quia animum
ad recipiendam virtutem preparant. Vo pu-
tas eum qui occupatus est supervacua li-
terarum supellectile? Plus scire velle quam sit
satis, nempe intemperantie genus est.

Quis nostrum contentus fuit aut levi-
ter rogari aut semel? Frontem abduxit, vul-
tum avertit, occupationes simulavit, longis
sermonibus et industria non invenientibus ex-
itum occasionem petendi abstulit, et variis
artibus necessitudines properantes elusit, in
angusto compressus aut distulit, aut ti-
mide negavit, aut promisit sed difficulter,
sed seductis superciliis, sed malignis et vix
exeuntibus verbis. Nemo autem libenter debet

quod non accepit sed expressit. Gratus ad-
versus eum quisque esse potest qui beneficium
aut superbe abiecit aut iratus impegit aut
fatigatus ut molestia careret dedit. Non
quisque debet quod a volente suscepit. Nemo
beneficia in kalendario scribit. nunquam bene-
ficia vir bonus cogitat nisi admonitus
a reddente alioquin in formam crediti trans-
eunt. Alium re alium fide alium consilio
alium preceptis salutaribus adiuvat. Officia
etiam fere sentiunt nec ullum tam man-
suetum animal est quod non cura sui mitiget et
in amorem sui vertat. Imperiti id quod ocu-
lis occurrit et quod traditur possident quod so-
lum notant. Beneficium etiam amisso eo
quod datum est durat. Est enim recte fac-
tum quod irritum nulla vis efficit. Quid hec
corona per se per se preciosum. Quid pretexta. Quid
fastes. Quid tribunal et currus. Nil
horum honor sed honoris insigne. Non
beneficium est id quod sub oculis venit sed bene-
ficii vestigium et nota. Multo gratius
venit quid faciles quam quod plena datur ma-
nu. Exiguum est quod in me contulit sed am-
plius non potuit. Ad hoc quod dedit magnum
est sed dubitavit sed distulit sed cum da-
ret gemuit sed superbe dedit sed circumtulit

et placere ei cui prestabit noluit / ambiciosum
dedit non michi. Non contulit gratis qui
cum rogasset accepit. Nulla res carius
constat / quam que precibus empta est. Mo-
lestum verbum et honerosum et demisso vul-
tu dicendum rogo. Pereat licet beneficium
sero dedit qui roganti dedit. Illud vero
beneficium iocundum est victurum in animo
quod obviam venit / Equiore animo qui-
dam ferunt precidi spem suam quam trahi.
Plerisque autem hoc vicium est ambi-
cione prava differendi promissa ut ne
minor rogancium sit turba. Detrahen-
da est manus iactatio / res loquitur nobis ta-
centibus. non tantum ingratum est / sed odi-
am invisum. beneficium superbe datum. Quedam
da sunt que humana fronte seu placida
que tribuunt. Sunt quedam notitiam impe-
tentibus que non dare sed negare benefi-
cium est. Estimabimus itaque utilitatem potius
quam voluntatem petentium. Sepe enim simi-
quoque concupiscimus. Execrari impermitiem
rogancium seva bonitas est. Quemadmodum
pulcherrimum opus est invitos nolentesque
servare. ita rogantibus pestifera largiri
blandum et affabile odium est. Beneficium est
demus quod in usu magis placeat quam inqui

i malum vertat/pecuniam non dabo quam
numeraturus adulterer sciencia ne in societate
turpius facti aut consilii inveniar. Si potero
revocabo. Si minus/non adiuvabo scelus.
Siue illum ira impellit quo non debebat.
Siue ambicionis calor abducit a tutis/non a
mittatur ut ille quoque dicere possit/ille me a
mando occidit. Sepe nichil interest inter a
micorum munera et hostium vota. Graue
tormentum est debere cui nolis. Iocundissimum
est ab eo accipere beneficium quem amare
etiam post iniuriam possis. Non semper in
ter dicere volo. Aliquando beneficium recipiendo
absoluta. nemo id accipiendo obligatur. quod
illi repudiare non licuit. Si vis scire an ve
lim efficere quod possim nolle. Quidam fur
tive gratias agunt et in angulo et ad aurem
Non ista verecundia inficiendi genus. In
gratus est qui remotis arbitris gratias a
git. Verentur palam ferre ut sua pocius
virtute/quam alieno adiutorio consecuti
dicantur. Multa sunt genera ingra
torum ut servorum homicidarum. Ingratus est
qui beneficium accepisse se negat quod accepit
Ingratus est qui non reddit. Ingratissimus
omnium qui oblitus est. Turpissima vox
est in beneficio reddere. Qui dat beneficia

deos imitatur. Qui repetit fenerator est.
Omnia debent esse eadem que fuerunt
cum promitteres ut promittentis fidem teneas.
Que autem maior mutatio potest fieri quam
si te malum virum et ingratum experi(ar) quem
prius bonum et gratum putabam. Qui fes-
tinat utique reddere non habet animum gra-
ti hominis sed debitoris et ut breviter dicam
qui nimis cito cupit solvere invitus debet.
et qui invitus debet ingratus est. Istum
qui sustulisti quo te divitem ac potentem pu-
tas. quid dum possides sub nomine sordido lates.
domus est. servus est. nummi sunt. tu donasti
beneficium est. Dives est non credo for-
tune. Validus est egritudine fatigabitur.
Decorus est abit in senectutem. formosus est
expecta paulisper et iam non erit. Malo
ut patria exilio meo erubescat quam reditu
merebat. Non est ipsud exilium cuius nomine
non magis quam damnatum pudet. Solet
plus prodesse si pauca sapientie precepta te-
neas si illa in promptu et in usu tibi sint quam
si multa quidem didiceris si illa non habe-
as ad manum. non multa sed multum legendum est
Si indignaris ingratos et cetera. Indignare
luxuriosos. Indignare avaros. Indignare
impudicos. forte tu ipse vitium de quo quereris. si

a.

te diligenter excussens ite iubemes. Am
quo publice irascens. Stultus tuo ut absol
uaris ignoscas. Meliorem illum facies fere
do, peiorem exprobrando. Sepe enim dubi
am verecundiam uox conviciantis clarior
erupit. Non est ille qualem speravimus. Su
mus nos quales fuimus et dissimiles. Qu
tum possimus causam eius aput nos aga
mus. Fortasse non potuit. Fortasse ignorauit
Fortasse fatuus est. Non est magni animi
beneficium dare et perdere. Hoc est magni
animi perdere et dare. Non est tutu viro
inermi se tradere vie, quam hostis armatus
obsedit. Fortuna vitro est similis, que cum
splendeat cito frangitur. Fortuna plus quam
consilium valet. Grave omne malum quod
sub aspectu latet. Gravior est inimicus ille
qui latet in pectore. Homo extra corpus suum
est cum irascitur. Heu quam miserum est
ab eo ledi de quo non possis conqueri. Homines
experiri multa paupertas iubet. Heu quam
multum penitencie incurrit viuendo diu.
Homo est vite commodatus, non datus. In
seruitutem ledis cum indignum postis. In nullo
auarus bonus est, in se quidem pessimus.
Inopibus dat beneficium qui celeriter tribuit
Inopie pauca desunt. Auaricie omnia. Pru

b

habeas amicum ut posse te fieri inimicum pu-
tes L ongo doloris remedium est inimica do-
lor L ex iniusta est que iubet et nascatur
mori L ucrum sine dampno alterius fieri non
potest M ora omnibus odio est sed facit sapientiam
M eretur titulus sine delectationis discussione
cum auctore dampnari C um patrem eger
de sua curandos interficiat B landiendus est
qui nocere potest non asspandus. S ive te
laudat aliquis sive vituperet semper ad ami
cum iudicium recurre M ulieris natura est
ut illi non pareat quem superare potest que (l' al' pereat)
nonnulli hominum non dissimiliter faciunt A
mici tui animum contra te commotum vel bla
diciis vel quibuscumque excusationibus sedare stu
deas D espicatum carum mine qui non potest
irrogare que minantur N oli arguere que
noveris ~~noveris~~ non velle se arguere si eius
odium verearis S ocietate fatui minoratur
sapientia sapientis N e facile omni homini
credere velis si facile non vis decipi N on
queras ab emulo tuo consilium ne te decipiat
N equam verbum ne dicas de illo qui tibi
benefacit nec remaneas in loco ubi audias
dicere D esperandum est de illis qui exemplo
predicationis malorum non corrigunt S unt
multi qui non malicia aspere loquuntur sed

stulta assiduitate Non respondeas omni
verbo. sermo durus cito perturbat mentem
Animi tui molestiam dissimula. interdum
et reprime Multa videntur in sompniis que
non sunt digna relatu. Ab illo custodi qui
tuis insidiatur artibus et verbis Utilius
interdum reperit homo in se consilium quam cum
alio Illud quod male crederis non cito ei cre
das Omne importunum quod dicitur tibi ne
nuncias incontinenter. nec amico quod celandum
est reueles Dum quod utile est tibi facere po
tes non differas quia cum volueris forsitan
se non poteris Nec per iocum nec priuatim di
cas amico tuo vnde irascatur vel erubescat
Comessationes et luxuria prouocant e
gestatem Qui assidue et sine effectu mina
tur nullus timetur nec facere nec dicere velit
vnde erubescat reprehendendo Plerumque
sapiens dat inutile consilium A sapien
te fit interdum stulticia Ne dicas de aliquo
malum. audiente seruo eius vel amico N
on facile quicquam reprehendas. reprehensione
equiualitur inimicicie Non leuiter te cre
das ignotis. notis etiam precaue Noli con
tendere de hoc quod te ledit Risum et ioca
de vita nec te delectet visus eorum Contra
amico nec inimico non te iactes inuidiam

enim et odium iactantia provocat Non in-
cipias quod te perficere non posse conspi-
cis Nulli beneficio sis ingratus Quem-
admodum homines multum inter se dissimiles
sunt vita et moribus Qui aliis machina-
tur malum ipse sua interdum machinatione decipitur
Quod ab aliis tibi fieri displicet facere te
caueas Qui in multis eget in multis cogitat
Iniquus consiliarius interdum dat tibi uti-
le consilium ut facilius decipere possit Su-
perbia discretionem non habet Non enim
virtus et vitium se concordant Varietas
actionum varietatem mentis declarat Usus
pravus difficile compescitur Qui timet
semper est suspectus Pulcritudo non facit
hominem sapientiorem nec insipientiorem defor-
mitas Studium semper quietem desiderat in
inquietudine cito turbatur animus Delic-
tum quod prius celatum per amicitiam detegitur
aliquando per odium et profertur in iurgium Qui
amica secreta non celat nec inimica Ne ac-
cipias munus quod maiori munere neces-
se sit recompensare Noli laudare insano
insensato etiam bonum e precavere Iram
cordis dum nichil prodesse conspicis reprime
De duobus inimicis ne dicas laudes alteri
altero presente Aliquando improbat homo quod

habere desiderant. Ne aliquorum odium eciam parvipendas pauperis, potest enim interdum nocere qui non potest prodesse. Est valde inconveniens, ut qui despectu dignus existit alterum despiciat vel contempnat. Aliquis qui non laudandus est laudatur precio, amicia acquirenda. Ubi decrescit amor, decrescat amantis obsequium.

Explicit liber Annei Lucii Senece de copia verborum.

... oracio Demostenis pro atheniensibus ad regem Alexandrum.

Nichil habes rex Alexander, vel fortuna tua maius quam ut possis, vel natura tua melius quam ut velis servare quamplurimos. Nulla enim de virtutibus tuis vel generosior misericordia, vel admirabilior clementia. Nec per aliud propius deo accedere potes, quam ut salutem conferas hominibus, vel dando si eguerint, vel parcendo si deliquerint, vel indulgendo si supplicaverint. Cum enim vincamur a diis in omni munere, sola clementia est que nobis deos reddat equales. Proinde gaude tam excellenti bono tibi ingenito, fruere tamen fortune tue glo

tam excellenti clementia · quam ostendere
debes ad omnes · et maxime ad eos apud quos
educatus fuisti · Et sciencie lumen accepisti
Et tuus celsitudinis tue principium · et for-
tunam sumpsisti · Nemo siquidem erit tam
iniustus rerum extimator qui dubitet · que-
nam fuit Atheniensium in recipiendis The-
banis adversus te delinquendi voluntas · Cum
statim cognito severitatis tue missilo · sup-
plices ad te venimus · Is enim quem peccati
penitet · profecto declarat se maluisse non
peccare · quam penitere · Verum si aliquo te-
nemur culpa · expertes tam facinoris sumus
Thebanos tam miseros · quam miserabiles
nostra urbe recepimus · non ut hostes tuos
sed ut tante tue victorie reliquias · et quam
demane consciencie lapsos servavimus · Nec
apte portas aperuimus · sed tamen contra te ar-
ma non sumpsimus · Humanitate potius iude-
cabis deliquisse · quam scelere · non odio tuo
sed errore · non pravitate aliqua · sed fatua
forsan pietate · Adde quod animus tuus istis
angustis terminis · quos natura mortali-
bus dedit · adveniendo nunquam potuit esse
contentus · Semper immortalitatis gloria fla-
gravit · Hec tua vita dicenda est · velud
ea · que solum corpore continetur · et spiritu ·

Sed ut diuina. Domuisti greciam. Vicisti lacedemoniam. subegisti thebas. Persas p(ro)mod(um) debellaturus. et Indos. Hec tamen hominis sunt. quoniam naturam et condicione(m) ut fieri possint habent. Verum animu(m) vincere. iracundiam cohibere. sibi imperare. Victoriam temperare. victis indulgere supplicantibus. qui hec fecerit. non est summis viris equandus. sed deo simillimus iudicandus.

Ne ergo credas iracundie. que est inimica consilio. Ne credas victorie. que de natura sua est insolens. et superba. Sed vince te ip(su)m qui ceteros vincis gloria. et virtute. Quis enim vel nobilitate. vel probitate. vel optimarum rerum studio. vel clemencia. vel quibus alio laudis titulo te prestancior. Quis clarissimorum regum magnitudine bellorum preliorum numero. varietate victoriarum celeritate conficiendi. mentis amplitudine p(er)tinacia in rebelles. Clemencia in subditos liberalitate in omnes. potest tibi conferri? Gloria quidem tua tanta est. licet futura sit maior. quod tropheis et monumentis allatura finem non sit etas. nec ullius flumen ingenii non dicam ornare. sed enarrare res tuas gestas posset. Hec tamen omnia conficiet. et offuscabit vetustas. nisi

litteris traderetur et memorie. Verum inter tot millia hominum qui vel fidelius laudes tuas enarrabunt vel melius describent Athemensibus. Aput quos domestici et populi totum orbem omnimodis sentenciis iurgantes Celebrabuntur igitur res tue et laudes tam re quam voce mirabiles et iocunde. Non solum nostris sed per nos omnium pene gencium litteris et linguis. Nec ulla umquam etas de tua gloria conticescet. Nec oblivionis caliginem tua vita formidabit sed omnium seculorum tua semper tua vivebitur eternitas. Obstupescent posteri inmirabiles laudes tuas et triumphos tuos audientes et intelligentes. Cui igitur ut ista sint ignosce rogamus urbi nostre ymo tue et ne totius orbis lumen extinguas que sicut sol inter cetera predicat sydera. Ita inter ceteras orbis urbes eloquentia preeminet et sapiencia. Ymo origene philosophie precellens velut fons a se rivos ad omnes mundi partes omnigenarum sciencia(rum) emittit. Cuius igitur impunitas tue clemencie laus erit et gloria. Parce tua loquar rex Allexander. missam de laudibus tuis ampliorem fore quia ea que hodierno die cum hec feceris consecutus es.



Oratio Hanibalis petentis pacem a Scipione ex Titi Liuij libro decimo secundi belli punici

[S]i hoc ita fato datum erat ut qui primus bellum intuli populo Romano quique totiens in manibus victoriam habui [is ultro ad pacem petendam venirem] letor te michi sorte potissimum datum a quo peterem. Tibi quoque inter multa egregia non in ultimis laudum fuerit hoc Hanibalem cui de tot romanis ducibus victorias dii dedissent tibi cessisse. Teque huic bello vestris plus quam nostris cladibus insigni finem imposuisse. Hoc quoque ludibrium casus dederit an fortuna ut cum patre tuo ceperim arma cum eodem primum imperatore signa contulerim ad filium eius inermis ad pacem petendam veniam. Optimum quidem fuerat eam patribus nostris mentem datam a diis esse ut et vos Ytalie et nos Affrice imperio contenti essemus. Neque enim ne vobis quidem Sicilia Sardinia satis digna precia sunt pro tot classibus tot exercitibus tot tam egregiis amissis ducibus. Sed preterita magis reprehendi possunt quam corrigi. Ita aliena appetiuimus ut de nostris dimicaremus. Nec in Ytalia

is ultro ad pacem petendam venirem

uobis solum. Bellum nobis in Affrica est /
Sed in portis vestris prope ac menibus signa
arma que hostium vidistis / Et nos a Cartagi/
ne fremitum Castrorum Romanorum exaudiuimus /
Quod igitur nos maxime abhominaremur /
Vos autem ante omnia optaretis. In meli
ore vestra fortuna / de pace agitur. Agimus
hii quorum maxime inter est pacem esse. qui quod-
cumque egerimus. ratum Ciuitates nostre ha/
biture sunt. animo tantum nobis opus est
non abhorrente a quietis Consiliis / quod
ad me attinet. Etas senem in patriam reuer
tentem. unde puer profectus sum. Iam se/
cunde. Iam aduerse res / ita erudierunt
vt rationem sequi. quam fortunam malim
Tuam et adolescentiam. et perpetuam felicita-
tem. ferocia. vtraque. quam quietis opus est /
Consiliis metuo non temere. Incerta casuum
reputat quem fortuna nunquam decepit. Quod
ego ad transimenum. ad Cannas. id te hodie
vix dum militari etate imperio accepto omnia
audacissime incipientem nusquam fortuna
fefellit. Super fortunam patris. et patrui
ibi prosecutus mortem ac calamitatem vestre
domus. Decus insigne virtutis pietatis que
eximie cepisti. Amissas yspanias recuperasti /
quattuor inde punicis exercitibus pulsis.

Eos creatus. cum ceteris ad tutandam Ita-
liam parum animi esset. transgressus in A-
fricam. duobus hic exercitibus cesis binis ea-
dem hora. captis simul. incensisque castris.
Syphace potentissimo rege capto. tot urbibus
regni eius. tot nostri imperii captis. Me sex-
tumdecimum iam annum herentem in possessione
Italie detraxisti. Post victoriam inquam mal-
le quam pacem animus. Nou spiritus mag-
magis quam utiles. Michi talis fortuna ali-
quando fortuna affulsit. Quod si in secundis
rebus bonam quoque mentem darent dii. non
ea solum que euenissent. sed etiam que eue-
nire possent reputaremus. Et ut omnium ob-
liuiscatis aliorum. satis ego documenti in
omnes casus sum. que modo castris inter A-
nienem atque urbem vestram positis. signa in-
ferentem ad menia romana. hic cernas duobus
fortissimis viris fratribus. Clarissimis impe-
ratoribus orbatum ante menia prope obses-
se patrie. quibus terrui vestram urbem. ea
prope deprecantem. Maxime. Cuique fortune
minime credendum est. Omnibus tuis rebus
nostris dubiis tam apta et speciosa danti e-
pax. nobis magis necessaria quam hones-
ta. Melior tutiorque est certa pax quam spe-
rata victoria. Hec in tua. illa in deorum

manu est. ne tot annorum felicitatem in unius
hore dederis discrimen. Cum tantas tuas vires
tum vim fortune marte(m)que belli propone
animo. Utrimque corpora humana erunt.
Nusquam minus quam in bello eventus respon-
dent. Non tantum ad id quod data pace
iam habere potes prelio vincens glorie ad-
ieceris, quantum si quid adversi eveniat simul
parta ac sperata decora unius hore fortu-
na evertere potest. Omnia in pace iungenda
tue potestatis sunt. P. Corneli, tunc ea ha-
benda fortuna erit quam dii dederint. Inter
ceterum felicitatis virtutisque exempla.
Marcus attilius quondam in hac eadem ter-
ra fuisse fertur. qui victor pacem petentibus
abnuit. non statuendo tamen felicitati mo-
dum. nec cohibendo efferente se fortuna. quan-
to altius elatus erat, eo fedius corruit. Est
quidem eius qui dat, non qui petit. Condi-
tiones dicere pacis. sed forsitan non indig-
ni sumus qui nobis metipsis irrogemus. qui
non recusamus. quin omnia propter que bel-
lum initum est vestra sint. Sicilia. Sar-
dinia. Hyspania. quicquid insularum inter A-
fricam Ytaliam que continetur mari. Car-
thaginenses inclusi Africe litoribus
nos quoniam ita diis placuit. externa etiam

terra mari qz videamus regentes imperia ·
haud negauerim propter non nimis sincere petitam
aut expectatam nuper pacem · suspectam nobis
esse punicam fidem · Multum per quos peti-
ta sit · ad fidem tuende pacis pertinet · Sci-
pio / vestri quoqz ut audio patres · non michil
etiam ob hoc · quia parum dignitatis erat · in
legatione negauerunt pacem · Hanibal peto
pacem · quam neqz peterem · nisi utile crederem
et eandem utilitatem tuebor eam · propter quam
peti · Et quemadmodum quia a me bellum cep-
tum est · ne quem eius peniteret · quoad ipsi
non inuidere dij prestiti · Ita annitar · ne quem
pacis per me parte peniteat / Aduersus hec impera-
tor romanus in hanc fere sententiam
Non me fallebat · Respondit
Hanibal / habere aduentus tui
spem Carthaginenses · Et pacem
induciarum fidem / et spem pacis tur-
basse · neqz tu id sane dissimulas · qui de con-
dicionibus superioribus omnia subtrahis · Pre-
terea que iam pridem · in nostra potestate sunt ·
Ceterum sicut tibi cure est · Ciues tuos quan-
to per te onere leuentur · sic michi laborandum e
ne si que tunc pepigerunt · hodie substracta
ex condicionibus pacis premia perfidie habeant
Indigni quibus eadem pateat condicio · etiam

ut prosit vobis fraus petitis. Neque patres
vestri priores de Sicilia neque nos de hyspa-
nia fecimus bellum. Sed tunc mamertinorum
sociorum periculum et nunc Sagunti excidium
nobis iusta ac pia induerunt arma. Vos la-
cessere et tu ipse fateris. Et dii testes ut qui
et illius belli exitum secundum iusta meritum
dederunt. Et huius dant et dabunt. Quod ad
me attinet. Et humane infirmitatis memini
et vim fortune reputo. Et omnia quecumque agi-
mus subiecta mille casibus scio. Ceterum quem-
admodum superbe et violenter me facere faterer
si prius quam in Africam traiecissem. tua te
voluntate cedentem ytalia. Et imposito in na-
ves exercitu. Ipsum venientem ad pacem petendam
aspernarer. Sic nunc cum prope manu conser-
tum. hesitantem ac tergiversantem in africam
attraxerim. nulla sallus tibi verecundia obstric-
tus. Proinde si quid ad ea. que tunc pax con-
ventura videbatur. que si multa navium cum
commeatu per indutias expugnatarum legatorumque
violatorum additur. Est quod referam ad Consi-
lium. Si nulla hec quoque gravia videntur
bellum parate quoniam pati pacem non potuistis.

Apparuit temporibus Lentulus Se-
nostris et adhuc est natui Salutem
homo magne de statura ihu x'

virtutis nominatus Jhesus xpus · que eius dis-
cipuli vocant filium dei · Suscitans mortuos
Sanans languores · Homo quidem stature
procerus mediocris et spectabilis · Et vultum
habens venerabilem · quem intuentes possunt
diligere et formidare · Capillos habens in modo
nucis coloris avellane premature · planos fe-
re usque ad aures · ab auribus usque ad humeros
circinos et crispos · Aliquantulum ceruliores
et fulgentiores ab humeris ventilantes · Discri-
men habens in medio capitis iuxta morem na-
zarenorum · frontem planam et serenissimam
cum facie sine ruga · et macula aliqua · quam
rubor moderatus venustat · Nasi et oris nulla
prorsus est reprehensio · Barbam habens copio-
sam et similem capillorum · non longam · sed
in medio bifurcatam · oculis glaucis · variis et
claris existentibus · In increpatione terri-
bilis · In admonitione placidus et amabilis
hilaris servata gravitate · Qui nunquam
visus est ridere · flere · aut si · In statura
corporis propagatus et rectus · Manus et
brachia visu delectabilia · In colloquio gra-
vis et modestus · inter filios hominum · Re-
perta in annalibus romanorum · Epistola
quam pontius pylatus de hiis que Jhesu so-
livius sub eo gesta erant · misit claudio

Epistola de Crucifixione et resurrectione xpi

Pontius Pylatus Claudio salutem. Nuper accidit quod et ipse probavi Judeos per invidiam sese suosque posteros crudeli dampnatione punisse. Nam cum promissum haberent patres eorum quod illis deus mitteret de celo sanctum suum qui eorum rex merito diceretur et hunc se promisit per virginem ad terras missurum. Iste me preside hebreorum deus cum venisset et vidissent eum Cecos illuminasse leprosos mundasse paraliticos curasse demones ab hominibus fugasse mortuos etiam suscitasse Imperasse ventis Ambulare siccis pedibus super undas maris et multa alia miracula fecisse. Cum omnis populus iudeorum hunc dei filium diceret Invidiam contra eum passi sunt Sacerdotes principum michi quod eum tradiderunt alia quod pro aliis mentientes dixerunt illum magum esse et contra eorum legem agere. Ego autem credidi ita esse et flagellatum tradidi arbitrio eorum. At illi crucifixerunt eum et sepulto ei custodias adhibuerunt. Ille vero militibus meis custodientibus cum die tercia resurrexit. In tantum exarsit nequitia eorum ut darent eis pecuniam dicentes dicite quia discipuli eius nocte

corpus ipsius rapuerunt. Dumtamen demilites
tum accepissent pecuniam quod factum fuerat ta-
cere non potuerunt. Nam et illum resurrexis-
se testati sunt coram omni populo. et a Iudeis
pecuniam se recepisse. Et hec ideo ingessi. ne
quis alter mentiatur. et existimet mendacijs
Iudeorum. reperta Rome in libro antiquarum epistola-
rum palacij Senatus. Virgilius Mecenati

Russum pompineum suo Salutem dicit
libertum tuum nouelle vidi. Heri enim
aduenit me hora intempesta. Librum po-
poscit. Instat. Iubet. Volt. Nemine vidi questorem
indecencius. Nunc post hanc rogo Medius fi-
dius ipsum. Remitto quam primum lectum cultum
cras fortassis. Inopinum vatum mim valentem
sum. Sepe ad nos venit. nobiscum loquitur. no-
bisũ perinsitat. nunquam lectitat. Vix Co-
mis et Hiatus sine me Carpete morem dignat
Cum velim efflacatu turbes. Homerus reddit. Sat
tenuit phidelsium recomalet. Sanus est valde

Virgilius diuo augusto. Salutem

Ego vero frequentes a te litteras accipio. et
infra. de Enea quidem meo. Si me
hercle Iam dignum auribus haberem tuis
libenter mitterem. Sed tanta inchoata res
est. ut pene vicio mentis tantum opus ingressus
mihi videar. Cum presertim. ut scis alia quoque
studia ad id opus multoque potiora impertiar.
Vale.

Ad baptistam Capodiferre romanum
Civem ordinis militaris vi-
rum pretorem Bononie Abati
Cum in rebus bellicis semper et
Ceteris vero animi virtutibus supra
aliqua etate. Cunctis gentibus
romanos prestitisse. Non modo
apud latinos. sed apud grecos etiam scriptores
legerem. Eorumque laudes ab illis scelum fer-
ri audirem. Id potius ingenij magnitudine
eorum qui scripserunt. atque ubertate evenire
censebam quam veritate rei. romanorum que
gesta pre eloquentia eorum augmentasse hy-
storiarum scriptores. dolebam quod non nun-
quam aliquod priscorum animorum vestigium no-
stris hominibus appareret. Verum magnifice
vir cum tuas singulares virtutes. hac nostra
tempestate animadverto. plura romanorum
hominum fuisse. quam scripta sunt. nichil dubito
leto quod magnum illius romane antiquita-
tis exemplum. in tuis factis esse. Tantam
enim inter prudentiam terminus. Ut ea que
factis sequi vellent obtrectare nequeant dubi-
um plurimis fiat. Severitatis ne plus inter hu-
manitatis sit. Nam quis aut sanctior aut
sagacior loci et temporis postulatione te un-
quam fuit. Quippe tu ad vngivem ut aiunt

Iustitiam vbiq[ue] obseruves? Ita punis ut dap/
nati te intelligant. Quibus virtutibus tanta
erga te beniuolentia affecti sunt omnes hi. Ci/
ues. ut magnas summo pontifici gr[ati]as h[ab]eant
q[uod] talem tam ve magnificum virum eorum gu/
bernationi miserit. Ego vero ut patrum tuor[um]/
incredibili virtute gaudeas eos q[uod] ut satis min/
teris. Cezaro in latinum tibi transtuli. Compa/
rationem quandam Alexandri. Hanibalis, et/
Scipionis. primu[m] a Luciano. Imperatore scriptam/
tu[m] a libanio emendatam. Adiunxit quidem non/
nulla huic comparationi. non inepta libanius.
Scitissime ergo cognosces que tres prestantissi/
viri fecerint. qui a mee gratum meo quidem
iudicio tibi erit. duobus clarissimis ducibus
Hanibali atq[ue] Alexandro prelatum. a Minoe
fuisse. Scipionem. Totam hoc iudice enim aput
inferos de presidentia certant Alexander Me
olibico preponi decet/ melior equidem sum Ha/
nibal Immo vero. ego Alexander Iudicet
ergo minos qui semper iustissimus iudex est
habitus. Minos Qui estis vos Alexander
Hic est Hanibal. Carthaginensis. Ego aut[em]
alexander philippi filius Minos Per iouem
vterq[ue] gloriosi. Sed qua de re vobis altercatio
est alexander De presidentia. dicit enim hic
sese meliorem quam ego exercitus ducem fuisse

Ego vero non hoc solum. sed omnibus ferme
qui ante nostram etatem fuerunt in re mili-
tari prestantiorem me fuisse affirmo. Minos
Dicat igitur vnusquisque pro parte virili. tu
quoque o libice prius loquaris. Hanibal Vnum
hoc me iuuat. quod et hic sermonem grecum
didicerim. ut neque etiam hac in re Alexan-
der me superet. Illos maxime laude dignos
esse puto. qui cum paruo principio fuerint pro-
pria virtute ad magnam gloriam euasere. po-
tentes que facti et principatu digni visi sunt
Ego igitur cum paucis quibusdam Iberi-
am primum inuadens. cum sub consule essem
optimus a fratre iudicatus. maximis rebus
dignus visus sum. Tum celtiberos cepi.
Gallos deuici. At cum magnos montes trans-
migrassem omnem Eridanum transiui[?]. mu-
tes[?] que ciuitates subuerti. et planam ytaliam
subiugaui. Et usque ad suburbia romana gras-
satus sum. tot que vna die interfeci. ut eorum
anulos modiis mensuram opercuerit[?]. Et ex
cadaueribus pontes fluminibus fecerim. Atque
hec omnia per me. neque amonis dictus ne-
que deum me fingens aut matris insompnia nar-
rans. sed me hominem fatebar. pugnabam que
contra duces cum magna prudentia. Contra
milites magna audatia atque fortitudine prediti.

tos / non adversus medos aut armenos . qui antea quam quispiam sequatur / fugiunt . faci/le cuiqz audenti victoriaz tradunt Allexan/der vero pateris regni successor . id fortune q/dam impetu extendit . atqz augmentavit q/cum vicit . Et miserrimum illum dariu͂ . apud

issum et arbellas victoria cepit . Antiquam patrie consuetudinem omittens / delabi non turpe putavit . Sed ad medorum delicias imitari libenter tulit . atqz in convivijs amicos inter/emit . quibus cum moriventur / auxiliari cona/tus est / Ego autem eque patrie dominatus q/cum me revocaret . hostium magna classe ad/versus libiam navigante / parivi continue . me qz hominez privatum prebui . et dampnatus e/quo animo rem tuli . que quidez ego barbarus natus . omnis qz grecorum disciplme expers . ut neqz homerum . ut hic edidici . neqz Aristotile magistro eruditus . sed solum mea optima na/tura sum usus . Hec quidem sunt . quibus me meliorem Allexandro esse puto . Sin vero ea h causa hic michi preferendus est . q caput dy/ademate ornavit . id decorum forsan apud macedones est . non tamen ob id prestantior h videatur / generoso . et duce . et viro / qui magis sentencia / magis quam fortuna est usus .

Minos Hic ergo orationez . neqz ingenero/

ciam · neqz ut libitum decebat dixit · Tu vero
o · Alexander quid adhec inquis Alexander
Oportebat quidem · o · minos · a · dux temerario
nichil respondere · Solum enim nomen satis te
docere potest · Equalis ego rex · qualis hic la-
tro habitus fuerit · aduerte tamen · an parum
ipsum superauerim · qui adolescens adhuc rem ag-
gressus regnum obtinui · Et de patris mei in-
peremptoribus ultus sum · At cum thebas subuer-
tissem · toti grecie terrori fui · ab ea dux electus
neqz dignum putaui macedonum regno me con-
tentum esse · quod pater reliquerit · sed totum ter-
rarum orbem sperans · dictum qz putans · nisi
rex omnium dominus fierem · paucos quos-
dam mecum ducens · in Asiam me traduxi · Et
apud tegrinicum magna pugna vici · Lidiam
Ioniam · et · frigiam cepi · et tandem queuumqz
transierim subiugans · veni ad yssum · vbi da-
rius me expectabat · Infinitos exercitus a-
gens · Post hec · o · minos nostis · quot ad vos
vna die mortuos miserim · Dicit enim Cha-
ron tunc scaphiam non sufficisse · sed ligna
quedam subiungens · illorum plures transportas-
se · Atqz hec confeci ipse me periculis opponens · et
pugna vulnera non timens · Et ut que apud tir-
um · et arbellas gesta sunt omittam · vsqz In-
dos veni · atqz occeanum mei regni terminum feci ·

Et illorum hominu[m] elephantes habui. Pir-
rum vero regem captiuu[m] michi esse coegi. Et
scitas hoies certe non spernendos, tanacthim
supertransiens magna equitum pugna euici
ac annulos omnes remuneraui. De inimicis
quoq[ue] victus sum. Cum vero deus hominibus
videbar, parcendu[m] illis est, nam rex magnitu-
dine ut tale aliquid de me crederent inducti
sunt. Tandem mors me regem occupauit.
Hic vero apud Prussiam bythinu[m] exul, ut
crudelissimo et pessimo homini conveniens erat
mortuus est. Quod vero ytalos vicerit o-
mitto dicere. Nam non virtute sed malicia
atq[ue] perfidia et dolis id peregit, nunq[uam] aut
claritudinis alicuius aut iusti memor. Sed
quoniam q[uod] delitiose vixerim vituperauit, oblitus
michi videtur ex eorum que apud Capuam ad-
miserit. Ibi enim mulieribus deditus est et
uoluptati. Hic mirabilis vir per belli temp[us]
inserviebat. Ego quoq[ue] nisi ea que sub occide-
te sole sunt parva quodam putans, versus ori-
entem me impulissem, quid magnifici p[er]fecissem.
Nam ytaliam atq[ue] libiam sine sanguine dic-
oni mee adiungens usq[ue] gades facile misissem. Et
non digna michi visa sunt illa contra que pug-
nassem, inclinata iam, et d[omi]num me fatentia. Dixi.
Dixi, tu o Mynos iudica, h[ec] quide[m] ex multis satis sit.

Scipio Non nisi prius me audias o Mi-
nos. Minos Quis tu vir optime es aut
unde qui hijs tetam claris ducibus te confer-
re audeas. Scipio Ytalus romanus. Mi-
nos Audiendus quidem es. Scipio Ego o
Mynos hec non dicam quod preferri velim.
numquam enim huiusce generis honoris avidus
fui. Sed semper esse quam videri malui. nec quod 1
isti utrique fecerunt, ut me laudando alios vitu-
perem. Iam puero michi omne vicium displi-
cuit. Et bonis artibus a primis annis deditus
humanitatique inserviens, scire solum turpe
putabam. Sed opere semper perficere quidquid
magnificum a maioribus natu aut litteris di-
dicissem conatus sum. Itaque adolescens vixi
ut maxima patrie spes fuerim. que illam frau-
strata non est. Nam cum Senatus magno
timore an esset patria relinquenda consultaret,
vix iuuenis tum et etati non liceret in medios
senes prosilij. et stricto ense patrie hostem me
habiturum profiteor eum quicumque deserende pa-
trie sententiam protulerit. Quare vix quintum
et vigesimum agens annum dux electus non cum
magno exercitu Carthaginem ivi atque Anibalem
secutus eum eiusque in fugam turpem verti.
Ac devicta Carthagine non rei felicitate e-
latus sum. Eundem me amici eundem me patria

post victoriam habuit. Diuicias vero in bonis
amicis esse putaui non in auro. Nam quatu
or et quinquaginta annos quibus vixi. Nichil
vnquam aut vendidi aut emi. Ex foro quoque nun
quam reuertissem nisi quempiam michi aliquo
modo amicum fecissem. Et uti mercatoribus
pecunias lucrari studium est. Ita michi ut a
dipiscerer homines, omni metallo prestancio
res, cura erat, quibus qualis fuerim Lelius
Ceteri que testari possunt. At ex carthagine re
uersus triumphum egi. Censorque factus sum.
Egiptum. Syriam. Asiam. Greciam pcurrei
Iterumque absens consul electus. Bellum ma
ximum confeci. et numanciam euerti. atque h
alia egi. nunquam me aut in prosperis eleua
te fortuna aut in aduersis premente, quin ta
ta animi libertate vsus sim. ut cum grandis
auri dominus esse potuerim. Moriens qua
tuor et viginti solum argenti libras reliq
ui. Illud non tacebo, nunquam scilicet me aut
iniustum fuisse, aut crudelem, aut alicuius
generis voluptate corruptum. Et hec, ut in
sipiens dixi. non ea racione que preferri veli
o Minos. Sed graue erat non mostrare, ut
est. Romanos omnium virtutum genere ce
teras gentes superasse. Ita que ut primus pro
patria pugnaui. patrie que pietatem michi

et rebus veteris pretuli / Sic nunc apud te
o Minos pro patria hec dicta sunt Minos per
Iouem o Scipio et recte et vti romanum decet
locutus es Ita que tum disciplina militari re
busque bellicis aut hys equalem aut te pre
stanciorem sciamus / pietate vero ceterisque
animi virtutibus / maxime hos superasse
Te preferendum censeo / Et alexander secun
dus sit / Et tercius si videtur hanibal / Ne
que hic quidem spernendus est /

Anima humanam celestem ponit Tullius CLij. k.
Animus magnus quis dicatur XXXij. v.
Animus magnus invenitur etiam in privato lare CCXLix. o
Animus humanus aliquando cunctandus est. CCLXiiij. d.
Animus humanus valet et continuatur vt magis vult sequi
voluntatem quam duci ratione. CCLXXiij. b.
Animus magnus maxime decet hominem CCLXXViij. m.
Animi excitatio CCXLViij. n. / et gratiatur ad honesta CC //
Animi compositi argumentum CCLXXXiij c //XCij v.
Animi tranquillitas quam magnum sit bonum. CCXLvj. h. 7
Animi instabilitas quomodo vitanda fiat CCXLViij. m. n.
q. Antiquorum labores et studia non sunt carpendi LXXXViij f
q. Apes imitande proponuntur multiplici ratione. primo quo
ad oratorum libros legendos. V. m. Item qualis esse
lex debeat CCLXX q. x / et in studio literarum CCXCix. n.
q. Appetitus omnis cum ferat in bonum XCVij. e.
Appetitus intellectiuus et sensitiuus ex qua causa
ruant in errorem / XCViij f.
q. Arguentem audire quam sit vtile. LXij. a.
q. Aristotelis auctoritas in moralibus XCV. x. LXXXix. h.
q. Armorum et pugnandi diversificacio. LXXX. q.
q. Artibus bonis erudiatur adolescentes. LIiij. h. / Lvj. l.
Artium bonarum fructus. Liiij. h. LXiij. c // LXiij. c. d.
Artes etiam privatae a teneris annis quaeruntur vt perfecte sciatur //
Artes liberales describuntur. LXXj x
Artium et scientiarum connexio. LXXiij e
Artium elementa ab optimis preceptoribus sunt sumenda LXXiij h
Artes liberales an conferant virtutes. CCC. q.
q. Athenensium civitas quam numquam fuit sub tirannis CCLj c.
Avaricia solius turpis et honesta CLXXXiij k.
q. Avarus omnibus et semper malus et sibi pessimus CCCiij a
.1. q. Basilij magni auctoritas. ij. b.
q. b Beatus est cum fortuna superatur CCCVj n
Beatus homo quis sit CCXix. x.
Beata vita quid sit et qua via inveniatur CCXVj m. et
CCXViij q. x. CCXix. et. XX. per totum.
.1. Augustini divi laus. CCLXV. e.

Beate viuere est secundum naturam viuere CCXXI. x. ii
Beate viuentis descriptio CCXXI. a.
Bellum turpissimum quod fit cum familiari amico. CCXXV. b.
Bellandi ars et materia lxxx. d. e. f. ii
Bellandum non est nisi premissa diffidacione. CCLXXXI. b.
Beneficium suum exprobare quod sit turpe. CXXIIII. q. et XXV. b.
Beneficium esse quod sit bonum et laudabile CCCI. x
Beneficia facere prompti esse debemus CCCI. x. b.
Bomolochus quis dicatur XCII. p.
Boni qui sint dicendi. ii. e.
Boni viri eminantur CXII. m.
Boni malis cur permisceantur CCLIII b
Boni cur paciantur mala vite humane CLII x
Bonis nichil mali potest accidere. CLII x
Bonis mala que paciuntur bona sint CLVIII. x
Bona corporis et fortune quod sit vana et caduca XLV.
et quod plena amaritudine et sollicitudine CCVII. o
Bona vere humane non sunt intellectus et racio XLI x
Bona vite humane quod sint mutabilia CCLIX. n.
Bonum omnia appetunt XCVII. e.
Bonum et malum que sint. CCXCII. t
Bonum summum quod sit CCXIX x.
Bonum summum immortale est CCXXI. x et XXII. t
Bonum summum dicitur secundum naturam viuere. CCXL. x.
Caritatis offi^a^ non sunt exprobranda CCXXIIII q.
Castigacio ... vituperatur lxiiii. g
Catho iam senex litteras grecas didicit lxiiii f
Cathonis in studio litterarum diligencia. lxviii. o.
Cathonis mors arguitur XCV. a
Cathonis etas CVII. b.
Cathonis senis exercitacio laudabilis CXLII. z
Cathonis laus post mortem ipsius CLXII v.
Cathonis vite laus. CLXVII. t. CCLIII. b.

elicitas ultima vite hum. mag. e infelicitas
Clviij a · Clx · e · CClxvij k
elicitas vite hum. qui sit miseria Cxxviij p
elicitati hum. vite fortuna sp insidiat CCxj b
Felicitas hum. vite reb. est inquieta CCxxij v
Felicitas vera posita est in virtute CCxxviij m
Fidibus tantum et iocis licet aliqn intendere lxxxiij n
Filiorum nobilium qualis debet esse educatio xxxiij e 2i
Filiorum infancium qles sint adhibendi magistri xxxviij p
Filiorum quales sint ponendi pedagogi xxxviij q
Filiorum quales debeant institui preceptores xxxix x
Filij quemadm. nutriant lacte materno xxxviij m
Filijs ex qua vite honeste pbeat parentes liij f
Fines diuisi diuisarum speciez actibus introducunt xcij p q
Fines in amicitia custodiendi Cxxj d
Fletus p mortuis quis sit habendus CCij e
Flendi materia describit CCij e
Flendi modus quis sit habendus CCiij f CCxv k
Fletum cohibendi materia CCiij e et 2i
Fortuna ceca e et cecos facit quos complectit Cxx h
Fortuna viles et ignauos deserit acceptatos Clviij a
Fortuna non eripit virtutem Clxx d
Fortuna cum virtute bellat ex equo non pt Clxxiij k
Fortune maxime pspere minus credendum Cxxvij p
Fortune redargucio et de ipa querela describit CCij d
Fortuna aduersa nulla permittit felicitas CCxj b 2i
Fortune implacabilitas CCxiij e f
Fortuna opus hre maxima funitus e CCxxvij l
Fortuna vitro comparat CCCiij a
Fortune ictus non statim fugiendi CCl q
Fortuna in quem nichil habeat ptatis CCliiij d
Fortune omnia copulati videntur CClvj h
Fortunam sapiens non timet CClvij k
Fortune variabilitas CClx q
Fortunam non experiri tutissimum est CClx q
Fortuna non habet tam longas vt putat manus CCxxviij m
Fructus ingenij et virtutis et oris psimonie Cxxiiij q
Frugalitas quomodo sit mutanda CClv e et CClxvj h

¶ audiri ppe quem tm racionalib; Cii p.
g audiri dict a voluptate letitia exultacione ibidem
¶ Generandi temp; et mod; quis sit hnd; xxxv g
¶ Gloria mundi q sit angusta xxxii e et s
Gloriari caducis reb; q sit absurdu Cxix c
Gloria vana fugienda CClv e f
¶ Gras quo dicamus referre ne promis eis lvi l.
¶ Grecia habundas libris i a
Grecaru lrau qmenda° xxxv f
Grecaru lrau defectu ap° nros q incepit lxxxvi b
Greca vocabula multa invosim nem tusicrit xi l.
Grecas lras Catho iam senex didicit Cxxxviii b
¶ Herules quo elegit viam virtutis vi q
h et melius lxv f.
¶ Historiarum nota q p'pue fruat et psit lxx e
¶ Homeri poesis fuit laus virtutis vi o
¶ Homo quo deus dicat xxxiii x.
Homo quantu sui fit pecori silis CCxvi b
Homo hoi pdesse dz s'm natam et q sit in h° ordo CCxxxix q
Homo cur ita vt est ductu sit a na CCxl x e
Homo comodatus e vite non datus CCCiii a
Homo malus indulgentia fit peior xxvii f // CClii v
Homo in accedendo alicui p° qsidet se deinde vires &c //
Ho natura e gemina et vult clemencia no senci° duci CClxxiii
H° int' oia aialia insaciabilior et edacior CCxiv f
Homines dum spans esse post senectam CCxl e
Homi delectu ad studia attenda hndi CClii x
Homi int' aialia oia maxie parcendu CClxix o
¶ Honor verus hic quis dicat xxiii et iiii t v x
Honoris species statuis elementu l a
Honor debet virtuti xviii g
¶ Honestas no e alid nisi qdam honoris status xviii g h
Honestu et bonum quo differant xix f.
¶ Humanitatis offi° pucis alicui ondenda lii d
Humilitas omib; qprimit sectanda Cxxiii p



¶ pro sanacione et eciam conservacione oculorum
fiat aqua per modum istum

¶ Recipe aloes loti nouiens in aqua rosarum et ij tutie . Atria
subtiliter preparate et iiij camphore / ista imponantur
ad vitrum aque feniculi / vsus eius vt mittat
modicum in oculos

